Canonicū Cystavū Enong.
Similitudinū Amicavū L. 11.

BERTILI CANUTI

EPISTOLARUM SELECTARUM

CENTURIÆ QUINQ.

Quæ Lipsianum aliquid habent infusum & ad morem ac modum novæ illius Musæ.

Indices adjuncti qui ostendunt si quid eminet, & ad virtutem aut honestatem docet & deducit.

SIMILITUDINUM ITEM ATTICARUM,

LIBRI DUO

&

COMMENTARIOLIS QUIBUSDAM, sive Notæ sunt, in Marcum & Matthæum Selecti.

ROSTOCHI

Literis MAURITII SAXONIS. *Impensis Johan. Hallervord. Bibl. 1633.*




PRO CENTURIIS MEIS



AD

CHRISTIANUM
FRISIUM ET
OLIG. ROSECRANSIUM

NON AD SEQUENDOS HEROES



PRÆFATIO.



SICUT urbes, Illmi Domini, qui ornant aut instaurant collapsas, in portis splendidum aliquid magnumq; ponunt, quod capiat statim & in amorem mittat ingressuros. Tale ego hic facio Centurias aliquot meas, quas sparsas collegi & levi manu oculoq; correxi, visum est sic junctim famæ ævoq; permittere. Itaq; de illico merito cura sit, quod invitet huc & adducat, quodq; pro reliqua libri parte magnum aliquid altumq; addicat, si qui tangant. Nam velut

 in hor-

In hortum si quis ducit. ab ipso ingressu reliqua spatia æstimamus & altum aliquid nitidumq; promittimus ab illo nitido & pulcro: idem hic est, spem de istis exspectationemq; augebunt visi & inspecti illi quos seculum cum voluptate & lætitiæ tactu videt, pretiumq; addant quod aliàs pauci hic ponant. Ad quod O magni Heroes, me finite assumere vos hic & usurpare, Ac ut in hyeme, cum noctes in longum dilatant, lucernas in vestibulis ponimus ut illustrent & dirigant invisentes; sic in vili eam & obscura scriptione vos præfigere, ut lucem quam à se non speret à vobis ducat. Vos in hominibus humanum fastigium excesfistis. Vos, si unquam factum, nati in miraculum & gloriam nostri ævi, ac ut insectæ noctu ad lumen se ferunt alibi accensum & circumvolvunt; ita hic sit, occurrant ad vos multi hic inspectos aliter non venturi. Nec quos ad hanc rem an-

teponam

teponam, non quos componam, invenio nunc inter magnates, sed à veris internisq; bonis æstimatos. Nam reliqua non ego admiror. Honores, opes, & quidquid horum sunt, oriuntur deceduntq; nobiscum crebrò ingratis ignotisq; relinquenda. Interna illa, & quæ hanc mentem pectusq; ornant, perpetua sunt & nos faciunt certè longęvos, & non nisi cum ipso mundo ad oblivionem metamq; venturos. Possunt illa imò poscunt in admirationem decusq; venire, à non investigandis initijs nobilitatem ducere & extendere, stirpem utrinq; procerum Heroumq; referre, & inter agnatos majoresq; principes numerare. Quod postremum etiam factum & alibi late ostendendum. Iam quid CRAGI quid ENGELTOFTI possessio, ut alia non tangam, quæ utraq; sedes primates à multo ævo dedit & habuit, magnitudinem splendoremq; duxit & ostendit, & jam

te Toparchô magne Frisi, splendet, inter Daniæ primas. Quod tu EQUES magno & æterno honore, AURATUS, quam à laude trahit, magis, quod Portuæ Præfectus; hoc est, proceri principiq; loco certe ut tu obis sustinesq;. Nam ut Gubernatorem dicam id rem non æquat. An & in prolixius hæc traho, non videtur requiri, magno CANCELLARII onere honoreq; hæc claudo, quod norunt quam sit magnum, qui norunt quam non Dania tantum sed tractus terræq; magnæ quas secum trahit alligatq;. Summa hæc omnia sunt alta, nervosa & tales eos faciunt quibus contigerunt. Sed fortunæ aliquando dona, & ad immerentes sæpè delata. Alia sunt quæ mentem hanc habent, affectu paucis à me dato, admirantem, & in te non tantum circum te splendent, aspectu potissimum duplici virtutis doctrinæq;. Ad illam refero quod juvenis tractibus terrisq; inspectis quot-

quotquot Europâ habet, si dignæ adiri, Marti tumultibusq; te tradidisti & menses annosq in eam curam dedisti, reversus huc pro lege pro Rege copias triũphosq; duxisti, arces occupasti aut tenuisti, ad quam memoriam aut mentionem OElandia vel nunc moueatur & stupescat. Doctrinam inspicio? Ad omne genus sapientiæ & scientiæ venisti. De qua omni re Fidem apud exteros posterosq; non faciam maximè certum verumq; scripturus. Nam quis credat paulo remotus & cui tu non in oculis Daniam JCtum, habere & in ea altitudine habere ad Cuiacios omnes & Gotofredos. Jmò ut veram meritamq; Laudem donem, qui coronari posit contra omnes Legũ hos duces & Ductores ab ipso prisco ævo. De THEOLOGIA, an ausim quod res est poscitq; efferre, te inter apices ferri &, ut qui in coelo.

Nubes

Nubes & sæca tonitrua calcant.

Sic super errores rixasq; ire, quæ hoc ævum affatim exercent & velut fatali labe. Vt contraham, quem supra te ponam vix aut non invenio, & si tu pietatis quam ostentationis uberioris. Atq; utinam Europa multos tales habeat aut docet & veritas in arctum nunquam ibit, quidquid apertè aut occultè nunc undiq; oppugnata. De magna MATHESI ea parte non potes latere, dirigis cottidie eos docesq; qui apud exteros parum infra Ptolomeum, Tyconemq; sunt. Ii omnes fatentur & adscribunt te monitore & magistro ad multa pertingere, ad quę sine te esset vix aut non peruenirent. Nam ut sol claritudinem ad lunam dimittit, ut noctu in terram refundat; ita tu ad eos spargis, ad nos alios postea derivandum. De mea arte; hoc est PÖETICA an addo, taceo me dimitto, enim ignota nobis sunt, quæ tu hac parte tegis aut abscondis

quàm

quàm tu judicij hac parte alti & exacti ac ad melleam suavitatem in Elegantiæ hujus omni modo. De HISTORIA ipse testis expertusq; sum non alium, qui nostro aut prioreævo eminuerunt, plus legisse, vidisse, observasse in hoc genere. Ego ille ipse qui sapere hic aliquid & scire me putabam ad te delatus inter tyrones me video vel infimæ classis hærere; nec alium scio nunc in multis his terris qui rectius ad Historiam ducat & docebit ex usu aut ex laude scribendam. In me monita de stylo de structura infudisti, quæ utilia mihi in omni ævum & profutura. Omitto, quod in primis ornat, non inveniendam alibi lenitatem & humanitatem in sublimi eâ fortuna, quàm præ omnibus habes meo judicio tuæ sortis. Nam quod de Tito olim jactatum de te magis liceat, DELICIUM ESSE GENERIS HUMANI. Date verò jam alium ad has laudes in ulla terra, laudes quas ni-

mias non dediſſe omnes dicent, qui unquam audiverunt, qui converſarunt. Nam ita in me æquus mitisque magnus ille DEUS ſit, ut hæc ſcripta infra æquum. Et vel cognomentum Magni me nunc imponente uſurpet, nam plures eo nomine fuerunt aut nunc ſuperſunt. De me non alium ſcio in ea altitudine qui eo aſſurgat in hoc mũdo. Excipio de magno Rosëholmiæ Rosevalliæ (& quid plura nectam) Heröe. Nam tu cum eo, aut ante eum dicam, ſapientię ſcientiæq; hoc culmen non imitando ſucceſſu aſcendiſti, ad quod nos alij fruſtrà aſpiramus à terra noſtra non erigendi. Certè militiæ hoc decus omitto, nam

Non tu Bellonæ ſtes victima, non tu Marti
Miles, naſcentiq; alius tibi riſit Apollo.

Ut alte decoreq; ille ait, in aliis pari paſſu cum eo decurris ad metam, imo coronam hanc de capite ſuo,

in

in Theologia certè tibi donet. An ille tantum omnes in quos sensus aliquis infusus pietatis sanioris. Et Europa communi consensu *Doctorum Principem* jam inscribit, certè debet. Nos quinq; septemq; alij, qui eminere nobis hac parte videmur, non scimus videmusvè quæ tu adolescens aut juventutem nõ egressus. Si miracula ingeniorum (mundus iste aliqua novit & habuit) in unum cogas tu agmen hoc ducas contra Aristoteles omnes & Homeros (num iis hucusq; datus) primo loco ponende. Sed quid in longum hęc traho majora quàm pro Epistola. Historię ista servanda, quam scite me de vobis ô magni Duũmviri, concepisse in magno de viris illustribus inter Danos scripto. Nunc sinite me libri hujus frontem vobis inscriptis honestare, &, vel eo, dum aliter licebit, ad hoc aliudq; ævum ostendere, mea (non vestrâ causâ. Nam ut milites sæpe

ignari

ignari ipsi & ignoti Leones Elephantosq; in Clypiis proferũt ac, ex poëta
Stantes in curribus Æmilianos
Ut magnum aliquid sic in obvios jactent. Idem ego sub splendore vestro me feram aliter obscurus, & post vos latens adversus illos à calumnia, ab odio, ab invidia ventos fugiam aut avertam. Quod hic magis quam in ullo scripto mihi opus. Nam (quod nescio an omnibus ad mentem) ut animalium quorundam fœtus indecori deformesq; sunt statim prognati, sed illa lambendo lingendoq; formosum aliquid inspirant & pulcritudinem decoremq; paulatim addunt; Id mihi hic fuit necesse in ingenij mentisq; hac immatura prole sub calamum censuramq; iterum ferre & addere neglecta prius aut omissa. Firmum compactumq; opus initio videbatur, alius mihi nunc sensus in litterarum studijq; istud mare longius provecto. Videoq; quod nihil esse
Festinatum

festinatum simul & perfectum potest, & plausum gratiamq; plerumq; posteritatis amittere, quæ à celeritate eam sperant. Nam ut Canes, quia partum festinant, cœcos catulos habent statim prognatos; ita quæ in lucem aspectumq; subitò feruntur à manu nova & ut à penna adhuc calent immaturum aliquid spirant & indecorum. Etsi istud nec vobis sic contemnendum. De Trajano nostis optimo maximoq; principum, in omnes non domos tantum turresq; sed parietes voluisse inscribi, qui ejus imperio restituti aut erecti, ut in ignominiam despectumq; abiret nimis usurpatum. Quærebat ita vivus defunctusq; ostendi, immortalitatem certè longævum aliquid spectans sed eventu valdè frustrante. Nam quam diu ista in fimū nihilumq; abiverunt.

Et cinis est ubi Troja fuit.

Nam id nunc est magna illa Roma ad primam priscamq; comparata: &

credo

credo me non invitis certè non iraſcentibus ijs dicere qui nunc tenent. De vobis ſpero non abnuere ſic melius rectiusq; inſcribi, ubi nulla meta modusq; delebit. Nam monumenta reliquia memoriæq; metas ſuas adeoq; mortes habent, quo cùm venerunt conſiſtunt & cadunt. Ab ingenijs literisq; laus.

Hæc ſola manet buſtoq; ſuperſtes
Evolat, hæc ſtructos effugit una rogos.

Nullo ævo aut orbe ſpreta, an ſpernanda? De Vulgo eo licet timere ut nunc mores mutant, universè hoc nego, hoc pernego, nec ſeculum aut ſolum erit, quod non habeat cupientes ad hanc gloriam & merentes. Liberæ, omnes imperij urbes cum gratia & adplauſu Cæſarem in numis monetisq; adfigunt, ut non dicam requirere eum & mandare; ita quæ nos cudimus ex Muſæo & meliore metallo, ſpero ſine ira & deſpectu vos portent. Tantum de vilitate ſcripti non negandum decere vos majora nec ad tam vilia trahendos. Sed videtisne ut non periti artificum tantum in principes vosq; magnos jus illud ſibi ſumunt,

ut eræ

ut ære colorevè æmulentur & de corpore vultuq; signa in orbes terrasq; mittunt, Sed etjam rudes vilesq; manus, & ab ima pictorum plebe in spernendas, sæpè ridendas Chartas illiniunt & in vulgum plebemq; diffundunt, semper cum venia sæpè cum permissu: Ita credo ad hæc non alta sine dedecore & incolumi saluaq; altitudine vos addi ad merita, magnaq; scriptionum ab alijs apponendos, qui ipsi tales. Nam ego tantum ut aquam, rapas & spretas vilesq; res regibus olim offerebant, gratas acceptasq;: ita de animi ingenijq; non magno censu affectum, speciemq; ostendo, cum rem non possum & dignum decorumq; aliquid pro merito adferre. Nam quod hæc ad alios ante missa non mordet scio non monet. Ut in terra aliqua pagi quiq; prædiaq; Dominos suos singilatim agnoscunt; sed tractus ipse Ducem aliquem aut majore altitudine Regem: ita in Centurijs hisce est tum editæ cum scriptæ & inscriptæ altis mágnisq;, sed qui infra vos se demittūt scientiâ & doctrina ipsi in summo; nunc junctim vos respiciunt velut Duces Deosq;(cur laudem eam non donem) terrestres, Seq; in tutelam arbitriumq; tradunt. Hoc (mihi ante jam dictum) in meum non vestrum splendorem.

AD

AD ÆVUM HOC
PRO EDITIONE PROQ. OPERE.

EXCUSATIO.



D famam, LECTOR ire ac aspirare crebrum nunc & solenne nec Ausonij densius ad Lauretana sacra eunt, quam nostri nunc ad hanc Divam. junxi me adolescens & pulcrũ putavi diffundi in hoc aliudq́ ævum, per ora ac urbes ire. Vir factus damno & indignor ac ponere hunc morem, inter quietos secretosq́ me inferre magis est ut optem. Nam omitto quod præmia rara nunc ijs & respectus qui famæ hoc æquor navigant, & benè cum non neglectus aut contemptus. Ad ævum hoc si oculos flecto? Petulantiæ & injuriæ plenum. Ad judicia? obliqua ea sæpè & iniqua, quid provocet valdè aut invitet ad decurrendum hunc campum? Nam temperes & te sedabis ut vis non effugies morsum. Sicut animalcula quæ sub terra cubilia cavernasq́ habent, quam diu in ijs


latent

latent tuti securiq; rident canum omnes latratus, prodeuntes in imposturam prædamq; cadunt: tale in nobis liberi lætiq; erimus, sub tranquillo silentij conditi, ad odia irasq; exponemur famæ judicijsq; permissi. Et licet benevolentiæ aliqua aura diu spiret, ex transverso tamen notus aliquis insurgat & nos exagitet non exspectatus. Raro absorpta navis est, quæ lento morsu tenet portum, in altum provectam venti variè ludunt & lædunt: Ita nos boni beatiq; erimus in obscuro inq; secreto, ad censuras sermonesq; delati variè inter culpas laudesq; trahendi. Scaligerum Lipsiumq; vide de quo utroq; poene jurem cum Poëta quod,

Nil majus generatur ipsis.

Nec viget quidquam simile aut secundum. *Certè non in litteratorum hac classe & qui doctrinas ac sapientiam tractant aut spargunt. Quid modestius ijs aut mitius sol hic videt? & quod tamen protervia aut petulantiâ incurrerunt ac (vero verbo) arietarunt. Ut quamvis famæ purus aliquis & serenus sol latè se ostendit, multa*

B *tamen*



tamen magnæ ubiq; nubes à contemptu, ab odio, à calumnia transeunt & obfuscant. Quis tutum se speret aut intactum talibus tam sæpè tam immaniter petitis. Illis tantum? Ab omni ævo id fuit, ut mirer non ante desitum iter id omne scriptionum. Prodi magne Aristoteles, in Scholis Lyceisq; aliquandiu regnum hoc tene, à Ramo aliquo (ut longius nam flectam) deÿciendo aut molestando. Tu miraculum ingeniorum Homere oculos animosq; diu trahe, & mundum sapientiæ illo liquore inunda. Aristophanes aliquis mox maculam inuret ingenti illi gloriæ & immeritè obfuscat. Tu plene spirituum Tulli, ingenÿ linguæq; hæc dona feliciter da & demitte à tuorum hominibus temporum (Quintiliani verbis id dabo) incescende pro tumidiore, & Asiano, & redundante, & in compositione fracto repetitionibus nimio, & in salibus aliquando frigido molliore. *Adeo qui eminer in re aliqua tentarunt (non enim scribam qui eminent) mox inundavit & perculit invidentiæ*

ille

ille fluctus. Neq. ob ista tamen pedes reducam, qui scio magnam quamq. gloriam hæc talia necessario comitari ut fumos ignem. Luxuria lascivia quæ circa omne scriptorum genus magis movet & deturbat. Nam quam multa in lucem damus & annos quæ melius fuerat repressisse & abolere? Ubi Socrates mihi in mente, qui interroganti cur suum nihil in scripta mitteret quia video inquit chartam multo pretiosiorem quam ea quæ forent scribenda. *De nobis magis nunc dicam, qui ex vulgo doctorum, pretiosum aliquid altumq. raro dare, magis esse quod pulcre vereq. Poeta ut* Chartas perdamus. *Atqua secta male occupatorum malè feriatorum sapientia sit se abjungere & segregare & magnum illud* in rebus inanè *cum Persio spernere & ridere, fortunæ se aptare, virtutem & DEum sequi, & quidquid facit ad internam hanc quietem & felicitatem. Non enim placeat illud Neronis* nescire litteras *nam ille in publicis*

privatisq; malis levamentum, placeat non sciri de ijs & fateri ubiq; ac latere. Ut quid enim? famæ id decorum quod quærimus, cui inhiamus, quousq; se dilatat. Aliquid de Virgilio hodiè aut Catullo: id ipsum variè inter Encomia & culpas. Sed quam longum est vix mille Sexenti anni aut paulo ultra. Ut longissimè respicias ad eos qui primi in nomen venerunt Musæum aut Linum. Famam non vindicant aut retinent à bis mille nongentis annis. At quantum hoc est? quadragessima aut quinquagesima stirpe potui eos attingere & vide quid annosum aut longæuum putamus. Alij ut volunt ut visum, ego vela ponere & submittere incipio, littus legere aut intrare à fame hoc æquore; hoc est, bonorum ingeniorum Syrte. Lampada à nobis in hoc cursu jam spernentibus accipiant me libenter & judicio tradente, qui pro symbolo nunc, fere usurpem id vetus.

μεγάλη πάνσευσις ἐν ἀνθρώποισι σιωπή,

Tenere jam è meis quæ possent emitti & spargi hoc opto, nec ad lucem (ut pauca excipiam)

excipiam) veniam unquam fore. Ab iis quæ jam evolarunt tollere votum sit & reducere. De pitanæo multis scriptum de Metrode, de aliis omnia sua in flammas posuisse, nec voluisse quidquam post se esse & durare. Vellem in meis facultas sit & vires, quidquid benivolentiæ lata aura ridet & abblanditur, nec meum aliquid in manus ultra veniret oculos censurasq́ subiret.

ἥφαιστε πρόμολ᾽ ὧδε γ᾽ ἐγὼ νῦν σεῖο χατίζω,

Cum Sapiente illo ferè clamem leviter immutatum, nisi serum sit & revocari aut tolli tot ea non possint tam latè sparsa. Inter hæc cogitata LEctor & cum subducere me jam conor, ac in vili rure (de quo adiveris) sepelire, ubi lateam fallamq́ inter meos, produci me alibi video ac verè dicam doleo & ad carceres reduci propè elapsum. Fiebat hoc mihi Epistolarum mox iteranda editione, ad quod gaudent alii si scriptis contingit, non ego, ut prior ea mens validè abivit, non ni hac re, quam si tollere possim & inter mortua ignotaq́ inferre pro fama me facturum putem. Lipsium hoc est. no-

ſtri Taleten diu non tangebam & vel nomen terrebat variè à præceptoribus in culpas tractum ſtulta & fatua ſententia. Leviter inſpectus tandem tetigit imam iſtam mentem, ut putem non alium ſcripſiſſe melius rectiusq; ab omni ævo. In eam viam me dabam & mox in eundem morem, privatos ſermones ſenſusq; in apertam lucemq; permiſi damnata nunc mihi audacia & deplorata. Nam adplauſum fore qui ſperem? contemno ego qui dedi. Nec digna valdè habeo non dicam inſpici ſed iterum ſub lectionem mitti, non ut prima vice profuſa. Omitto quod colorem ab ea elegantia non ſatis ducunt & plenum perfectumq; ubiq; cultum, quidquid hoc Puteanus pluresq; jactant & propugnat. In brevitate ubiq; à me peccatum, non verborum, ab iis quod ſatis eſt inſperſum, ſed materiæ ut ſic dicam & rerum. Quas ejiciebam ab editione & nimis rigido ferro reſecabam; nec enim ſatis habebam ſententias periodosq; adſtringi, niſi in Epiſtolis totis id eſſet & parcitatem omnes referent,

ac aſ-

ac affectatam ubiq; brevitatem. Sciunt ad quos litteræ illæ missæ tam abscissas primo non fuisse & si tales vulgatæ. A prolixitate magis erat ut in culpam venirent & longo diffusoq; sæpè de cursu, ut hæc mihi profluunt à non coacta vena. Sed detraxi induxiq; multa sæpè ubi non videbatur requiri, pulcrum putans non aut minimum diffundi. nunc displicet & clamo cum Poeta vetere.

mutet quod mox laudaverat in se.
Qui volet æternæ decorari frondis honore.

Ut non prolongem priorem vestem iis reddidi & quales in arcula remanserunt, an hoc tantum? imo ornavi, addidi neglecta prius aut omissa, sed omni levi manu; nisi quod in postremis centuriis resistebam tædio & contemptu istorum victus. Sine omnium mala gratia factum? spero. Sicut in ære aut argento, si primus labor aberrat liquefactum reducunt iterum sub incudem, ita mihi liceat ad secundam curam vocare mala aut primò à me demissum.

Non miramur in domo ornari, corrigi, ampliari post primam structuram, cur in scripto faciant malè primo & per errorem parato. Ipsa hæc terra in qua voluimur, in qua vivimus, novo vere se corrigit collapsam & vario ornatu infundit, quæ in ea sumus, imo qui ex ea, cur non licent pollire hæc nostra identidem & emendare. Arbores istas etsi grandes & jam jam coelum petentes nemo culpat addere ad se in annos & augere: In his venæ mentisq; stirpibus cur non fas sit dilatare cum visum & in majus ferre. Ipsi nos qui hæc damus tardè in staturam istam molemq; imus, & non nisi annorum aliquot tractu surgimus in viros, quis miretur opera nostra non perfecta semper esse statim nata, augmento interdum indigere & incremento. Miretur, imo culpet & accuset juvari & emendari. Nihil magnum arduumq; cito se absolvit & in perfectum primo nisu transit vide mortua? fateberis circumspice ubiq; viva? idem casam pagumq; unus sæpe mensis dabit; molitiones operæsq; in multos annos

nos

nos poſcit, quidquid in urbem adoleſcat aut civitatem. Idem hic eſt, magnum non ſit aut laudem diuturnam donet, quod unum tantum laborem fert nec requirit extremam manum. Vides ne ut oves anſeresq; quia una æſtate accreſcunt in parvo manent & circa ſuam terram: Equi aut Tauri qui in longiuſculum tempus ſtaturam accretionemq; tardant in aerem altumq; ſe levant: tale in iſtis, in vili manebit quidquid primo labore contentum, aures oculosq; tenebit ſub curam calamumq; iterum tractum. Ut in meis iſtis ſit recognoſcendi hanc moleſtiam ſumſi, formavi, effeciq; in novum modum an molem dicam, duas Centurias imprimè quas primo in apertum miſi, multis admirantibus etſi non magnis, culpantibus quotquot melior Phoebus non aſpexit. Quod ego feram an contemnam? utrumq;. Aliud etiam eſt; De Quinta centuria ſcito nec omittere plane & delere. Hærebat illa longius apud Cl. V. Henr. Ebbium Amſterodami caſu an culpa, noſtra an aliorum inſcitia, ſed hærebat, mea deſtinatione &

sensu dudum vulgata post sextam editam, nec ante id ad me delatam, dilatio placuit donec junctæ semel prodirent, nunc æterna nox placet, in ista sane. Satis in reliquis nos ostendimus & exposuimus ad ictum. Quæ tenere licet stultus ego, si manumitto. Nisi tamen calumnia olim extorquebit &. putent alij in ea relusisse. Interea Sectam repono in locum & de numero illi demo. Sperans jus illud mihi esse in meis scriptis ut decernam, mutem auferamq; ut visum. Nec aliter reponam aut ijs obducam qui olim scriptis dictisq; hic incurrant, nam cur ego eximius similiter eos qui sunt, qui fuerunt, qui omnes hoc habent. Docti alijq; culpabunt qui à stili hoc genere aversi. Etsi de istis non magnus mihi sensus & quis non proprior sit ridenti. Vehi aliquis potest eadem navi ignarus qui regatur, adeoq; gubernantem corrigere aut dirigere nec intelligens nescjens: Idem in scientia aliqua aut lingua, quid pulcrum aut aliud videre tantum possunt, qui peritè navigarunt, Museum illud æquor, non qui fracto velo

legerunt

legerunt littus comites semper non duces. Quidquid contra hodie fit, & imperitissimus quisq; audacissimus, ac judicium de nobis sumunt in litteraria ista plebe quivis, sentiunt ea licentia & libertate qua non Cicerones non Varrones usi. Unum instillo à juvene hæc esse à festinante ubiq; vena, sine cura semper & in calore fusa, extemporalitatis ætatisq; veniam poscere. Nam hinc æstimemur cum sumus nostri ajebat ille ego cum sumus viri. Et quæ hæc sequantur sine deprecatione sine excusatione consistant venia gratiaq; quantum humanitus pote secura, sed quid in longum traho, veteri meo voto, imo versu hæc claudo.

Qui mores Rex, qui motus ad honesta modumq;
Donas, qui vitas qui actus regis alte videsq;
Quoq; sit æternos solus discernis in annos,
Et das ad quemvis cum fructu hæc fata referq;
Accipe me, quem Phæbus habet, tranquillaq; semper

Mens

Mens & in æternam jubet aſpirare ſalutem:
Annue ne demens in ſtulti hæc vana reſidam:
Orbis,& hæc extra ſplendentia miter amemq;
Da magis ut doctæ tangat pellacia Muſæ,
Da, quamvis hoc temno magis, poſt fama Camenæ
Noſtræ erit, atq; aliquis venienti *Aquilonius* ævo.
Et cum non e re ſit in iſta claſſe morari
Suſcipe me & læta defunctum in ſede repone.

Ut finem iſtis metro inducam quod primum propriumq; meum ſtudium. Nam in reliquis non jactem Poetam eſſe iſta & ſequens ætas noſcat an novit nec valdè ab eorum laude removendum qui nunc in Europâ (ne ſuperbum ſit) florent et regnum hoc tenent.



BER-

BERTILI CANUTI 13

EPISTOLARUM CENTURIA

AVSPICALIS

Ad V. Illustrem

SIGUARDUM GRUBBIUM HEROEM.

Ad Lectorem

De Stilo, deque Charactere Isto Monitum.



ROSTOCHI

Literis MAURITII SAXONIS.

ANNO M.DC. XXIII.

AD LECTOREM

DE STILO DEQ. CHARACTERE ISTO MONITUM.



T eædem dapes *inclinatos* capiunt, lædunt à se aversos & pellunt etsi salutares: ita scripta & doctrinæ, nunquam omnium amorem habebunt etsi proba, sæpè in contemptum eant, in despectum ubi plausum possent sperare. Miscent se ita dividuntq; inclinationes, nec aliquid tam probum, quod ubiq; favorem trahat secum. Sæpê optima inveniant iniquas Censuras & benè si benigne intercurrant. Nam ut palato ita judicio omnes utimur & opinione sæpè delusi ad peiora calculum damus, neq; in alia re magis

Velle suum cuiq; est nec voto vivitur uno,

Ut qui nunc scribat propositum habeat (certè ego) paucis placere non multis, doctis non Vulgo. Consilium autem quis dabit & ferat quod optimum est in hanc rem eligere & via

& via lineaq; ferri quæ doctos trahet. Nam taceo reliquas artes Eloquentia in multas formas faciesq; mutavit, & alia alijs etiamnum amatur. Nam ut quisq; ingenium ita stilum habet, alacrem, altum, jacentem, si istud tale. Et similes aliquando habebis raro pares. Ut nulli eodem modo scripserunt aut scribunt, & velut in vultu, itâ hac parte pauci assimilarũt. Nec contemno aut culpo. *Ego hactenus ita censui* (vêrba Lipsi & judicium est) *ut in Musica concentus quidam disceres, probatur; sic in studijs esse, nec liberum aliquem dissensum improbari sed citra convicium aut litem addo fastum & despectum.* Gemmæ Uniones & id genus virtute, forma, colore, raro conspirant, singuli tamen in sua natura preciosi sunt, cari sunt. In stylo cur non idem sit? De me omnes ejus formas amo sed probas, unam tamen præfero. Quæ illa? Attica est, Spartana est ævo & pretio bona, in qua ut Thimantis pictura, plus intellegitur quam videtur, & quæ mavult parcitate sed moderatâ se contrahere quam in molem diffundi. Quod postremum nunc latè obtinuit. Nam nunc omnes (vere Puteanus) *magno hiatu ampullas proijcimus ac demum numerosè ornateq; scipsisse videmur, cum totam paginam periodus implet.* Prisci aliter qui copiosũ animũ

adstri-

adſtrictis verbis efferebant, & ut in vita temperantiam eſſe ac modum, ſic in ſermone voluerunt. Ad venuſtatem conſultè, magis ad uſum, Nam ſicut ad tectum turrimq; conſcendendam non refert quam multas ſcalas liges & nectas, ſed quam magnas & porrectas: tale in iſtis, ad verticem culmenq; elegantiæ non multis congeſtisq; verbis veniendum, ſed ſignificatu ſenſuq; plenis & politis. Et ut ad debitum æsq; ſolvendum nil facit ſi multos nummos deponas, ſed ſi bonos & valore ac pretio magnos: Idem hic dicam venuſtate & venere lectorem teneas & oblectas, laxitas illa & diffuſio nil hilarabit. Ubi Petronium mihi audi qui dabit & dicet quam non bene hoc deſijt. *Nuper ventoſa iſthæc & enormis loquacitas Athenas ex Aſia comigravit, animosq; juvenum ad magna ſurgentes velut peſtilenti quodam ſidere adflavit: ſemelq; corrupta Eloquentiæ regula ſtetit & obmutuit.* Vere in hanc rem, nec dum enim deſijt, Ciceronem patronem nacta ſit ſe olim & nunc ſpargit ut ferè vincat, *qui illaudato in genere dicendi* (Puteanus ait) *laudem ſummam adeptus eſt.* Ut nunc ævum eſt apud omnes certè plerosq;. Ipſe ego junxi me olim & anxio pede preſsi eam ſemitem, ſed in juventute & triennio demum, poſtquam Philo-
ſophi

ſophi titulo donatus ſum, deflexi. Aſſequi ſemper, ſequi certè propoſui, nunc diſplicet & ad alios me dono, quidquid damnaturi me in vulgo hoc ſunt. Nec Senecam, Tacitum, Saluſtium habebo infra iſtum, quos non malos duces ad Eloquentiam ponas. Et de Catone, Gracchis, alijs credo magis ſic dixiſſem ſi perveniſſent in hoc ævum, qui Ciceroni authoritate pares, ingenio & ſapientia non viliores. Sed de ſtylo, ad aliud genus me dono non ut id magnum, grande in vili ponam, ſed ut in utroq; excellam. Ut faciam, imò ut alterum hoc ſæpius inſiſtam melior ratio ſuadat & calculos omnes huc confert. Nam ut Sal ac Saccarum in modico cibo virtutem ſervat exeritq; in vaſto vaſe nec ſenſeas largè infuſum: Idem de ſapientia dicam, valorem vigoremq; anittere & velut bebeſcere multis verbis propoſitam, vim roburq; infundere & penetrare adſtrictæ ſententiæ incluſam. Quod Medici de ovo dicunt in vegeto & ſano plus ad robur viresq; conferre quam commeſtam piſcis magnam molem: id de brevitate ego; ſed non affectata; magis animum auresq; paſcere & erudire quàm πολυλογίας multas columnas. Ut in morbis tollendis de largo potu nihil eſt; & medicina juvat non quam mul-

tum sed forte bibis: ita cum in libris eluimus morbos hos & nævos animorum, ad profutura non ad profusa hæc orationem eamus. In quam rem Quintilianum audiamus qui à me imo à vero stabit multos spero faciat serio intellectus. *Antiqua quidem illo (ait) divisio inter Asinos atq; Atticos fuit cum hi pressi & integri: contra inflati illi & inanes haberentur.* Perpende, & an non in se quivis alterum amet alterum etiam mutet aut ponat? annon πολυκόιαν μᾶλλον, ἢ πολυλογίαν ἀσκῆσαι. ut in parcum rem feram, nec, quod ille ait scriptione aliam laudem, alia vtar. Sed addit *Attici limati & emuncti, nihil inane & redundans ferebant Asiana gens tumidior alioqui & jactantior vaniore dicendi gloria inflata est.* Ut ille depingit & educit, mihi hic visum, illud jam sequi, istud in me corrigere, luxuriam, lasciviam ac superbientes concinnos aspernari. Nam alij ut visum probent laudentq; quod volunt mihi Lacedæmonij placiti *qui imbuebant pueros, ut oratione utentur quæ acrimoniam haberet mixtam venustate & multum sensus paucis verbis complecterentur.* Optem ut in mea scriptione sit qui in votum habeo animum non aures implere & ut possim multa paucis dicere rem quam verba loqui cum poeta.

D. *Turbi-*

Turbidus ingrato decurrit murmure torrens
Gratior est parvæ rivus amænus aquæ.
Ille trahit puro latices è fonte perennes,

Ita ego à sapientia optem, quam occultam amavi semper non ostensam & in non ostentato genere aut sane in affectato spargere. Insanus qui pervenire ad metam brevi via cum posset; malit se longa lassare & circuire: hos magis sic dicã qui præ βραχυλογία hâc pulchrâ hac pura hac, sed omitto, velint in adfectata copia errare. Militiam videmus? *Non turba* (ait verè ille) *sed disciplina ad Victoriam facit, non quam multi, sed quam boni pugnent. Etiam in Eloquentia victoria est non multitudine sed robore & vi verborum obtinenda.* vera comparatio, nam ut ad ebrietatem nil facit (& ego odi cum poeta principe,

ὁμῶς αἴδαο πύλῃσι)

Non quam multum sed quam pretiosum hauris: ita monitis præceptisq; *ut ebria mens sit* refert non quam multa legas sed quam penetrantia & ponderosa. Et in quam multis copia aut diffusio in delectationem non est, sæpè nec in usum, omnes, & ubiq; quærimus quæ raritate se commendant, negligimus quæ multitudine sua laborant, ubiq; se offerunt, in stilo cur non idem sit, & parcus adstrictusq;

principatum ferat? De Remora pisce ajunt quod nave, etiam grandes sistat & detentat ipse non grandis. Idem in scriptione, magis coacta periodo quam diffusa fortis sit & addo formosa, elegans jucunda, vix aliquid horum habeat, *cum (Agellij agnoscis) verbis tumidis & lapsantibus diffluit*, & vias quærit per quas se spargat. Ut contraham, judicij modum aut legem alijs non præscribam. De me Laconismum amo, sed verum & qui cum modo, nec facile aliquis hanc mentem mihi mutet aut eripiat. Quem in eo sequor & me jungo? dicam, vereor ut cum omnium venia & plausu. JUSTUM LIPSIUM *qui mira styli mundicie ingenti robore, prisci Laconismi gravitatem reduxit* quo nihil majus hæc ætas habuit aut veniens dabit, qui spiritu succo, colore non fuco antiquos aut æquat aut accedit, non minus quam eum.

Hos etiam iter

Heroas natum tellus si prima tulisset.

Certe illis sapientia non impar fuit ingenio & suavitate superior Cujus etiam dictionem si vidisset ipse Tullius, & in aureo illo ævo non abfuisset laudare. Sed me hic in Encomium ejus non fundo. alibi factum ut veritas sæpe extorsit ac manum traxit in ejus laudes. De me non scriptor fuit ab omni ævo qui magis

ad hanc

ad hanc mentem. Credebant olim si Musæ latine loquerentur, quod plauti sermone loquerentur, Ego quod Lipsi, & si eodem possim in votum sit, ac pro optato: Quidquid horum erit, Eum jam diu manibus tero, & pene mente teneo, ac nescio an in sanguinem verti & succum, certè volui. Nec poenitet ut ille non suadet, sed infundit optima, & trahit ad ea non ducit. Alo scriptis ejus ingenium hoc & pasco. Nec obscura ab hac re signa, ita scriptiunculæ, ita verba resq; in calamum se mittunt, ut nesciam sæpè mea an ejus scribam. Quid excuso? nunquam nimis arctè vestigia hæc premo; aliqua ex eo non ducam si licet omnia; nec ejus ultra erunt, quæ mea sic feci. In Epistolis semper & solum sequar. utinam assequar, ut cultum, suavem, humanum; Puteanum in Oratione ut fortem & robustum; Utrumq; in Historia aut me ipsum, ut ijs visum, in cujus manu id mandare. Inducere hic formam potero, quam quisq; præscribat. Si ille non omnibus probus, quia novus vulgare vitium aut error huic ævo, *quo contemptu vicinis aut neglectu loco pariter & ætate longinqua admiramur, nostro seculi infensi quos sequamur alieno seculo quærimus* ut hoc magni autoris leviter mutam. Sanè Lipsius multis satis fecit

 etsi,


etsi non omnibus. Et benè quod non fecit, qui ad agit ut possit, nihil agit aut quod melius omitteret. Multos tamen habuit in se pronos, plures habuisset, si una res non obstitisset, quam ego scio tu suspicare. Quid tamen? Non natus ad huc, non nascetur qui favorem ubiq; dabit & plausum. Quid in ipso mirum sit, solatur quod multorum mervit, magis quod doctiorum. Certe factum, ut Puteanus scribat non fuisse in Europâ Principem qui suum facere non tentarit, non Academiam. Ipsi reges fecerunt, ad quietem vocarunt (ut ipse dese) qualem Scaligerum, Batavis. Et quid non sperare de judicijs posterorum debuit, in quem vivi (paucis contingit) tam benigni. Sed abite istæ res. Si in eum Encomia hoc ponam, Odyssæam dabo, mole, etsi non argumento. Unum audiamus magnum Lipsi inimicum & virum. Ille verum dabit & dicet: Nam exosos & quos volumus obscuratos non commendamus incoacti. *Edidisti* inquit, *ut dicere cœperam non multo post de Constantiâ opus sine comparatione egregium, quo & complevisti veterum judicia & præsentes animos explevisti omnes: tum spem in futurum scribendi omnibus omnem ademisti præterquam tibi, ut enim certum nobis est neminem unum esse qui ad tam accuratè elaboratum opus quidquam addere posit: ita de te non dubita-*

dubitamus quin quod optimum jam est facere possit melius. In hominem vix cadunt istæ laudes, pondus ijs addit quod à tali sunt, ab invito, qui & judicare possit cum magnus sit & doctus (talem habeo) inter primos, & nimium non tribuerit quia veterem omnem famam cum obtasset decoxisse, ac detrahere (nescio an fecit) non adijcere. Sed sapientiam non dictionem miratur? nihil. *De stilo conformando præcepta toties nobis promissa. frustra à te summo rei literariæ Dictatore hactenus exspectamus.* Oculos mihi aperi, qui dictatorem vocaret & summum nisi judicasset supra nil fuisse. De stylo præcepta qui in exspectationem fuissent, nisi is altus, alacer, suprà vulgum, (pene omnes scripsissent) sed pergit. *De vulgaveras etiam ante Politica (nec enim cessas de nobis mereri) centuriam unam selectarum Epistolarum, quas avidissimè tanquam ἕρμαιον arripuimus & valere jussis studiis cæteris huic toti incubuimus, legimus, relegimus, Quid dicam Lipsi? quid aliud quàm mirari nos? Summa omnia. Mirificum sententiarum pondus, tum verba rebus æquata, atq; haud scio an pauciora etiam alicubi rebus verba.* Si ab amante hæc fluxissent, in supicionem venirent, fidem faciunt, quia ab alio. Quid hic ego? quem inimici & ij jurati sic laudant, tutò sequar & me jungam.

Sed ut oculus in quem aqua inſperſa parum verè cernit, ſic mens in quam amoris ne mihi imponat, vata iſto ſcripto colligo & cenſuras. Ut Apelles poſt hanc tabulam audium quod de laude meâ erit quod è fama. Suave mihi erit peregre in hac ſtyli lineâ (etſi alia in alijs ſcriptis erit) Si doctis viſum & ſi ijs viſum non inſuave mutare. ſpargi debet felici quadam pennâ quod ævum ferat. nolim ea uti quæ plauſum non ducat. Placet Laconiſmum cum Lipſio & Puteano reducere, elegantiam Patriæ atq; ſeculo reddere. Placet cum Cicerone me jungere & ire ut ævo arridet & in eo doctis. Videte in Europa ſed tales & qui ſupra hunc Vulgum, imò cenſete in id emitto, nam iſti ut me probem contemno. Sed animate ſi placeo & in hoc curſu ad metam inſtigate, ſiſtite & reducite in viam ſi erro.



AD



AD

GENEROSISSIMUM AMPLISſimumq; Virum,

SIGVARDUM GRUBBIUM

Hoſdali Torvæ, Heuholti DOMINUM

ET

MALMOGIANUM PRAESIDEM.



Ngenia latè ſe mittunt, mi Siguarde, quæ alta & in omnes res ſe fundunt quia honorem ubiq; ſperant, ſi excellant. Nec liges facilè aut artes, in varijs rebus ſcriptisq; olim & nunc ſe oſtendunt cum veniâ ſemper, ſæpè cum laude. Et EPISTOLAS ſcribere in ea fuit ab omni ævo; ſed bonas, ac aureis etiam priſcisq; ſeculis cum acritas & altitudo animorum adhuc fuit, admiſſum ad editionem & famam hoc genus. Me nunc cupido quædam ad id ac inclinatio in orbem ævumq; mittit hac parte. Scitè ad famam, neſcio an conſultè, ut ſubitum aliquid & à

fluenti vena omnibus meis circumfunditur & inest. Lipsius se ait. bis non scribere, bis vix Epistolas legere, De ipso credo, de me scio. Dicto plures quam scribo; dicant qui mihi à studijs & manu, nec lente aut ad laudem, sed subitò & velut in cursu. Nec aliter permittunt ingenium & functio, in qua ago, illud alacre, excitatum lene, ista inquieta, gravida & quæ parum donet ocij. Ducenties in anno (ut parum scribam) ad populum, hic dico. Si funera addo, si nuptias, quæ etiam honorem hunc sibi poscunt concionum, annuos dies orationes istæ si non superant, æquant, An fidem facio? frustra imponam? apud te, qui ipse fuis, qui in eadem urbe ipse audis. Ut hæc sint, in biennio eo tres Centurias dedi, sed quæ occupationes istas redolent, hoc est subitas, festinatas & parvi studij aut curæ. Nunc emitto, ut patriæ in ea altis magnisq; ostendam, posse ad historiam (ad eam me paro utinam ex usu & laude scribendam) judicium & vires adferre, qui in hac syrte reciprocantium laborum sine intentione & cura. (nam id hic fit) non sine successu me diffundo, ad res tam varias, tã diversas, quæ hîc se fundunt & miscent. Limam aut laborem ut nunc ponam non permittor, nec id opus. Fundi istæ debent non scribi, studium ac peratura abesse (vulgare mihi vitium cum

quid

quid ſcribo) ut feſtinatio vel commendet vel excuſet. Sed omitto. Erunt qui culpent, erunt qui laudent; alijs ego feci, ab alijs mihi erit. Favoris auram qui undiq; velit aſpirare, nullam ſentiet, nec ulli contigit aut contingat miſcebunt ſe ad invidia & odio illi venti; vides priſcos? invenies hodiè noſtros? idem famam ſuam qui auctum ibit, ſi cum omnium gratiâ aut veniâ ſperat, errat nemo altus aut humilis fecit aut faciet, qui ad judicia ſe permittit, iniqua etiam exſpectet, & cùm in lancem mittit, ſatis ſi meliora devergant. Sed ad te & ſcriptum redeo. Tu mihi Lipſium primus laudaſti, & per te mihi legere immortalem authorem fuit, tibi meretiſsimè debeo, ac cupio has ab ipſo primitias. Offero nunc tandem ac ſacras æternasq; voveo, ut decorem vel ſic à tuo ſplendore conciliem ſcriptioni à ſe obſcuræ; utque ſic habeam non Mœcenatem tantum, ſed cenſorem. Nec fuit à natis nobilibus qui alterum magis velit, alterum poſſit. Tu enim famam fugis & tamen habes gloriam, adverſaris, nec ab eâ te ſubducis, multorum animos in te convertiſti; certè meum, & id occultâ ſapientiâ non oſtensâ. Carmen ſcribis? ego hic ſolens & vetus colorē non teneo, cum lego. nam de reliqua ſcriptione non dicam pura, adſtrictâ, plenâ ſpiri-

tuum

tuum & sanguinis, utrumq; in ea fortunâ non laudabile sed miraculum. Nec Theologia aut aliæ artes habent, ad quod non adsurgis; in omnibus magnus & directus. Cottidiè experior & ab hoc fonte haurio quæ ad usum, nec fautorem tantum habeo sed præceptorem. Ita ad res inferas ac superas animum & sermonem permittis, & nihil dicis aut facis quod non sit in exemplum. Quid dilato, aut per partes duco? Corporis tui bona inspicio? ad fortitudinem factus es splendorem: Ingenij? altissimum illud & in eo quidquid exteri aut nostri noverunt. Externa? omnia adsunt & circum te splendent, quæ magnum clarumq; faciunt, uno verbo ortu & fortunis es in summo; utrumq; longè seriè à magnatibus & proceribus trahis. Sed accedô hoc laudum tuarum limen non intro aut in eas me mitto; quia ut latentes causas miramur magis, quam extollimus, sic ego tuas virtutes: in famæ templo hæc jam suspendo, non ut munus, sed ut illius prodromum & addictionem. Alia tu mereris, quæ dabo si Deus in paucos annos vitam; Tu ad hæc parva sed nisi erro delectantia te demitte, tange, tolle & ut multi eo exemplo tracti, ama, me ut cæpisti benevolentiâ & favore liga.

Malmogiæ, ∞ Ioc. XVII.

INDEX

INDEX EPISTOLARUM. CENTURIAE I.

Ioan.



BERTILI CANUTI

EPISTOLARUM
CENTURIA
AUSPICALIS

EPIST. I. Malmogiæ

REGELO REGELO S.

Ita ipse Surgam, in famam veniam bonam magis quam altam: ita honesta ea amem & quidquid, ad has Musas, ut te ex animo non velim tantum sed optem. Et Spem facis hac venâ ad magna surrecturum, si hic non desistis. Nam legi quæ misisti, proba ab ea ætate. Tibi & ijs inceptis ex mente cupio, adiutum etiam volo, ostendam ubi occasio se feret. Tu tantum huc non i. sed curre. Studia ad Sapientiam, vitam ad virtutem dirige, quam nisi apprehendimus, malè & inscitè decurrimus, quidquid hoc est ævi. Ut nautæ in mari, oculos sæpe, semper spem ad

portum

portum in tendunt, sic nostra mens debet ad virtutem & æternas illas opes. Reliqua veniunt & abeunt nobiscum, diuturna non sunt nec nos faciunt; fama tantum vera literis Musisq; acquiri potest & cultus æternus largo hic cultu. Alibi dixi, unum nunc moneo. Versus ama & qui dederunt, imitare etiam & te junge sed cum modo. Me hic semper censent & in hoc uno studio esse. Non sum, aspergo aliquid reliquis studijs, sed ut saltem, qui non superfluat & abundet, te optem in hanc viam sic tantum venire & ut ornamentum habere non inplementum ac ut arbor folia & frondes. Nam ut eam comæ istæ ornant & in pulcrius ferunt, sic talia hanc vitam? & fructum Autumnus largius dabit, si ver ætatis amænos istos flores. Tu jam insiste sed jam, immorari non suadeam aut hic semper hærere. Sed facies, ad alia & alta totâ mente te dones, hæc misceas; & famam sic non tangas tantum sed tenebis. Ut possis, ita mane, laboris hujus Musici appetens semper & ferens.

Virtus venit per labores.

Α᾽δ᾽ ἀρετὰ βαίνα διὰ μόχθων.

Si illam quæras, istos non fugis, invenias ea; ad quæ is, honores, opes, aut si quid aliud magis carum nobis aut gratum. & quod summum, cum non hanc vitam.

κάλλιστον ἕξεις στέφανον εὐκλείας ἀεὶ

Ego opto, & tibi diuturnam hanc mentem. Vale, aut convaleſce, & quando ad te ac ſanitatem ad nos etiam redi. V. Eid: Jan.

EPIST. II. Portuam.

SEVERINO LAURENTIO.

CUm animi mei motu fuit ea ſcriptio, & notas habet ingenij ad magna ſurrecturi. gaudeo à meâ velut manu tales prodijſſe tu inſiſte, ad magna illa, honeſta, alta ſic ito, quo melior Phæbus & indoles tua, addam & directio mea vocarunt. Sicut eminus cervitia, acetum, lixivia intuenti eadem videntur guſtans diſcernit, ita literarum ſuavitatem ij ſoli norunt qui imbiberunt, videntq́; res alias omnes non æquare ſed vincere ut aurum ſtupas. In te oſtende, & quæ tam diu arctè habes, ne deſere, aut alio te verte quidquid detrahant inde alij, ita ſcribis, & diſſuadent. Si divitias vis, ſi honores, id dabit, & addo voluptatem; ſplendorem & quidquid optas aut ſperas. Ut hæc non ſint.

Nil ſuavius quam cuncta ſcire & cernere
οὐδὲν γλυκύτερον ἐστὶν ἢ πάντ' εἰδέναι,

Cogita. Nec famam aut honorem alium æſtima, quam qui ſit æternus. Talis autem eſt, qui

à literis venit. reliqua ad mortem non durant nedum post eam quod hinc deponis.

ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδον αἰεὶ,

Manet indelebile semper.

Ego, mi Severine, sedulo in hac viâ & vitâ, nec deseram aut ad alia ibo Monstrare nunc cogitabam & signa dare in claram lucem, nosti. Alia retinent & sistunt, ac remoras has evolanti ingenio summus ille Rector dedit. Etsi videbo quid vena dabit, si vitam mihi in paucos annos supremus ille Princeps. Nam quæ hactenus dedi non pro altâ eâ laude, quam aliquorum affectus indixit. Sic nova credo multos attraxisse, nam prima inspectio solet avetq; imponere; illa annos ferant quæ iterum sub oculos missa se probabunt, quod utinam in nostris sit, & famæ hunc circum decurrere contingat sine probro. De Fectelio quærebas. ut tibi dicam. Se non reponit aut in veterem statum reddit, ut censeam non longè abesse à fatali illa meta, ad quod non pallet ipse valde aut tremit. Quid opus est? Si annos numerat, satis diu hic fuit, si honores hos? satis. Si læta adversaq;? illa cur negem habuit hæc large gustavit; nec video quod allectat nunc valde aut invitet ad manendum ut nunc tempora & mores demutant ab illis priscis & primo ævo. Sed Deus viderit, Deus dabit quod

in usura

in usum sit in salutem. Tu salve & scito me tuos teq; tam arctè huic menti includere, quam me æternum illum Phebum velim. Malm. Id. Ian. ꝏ. Io. c. XVI.

EPIST. III.

VVittebergam

CANUTO ALAUDÆ.

PRimitias tuas vidi, mi Alauda, legi avidè, placuerunt. Macte hac industriâ & sæpe ita in famam veni. Dania nostra alta ingenia ab multo ævo dedit & habuit. fac ut tuum inter ea numeretur, & Fyoni quoq; vestri veniant in hanc laudem. Anni tui favent, vena, amici fortunæ etiam; id est, omnia quæ ducere te ad magna & celsa possunt. Tu tantum ipse te duc, Ad sublimia aspira. summa cogita sed non in fastum & jactantiam. Absit nulla res plura ingenia in cursu retinuit, quam æstimium & amor sui. Decus juventutis demissio, fundamentum veræ laudis & famæ. Omnes celsius de te, quam tu judicent & humilia videantur quæ attigisti, ut sublimiora semper possis, & gradus tibi sint ad altiora, non meta. Vix n: doctrinæ culmen superabit, qui superasse se jam putat. Quo autē mentem & conatū venis ad Theologiam & quæ alta illa tangunt te dubis? Hortor. reliqua famam majorem habent, illa fructum. addo quod ab eâ felicitas,

ab eâ tranquillitas, & quod accedit, in patriâ tuâ æstimium & usus, in futura & præsenti vitâ beatitudo. Sed terrent te dissentiones & varia hæc judicia & inclinationes, quæ illam turbant felicius tranquilliusq; tractandam, quodq; multi cottidiè surgant adturbas, utinam non exitium Europæ fateor: & hæc vel constantes dejiciant, sed alibi molles simus, in ijs quæ ad Deum, sicut Adamas. In qua sententiâ tu consta, & spera quod à quâ parte æquitas stat, victoria etiam stabit. Sed tu melius tibi dices quocunq; inclinat animus & cupit, ito (versu dicam)

Prosper, & æternos refer ipse æternos honores.

Unum instillò, ad reliquas curas, Lipsi aliquam inspectionem junge, cui simile non natum, non nascetur. Ille sapientiam, robur, firmitudinem inspiret, & in eo invenies quidquid prisci & nostri noverunt, quidquid ad magnam mentem facit, ad mores, ad famam, quam tibi bonam opto, altam, æternam. Vale. CIↃ IↃ. C.XVI.

EPIST. IV. Montes.

SIMENIO BUCHIO. S. D.

TAles ne literæ ex eo tractu & à juvene? multæ ad me dantur; & à longis oris, Mu-

sas

ſas teſtor, non alias ſuaviores & toto genere cultiores vidiſſe. Nil blande apud te tuâ causâ dicam. nulla ſcriptio ſic delapſa in animum hunc, non ſolum aures. In ea ætate admirationem habeat non laudem tantum. De verſibus idem ſentio. Deus bone; alto animo & venâ in ævum miſſis. In ijs video de me juiſſe intermixtum. Gratum cenſes? ita ut nulla res ſupra poſſit. me longævum ſic feciſti ſi non æternum. & talem meum in te affectum, debitum nunc, anteà delatum. Tu tantum perge eâ viâ & inſiſte. Fama quæ à divitijs luxu, ſplendore venit, abit, iſta unà, & in ætatem aliquando manent, non in ævum. Sola illa perrennant, & nos faciunt, quæ à literis quærimus. Ego etiam mi Simeni, (quod mi occupationibus his mirare) hæc ſtudia necdum relinquo, in patriâ Hiſtoriâ & alijs olim oſtendam. Subduco ſemper aliquid & eripio, & alia potius quam hæc relinquo. Lucem aliquid in brevi videbit, ſi tamen eam tam diu ego. Sed omitto. Bruſius eſt ne ibi? ubicunq; ille pius, probus ſi quis Danus. vide te quæſo Phœbi & Muſa prolem. At Beſcium ultra non videbis, qui diſceſſit in altas & æternas illas terras. alto animo fuiſſe ſcis, in via ad famam & nominis hoc decorum. Fati viſum auferre &

in cælo (ita Christi pro nobis meritum est) habere. Ad quæ talia quid faciamus? feramus fortes alacres ipsi secuturi in brevi & discessuri. Nam ut longissime hic simus(& quis optet) tamen pauci anni supersunt & ducamur ad illos præmissos. Venatores istos vides? feras volucresq; cottidie involvunt & ictu aliquo percellunt nec exspectato; tale in nobis fit & aliquem in vasto grege assidue subducit nigra hæc Diva. De reliquo statu quid addam? in veteri eo sumus: alia fortuna demat aut mutet, constantia studia, virtus manent, quæ mecum feram.

Ad tacitas sedes & longa silentia lethi.

Eodem & tui amorem.

EPIST. V.

Lundiam.

LAVONI URNÆO V. N.

QUid ego aut mea sumus, mi Lavo, ut sic ames? aut quid in me est, quod te mihi sic temperat & jungit tam altum tam sublimem? Inspicio amorem tuum? pronus est & ut in filium. Judicium? id inclinatum. Dicta & facta? ista benefica & magna, illa amica. Ita à multis audio, qui à te, ita ipse sensi, ita Helius meus testatur. Cor meum vel nunc hîc tetigit & fodit; tam honesta, tam suavia à te dicit,

te dici, salutem tam benignam affert nec aures tacta cithara magis exitat&diffundit, quam me mentio de te & sermones, quo non est venerabilius mihi nomen, non erit. In animo eo persta, posteri sciant in literis, & qui eas habent, sic proclivem, Deus vitam modo & gratiam meis scriptis dabit. De carmine quid dicam? quod submisisti longo diffuso?

Candida posteritas venam mirabitur altam

Ita suaviter ita leniter, fluit, & ad priscam elegantiam. Nomen tuum abfuisset, alterius & (non mentiar) periti vatis dixissem. Ede, ita meretur, & ab hac etiam parte in famam veni quod rarum in eâ ætate, magis in eâ fortuna, aliqui invideant, multi laudabunt, omnes mirabuntur. De me in solito eo sumus languemus, labimur & fere καθάπερ ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδομεν Ac tibi de me dicam de emendatione diffidere cum continuas istas concussiones. video neq; signa ulla in melius aut promissum. Fero donec Numen præter spem ac speciem hæc misertus nostri mutet. Plura non licet aut lubescit, nec tu jam leges, ut alta ea & publica te habent, ad quæ Deus & Rex destinarunt. Uterq; te amet, iste diu, ille æternum. Malmogiæ Prid. Id. Jan: CIↃ IↃ. c. XVI.

10.

Jo. SEVERINO.

IN mærorem me mittis, mi Severine, si sic ambis & excusas. Quid aliud faceres? scribamus inter nos &, quod melius amemus inter nos. amor tuus mihi nunquam nimius, cur literæ essent? Ab alijs sic compellari non fero tantum, sed cupio, qui me ne tangunt; tibi qua fronte negem aut me subducam? insuavem me, si facio, & quem meritò ponas.

——— *Facunda in gente Menenl.*

Fac, apud volentem semper & tui cupidum. Inclinatum in me, quem scribis, valde gaudeo, quod mea laudet accipio, & si non mereor, utinam colorem habeant, quem aut sentit aut scribit. Quidquid erit, excitabit & ad alia porro mittat. Tu ad Critica iterum me velles? labor est in tenui sed non tenuis. Ad N N. nostrum cæpi, ut scis, & animus erat eum dare, aut ad ipsum notas, sed tardo, aut (ne fallam) abijcio. in otio, quod optem magis quàm sperem, fortè ad eum redeam. Vulnera habet & Medico ei opus, qui sanet aut tollat, vellem certè sed obruimur, mi Severine, alijs & magi serijs, magis altis. Et si sic pergo, longæ hic vitæ spem non habeo. De quæ paravi edere, jam differo, neque causam potes nescire. Non placet

placet concurrere in eadem re& eodem tempore nō prævenire. Æmulationem ea res feret &tectam offensionem aut morsum. Plura sunt in tot disciplinis per quæ ingenium nostrum se diffundat, si tamen Provincia hæc & curæ permittant, illa prægnans, ubera & quæ parum dabit remissionis, hæ si non magnæ tamen assiduæ, à rebus & eventu quem nosti, qui liceat non me meos tangit. De Christiano durum quod subjungis. De morbo audiveram â te de morte. moveor ad ista magnis quam mæreo, ut mores & seculum eunt non revocemus præmissos. lætitia magis est ut hæc sequatur ipsô affectu inducente. certe quos amemus cur invideamus optimè esse in alta æternaque luce. De me vitam hanc. novi & cupitor prolixe non sum, nec magis optant in vagam liberamque licentiam exire.

——— *quos arcta premit custodia matrum:* quam ego ab hoc mundo cupio pravo si unquam & in scelus prono. Et cum tam multa in opinata, tam insperata & non pro veteri norma geri videmus quis non dicam gravate sed illibens hic solvat. Sed quo abeo? supra modum, qui brevis in Epistolâ, optimus. Claudo. Vale & tui. Malm: ∞. Iↄ. C. XVI.

EPIST. VII.

Octavianus.

HELIO PAULO. S. D.

AB amore est quod mea sic probas & (ita n. scribis) miraris. Lipsium amo, sed hoc tantum, alij colorem ab eo magis ducunt. Mihi tamen nimis quam suave, facere ista ad teneram tuam salivam, & non nihil allectat, quod alij tecum sic sive judicant sive amant. DE EPISTOLIS quod suades, non inclino in alijs magis adducat, quæ Historias nostras aut altiora tangunt. In quo genere quadam capi re & argumento, ut spero, æterna, quædam etiam ad finem duxi, ibi ostendam scriptionis meæ vires. Sed protollo in annos lætiores, jam nihil est quod eò invitet, ut sunt homines, tempora, mores. De Epistolis mihi vix fuit in mentem, ut nimis verum illud Puteani. *In omni genere monumentorum quæ ab Antiquis accepimus & posteri seculis damus, nihil rarius Epistolis est, quarum tam gloria difficilis quàm fertilis imò necessarius usus.* Et quomodo eam hîc ego sperem? qui literas nec lentè nec ad laudem scribo, fundo enim hæc talia, non elaboro; dicto sæpe non video. Ad aliquot tamen Centurias asservavi, licet non in eam spem aut edendi istum finem, quas scripsi per hos annos ac mi-

sa ad

si ad te quando ita vis nunc unam, sed quam sine studio, sine paratura dedi. Tu hanc lege, sed tu, ne si ad alios veniet, affectate misisse aut dicent aut suspicentur. Heroem nostrum cum Homero.

πάντων ἀριδείκετον ἀνδρῶν

Omnium optimum virorum

à me Saluta, apud alios in gratiâ aut retineaut immitte. Malm. Nonis Martijs ∞.Iↄ.c.XVI.

EPIST. VIII.

Sinclari-Helm.

MARTINO PERSÆO Icto.

ACcepi tuas, ad oculos appressi & ad labra, ac, non mentior, habui auro ipso cariores, ut vera amoris aura Suaviter ibi spirat & stillant mero saccharo & dulcore. Et (verè tibi id affirmo) gaudeo vicinum ita factum, ut litteras & alloquia miscere pro voto & cupidine liceat. gaudeo in hoc solum venisse non extremum.

(quod terræ vestrâ dicam cum pace superbæ) mundi florem. Nec enim ipsum tantum eminet fæcunditate & dulcore quodã summo, sed & qui tenemus & colimus (liberum id magis quã fastuosũ sit) nescio quo Genio ad virtutes & alta inclinati. Ut ostendit robur & fortitudo nostra, à tot seculis celebris. Cernat, quicunq;

oculos

oculos & animum per volumina ævi & vasta hæc regionum mittet, quas invaserunt à florenti hoc tractu ac (quod verè dicam) insulis fortunatis. Quid enim aliter vocem? In omnes partes te verte. in omne latus. invenies Aërem vide; suaviter salubriterq; se explicat & halat. mundi illum æternum oculum; latę læteq; hic nitet æstates: non nimium exsiccant & urunt. Hyemes intiere; temperatæ fluunt, vim & sævitiem si exerunt, silvæ emolliunt longæ, latæ, luculento foco, altâ lignorum strue; Ad alia flectamus? Ad aquas; suavîter natantur & decurrunt, pisces alunt, & quod magis in usum, cum copiâ solvunt, naves vehunt, in jis opes, vina, armata & quidquid libenter habemus ad voluptatem ad fructum. Terram inspice, quid hic abest quod in calidis illis terris aut usquam adest. Ridet hic verè Idalio & purpurea cultu. Jam in planitiem se late diffundit, jam in montes effusè assurgit, aut latenter in colles. Hic lilijs & sponte natis violis se festit, Illic folijs floribusq; & amænіore fructu. Alibi afficiet tàm formosus aspectus ridentis prati, alibi odorati luci & fructuosa arboreta delectent. & quid alibi usquam habes hac parte. In urbibus es, circumsonent res hominesq; adeas & vises, non aberit quin

una

una ſplendorem, delicias, ludos. Ille in hortos ſuburbanos trahat aut portum. Alius ad epulum aut commercia. In ipsâ via, hilaritates alibi & riſus: Ludi nonnullibi & joci, & mox chori, tripudia, cantus. Ubi ſi in mores, in vitam attendas, nullibi illi cultiores, hæc decentior, ut fallam, niſi dubites cætus hic hominum, an confluges virtutum. Alit innocenter quisq; ſuas laudes, ornamenta, flores, quos juncti miſcent, & tradunt invicem ſumuntq; cultus animorum. Jam in rura ſi propendes, ad tranquillitatem hîc ferant, ad ſapientiam, ad conſtantiam addo ad robur animi & firmitudinem &, quod hîc præcipuè ſpectamus, amænitatem. Proceres tenent, non minus quam Romana illa; quæ Marios, Fabricios ab arvis ad arma; Metellos, Cicerones à raſtris ad Roſtra; Virgilios, Flaccos à ſilvis ad Citharus habuerunt peritos & paratos. Tenent. nec minore quam ibi copiâ, virtute & conſtantià non impares, fide & pietate meliores. In omnes alias res viceſq; ſi flectis, ubiq; commoditas obvia & perennis; nullibi ad virtutem uberior exercitatio aut via, omnia libera, firma, apta fovendæ & temperandæ vitæ. Semper ſilens tranquillumq; ocium, & aptiſſima Muſis ſolitudo & quies. Sed vis ne diffuſe magis hæc

tangant

tangam & deducam velut per partes. Superbæ silvæ ubiq; cingunt, in ijs aves contantes inter flores fruticesq; salientes, hæ Musicam præstant, quæ omnes ab arte melodias vincat. Hortorum purpura & virores illis Hesperidum pugnant. In campos prospicis: Agricultio nusquam felicior, Segetes solvunt, quæ regionem non nostram solum sed adiacentes alunt. In pascua; occurrent magno numero armenta, jam in planitie & vallibus pascentia, jam in montibus & amœnis lucis. Propius eadem aspice, luxuriam, lasciviam mirabere, & numerum ac multitudinem, quam frustrà alibi quæres. Tauri illic pulverem spargunt & mugiunt, hic balant oves & decumbunt, & tam variam soli faciem greges latè tegunt. Nunc nitesqua devenias & densos saltus. Illic feræ vagè pascuntur & errant, hic Cervi tuto lasciviunt & Damæ. Flumina ardeæ & olores suaviter innatant & demulcent. Lacus anseres, annates & alituum id genus vage lateq; innavigant, & ad usum, ad commodum, addo ad victum & voluptatem illaqueantur ac, pene dicam, sine arte in manus currunt: Quid dilato nil volat aut natat, nil vivit aut viret, si salutare, quod Dania non habet, in omni felici & fausto proventu inferior nullis terris, superior

ſuperior multis. Natura portam & maris imperium hic poſuit. Ab oriente, ab occidente, ab Indijs & beatis inſulis, hic occurrunt, obviant, tranſeunt, oneratas rates adportant, non vacuas aut leves deferunt, vendimus, emimus, commutamus pro lubitu pro lucro. Pene dicam populi diſſiti & propinqui ſerviunt, & pro ſolo tranſitu id exolvunt, unde perennes ærarij fontes fiuant, & fæcundentur. Quidquid ſperas aut optas hic tractus dabit. Sæpe quæ florentes terræ non ferant. nihil deſideres, ſi uſpiàm eſt, quod pleno planoq; ſinu ſe non offundat. Gaudeo inquam in hoc ſolum te veniſſe & cauſas vides, opto felix fauſtumq; tibi eſſe ad quietem, tranquillitatem, addo honores & amplitudinem, Ad quam (verè augurer) Deus & virtus brevi elevent & trahant. Hæc volui, & ſi majora debui, dicere de Septentrionis hac paradiſo tot inſulis amæniter diſtincta, tàm grata varietate & formoſo cultu perſperſâ. Volui. Ut in quam terram & gentem veneris, quo loco & ſede ſis, ſentias & læteris, nec unquam mentem aut votũ vertas à felici tractu. quem talem eſſe jam re ipsâ ſpero te comperiſſe, ut ego te ſemper mei amantem & faventem allabora. Quod ſcio ſerio futurum, ſi ſcias quam ſerio ego tui. Vivamus, vigeamus in illo affectu, in candore

candore & cultu, & nihil hos animos nisi mera mors ac nec illa disinugat & avertat. Finiens opto ut longe à fortnnæ inconstantià, inquieto tranquillitatis sinu nos reclinemus & senescamus; Ut Musas late læteq; veneremur, & literarum dulcitates & delitias libemus, & quidquid ad famæ ad nominis æternitatem; Ut in virtute firmis & securis dies veniant & discedant, & vitam nostris arbitrijs formemus; vilibus animis altiores, & quæ hic vulgus miratur ac amat ridentes; ut proceres non metuamus, sed nec irritemus, arma non tangamus, lites nunqnam aut leviter tractemus. Sed placidos dies, placidas noctes agamus, lethum non optantes aut timentes, lucri & ambitionis non sitientes, invidiæ expertes & Sævientium merorum. cumq; ambiguus fati dies aderit, animas has sine luctu, sine lacrimis emittamus, felices moriamur senes & avolemus læti & lubentes in terras meliores, hicq; apud propinquos & remotos non fluidam, sed nec fastuosam famam relinquamus. Satis & nimium. Vale mi Persæe vale.

EPIST. IX. Portuam.

CHRISTIANO LONGOMONTANO.

QUod jam scribo, quod devotè, ab eo est

est qui fert; hoc quia ingenium & indolem in ipso amo, istud quia orat & exposcit. Ad te aspirat, per me sperat admissionem. Audeo tibi, ut ingenium & doctrina ejus sunt, commendare. Habet Philosophiam, Mathesin, Musicam quoq;, stilum altum & planè producendæ famæ, mores suavitate mistos & melle: Fac quod soles, & natus es, ingenia juva, evehe sed alta, hunc in gratiâ tuà pone. Ita Deus quæ speras in reliquum ævum dabit. De Dibuadio quid audio incurrere in te & lascessire Est ne? Tu si me audis ne obvia unquam aut reverbera ne in animum mitte, vix sub aspectum. Nam Te minorem aut abjectiorem, quâm es, faciet. & secuturis sententiæ libertatem aut modum tollat? Nugæ. Inter tuæ ætatis magnos laudem si non victoriam habes, & hoc ijs volentibus dicam, qui in te proclives concedentibus etiam qui non proclives. Alti ingenij & cur non dicam sapientiæ fuisti, nec à veterum laude valde removendus, & quisquis planè ἄφρων non est videt. Ut nec Ptolomæus locum apud se neget aut quisquã major; Ille nubem hic spargat aut aliquid demat? nihil. Quod ante dixi, spernere te hæc ab eo jacta malim, quam repellere, & à sequente ævo sedati magis, quàm acris animi judicari.

Etsi hæc ad id non manent. omnium temporum fortuna ostendit hæc non diurnare, neq; qui scribunt in famâ esse. Evanescunt ut fumi, neq; aliud ista sunt. Nam quis nesciret invidiam ei hæc dictare aut stuporem. De avibus vetus opinio aut dictum in aquilam livorem fovere, quod altius volat, quod apertis oculis solem videt, cum non ipsi; Ita hic est, superiorem dolet aut invidet. In Apulei hoc te velim suspicere. *Hoc quoq; genus inveniri, qui meliores obtrectare malint, quam imitari & quorum similitudinem desperent, eorundem adfectare, Simultatem, scilicet ut qui suo nomine obscuri sunt aliorum innotescant.* Cogita, & in animo isto me ama, qui eo tuus sum. Id Junij ∞ IↃXVIII.

EPIST X.

Portuam.

CASPARO BARTOLINO. V.C.

MAnum & stilum mihi laxat iste quem vides, Amo ut à me natum, quia ille literas & virtutem. Ad vos it, benivolentiæ tuæ auram aspira. Is finis ea loca visendi, ut vos magnos ibi videat &, si permittatis, insinuet. Amari, coli, visi ab eo patiaris; hoc postremū utinam mihi detur, reliqua fideliter feci, & si ille saltem sic Musas, in magnam famam & laudem

laudem surgat. Deus dabit, cum id mente rogo. te, mi Caspare etiam scripto, ut næ & meâ causa illum producas. De litteris, quas mittebas ante hos dies, illæ verò dulces, suaves. Semper hilaror & velut vegesco cùm aliquid à meo Perseo. Nec aliter pote, ut is amorem doctrinamq; miscet, & illo ire juxta vobiscum aut supra possum, elegantiâ & ingenii hac altitudine non possum nimio labore aut adversis fractus. Nam ut cotem, ad quam semper ferrum acuis, tandem absumis; ita cum animo est, & viribus, minuas tandem diu usurpatas. Nec nimius ullus labor esset aut magnus, si præmia adhuc essent aut gratia in hoc loco. Cùm sine stipendio, quod alijs per hæc regna magnum, & è meo vivam, molestat aliquantum & tædet. Etsi feram quæ non mutem, omnes vinculum aliquod tenet ergastulum aureum seu ferreum, sed tamen tenet nemo animum; ille ad alta, ad ima it, ad futurum aut elapsum ævum. nec mundus hic illi magnus. Hoc soletur, eò divites, eò beati simus quando hoc corpore & externis non licet. De me, pono inferiora hæc cogitata & quæ imbellia aut cupido dictant. Et alij ut consuetum, ego à perituris his & splendidis aversus, & quò debeo versus; id est, ad pietatem &

cœlum. & ſic vitam, hanc manebo, ac ni te propenſus & devotus. Malmogiæ. Kal. Febr. ꝏ .Iↄ c. xvi.

EPIST. XI.

Portuam.

IO. PAULO RESENIO Epiſcopo.

ASpirat ad vos ſummus juvenis Severinus Samius ea cauſa me ad te mittit, eſt magnis apud nos natalibus, ipſe plane altus & ſupra hanc vulgam, ingenij magni, judicij in omnibus alacris & exacti. Rogo in eum favoris tui libra devergat. Lætitia imbues, ſi ad aſpectum tantum & vel breve alloquium interdum admittas, quod longum, ſcio, ſtudia tua & alia non donent aliquid ſubtrahe & huic imperti, monitis juva & auxilio ſi opus, dignus eſt, & magis magiſq; cum annis erit. De Jonâ Severo audiviſti ſedem apud nos inveniſſe. Senatum populumq; hic habet inclinatum & ſi Martini conſenſus accedat res facta eſt. Optavi diu propiores eſſe & jungi, amicitiam renovare cæptam in primis illis annis. Nunc ſpero contingat & excitandis nobis hoc, ſcio, erit, ac in hoc curſu retinendis: Si tamen diurnare mihi detur in hoc loco, & fata me aliò non dicam mittunt ſed pellunt. Nam liberè dicam & apud te, alia meruimus, & ſi hæc urbs non donet apud

apud alios quærenda. A patrimonio opes hîc me ſuſtentant aliter indigentem ac nudum. Nam ſtipendium hîc vile, exile & alijs contemptum, vix pro meo & meorùm veſtitu, quem non omnino ſplendidum ſed nec indecentem uſurpo. Jam quæ muneri huic adhærent gravia, dura & non ferenda niſi forti. Quid tamen quærar? Proceres in me faventes & meâ culpâ factum, quod non alio loco nunc res meæ. Vota ad alia ante non niſi, nec præterеant ſcio cum occaſio & res ferat. Sed quod Deus & ubi volet te hîc aut alibi, tam conſtanter amabo, quam illum me velim. Nec animum in te etiamſi terram mutabo.

EPIST. XII.

Portuam.

Jo. SEVERINO.

LEgi ab amico eo ſuaviter & ardenter ad me datas, quid dicam? motus mihi animus fuit & dulci ſenſu infuſas. In eo tracta & à talibus æſtimari ſuave eſt, ubi nec nomine (Muſas teſtor) notum cenſebam. quid illud ſic amari, imo laudari? quod poſtremum non valdè volo mihi tamen hunc fructum ferat, excitari & erigi, ut fortius & felicius hunc campum decurram. De me neſcio, de eo video (ſi quid literæ animum revelant) quod

Mens altum spiret honorem.

Et eū sibi& alijs dabit si pergat. Nos remissiores jam sumus, & cum video quibus artibus precium nunc sit, nescio an ad alia non inclino. Regi quædam scripsi de Christiani â quam hic condit, de vĉtorijs suis, de alijs; habebis simul prodierint, nunc in eo sum, ut emittam. Mæstū, quod addis morbos eum minari nunc ibi & turbare & jam ante audimus. Utinam non crescat, nam adhuc non dimanavit scio & dilatavit, utinam ad alios ac nos etiam non veniat & sespargat eversurus urbes has omnes tristi plagâ. In metu hic certe sumus, ut longe non absumus brevi tantum freto dividente. in metu; sed non ego, triste alijs sit abire & abjungi, non mihi. Manere me Deus vult adquiesco, abire? item, & alterum utrumçunq; me volente donet. qui scio semel tamen hoc poculum sumendum & differri aliquantum posse non auferri. Citò aut serò, sed omnes hic finis manet. Ut torrens aliquandiu currit mox decurrit & arescit; ita in nobis est & perennes non sumus, aut ut fluvij, qui non desistunt. Aliqui longum, nulli in ævum manent. Ut in hijeme, cum ea dura magna, finem optamus, ac ut cito decurrat ad æstatem sic perverturi: Cur hic non sit, cur ad æterna illa

illa amæna non aspiremus, ubi lætitiæ nec modum esse nec finem scimus. Qui non facit

κεῖνος γ' ἄφρων ἐστὶ νόον βεβλαμμένος ἐσθλῶν

Et in vobis damnum sit abire, qui usui aut laudi his terris estis, in nobis nullum, qui medij in istis sumus, & quos pauci requirent ablatos. Sed omitto; te nunquam ab hoc animo, nec virum illum magnum, qui se tam suaviter, tam faventer ad me diffundit. & valde à virtute abeam & studijs quæ tracto, nisi & illũ in cor immittam, & meum remittam. quod facere me hac scriptione ad te testor, ad ipsum una; mitte, & ad magnum nostrum Hansenium, Mariagirum à me salutẽ Malm. ꝏ. Iↄc. XVI.

EPIST. XIII.

Franequeram.

SIMENIO BUCHIO. S.

RECreasti me scriptiõe suavi, altâ &, (quod melli mihi est) in me propensâ. Ab illa parte admirto & affectu respondeo tam insignito affectui tuo; ab alia non obsigno, judicium enim id ab amore nimis traxit, & non cadunt in ingenium nostrum hæ laudes. Quid ego aut mea sumus? jaceo, ea langvida sunt, sine charitate aut venere, nec magna nisi à ve-

ſtro amantium affectu. Studium mihi & amor eſt ſuaviter & decorè ſcribere, illum imitari, qui in hoc genere princeps. Sed hoc tantum, ſucceſſus neſcio an ad votum ſit. cum ſapiente illo.

Neq; me eſſe primum veſtrum aut imum exiſtimo. Sed abite iſtæ res. Ad te flecto. In Belgicâ es, & diſpicet in ijs partibus ultra eſſe. Ad alios aſpiras, an ad Germanos aut ...... Conſultius? etiam quæris. Dicam & breviter, ſi oculos paſcere animus eſt ...... ſi mentem, Germaniam conſulam adeundam. Si jucunda amænaq; ſpectio te capit, hominum, urbium, locorum, & comitas ac luxus te flectit aut movet, qui in pleraque eâ omni (falsô dicam) gente. Iſti ad ſe ducant. Et ibi quidquid altum, ſumptuoſum, grande in mundo penè eſt, libare tibi fas in compendio; divitias, opes etiam ſupra felices inſulas. Hæc omnia & plura videbis ſi adibis. Ubi magnæ opes etiam vitia aut crebra; & in beatas illas terras multa vana ſe ſpargunt & miſcent. Et quamvis iſta ſpernere & vitare, bona excerpere & attrahere ſpes & mens ſit, tamen ut inter multos ebrios, difficile eſt ſe unum ſobrium ſervare: Ita etiam ab ijs abſtinere & ſe non jungere ad quæ omnes inclinant, magni non ſolum judicij ſed

conſtantiæ

constantiæ sit. Sed discere tibi propositum scio, & diverso aspectu atq; auditu formare. Hic Germania placeat, locorum hominumq; ingenio temperata, & apta sedes ad excolendam mentem. Suadeam sanè, ut ea non studijs tantum & ingenijs clara & frequens, sed & magnis jam animis & viris insessâ, ibi etiam sit, quod quisquam optet habere aut cernere, scientiæ, artes, puri placidiq; mores, & candidi ad hanc nostram nivem. Huc pedem proferre adsuadeam, in illam, ut nunc est verbicem & culmen rerum, & non transire sed insidere, nec septimanas sed annos in eâ ponere. Addo & ob Religionem, quam tu amas, quæ hic in flore. Sed Philosophia te adhuc habet & ad Medicinam fortè ibis, aut iveris ut à nobis? Illa tamen curæ cordiq; erit, & te tingere eâ non debes sed perfundere, Regina illa sit, reliquæ artes serviant. Sed quo abeo? amor in te largus est, me & stylum facit. habes meum sensum. i, vide felix, nos intra non longum tempus, nam iter & emansio ut longa sint non suadeam. Vale & nos ama qui te æternum. Malmog. Postr. Non. Mart.

EPIST XIV.

NICOLAO OLAO.

TEmmæus ad me misit ea, quæ tu ad ipsum, id est, litteras & donum. lubens hoc vidi, illlas legi, utrumq; ita merebatur. Istæ ab elegantiâ & cultu, & quod caput est, amore, non calent, sed spirant, id amplum & contra aurum. & sane majus aliquid potuisti mittere, nil gratius aut magis ad hunc sensum, quod ut breviter dicam, inter cara mea pono, te retineo æternum. De litteris, quas adiungis, eæ altæ, magnæ qua me tangunt. delectarunt, & valdè ad opinionem meam de eo addiderunt. an non facerent sic acres, sic amantes? Me certè duplici motu sic affecit, lætitiæ & pudoris. Carum & votivum placere ijs, qui ipsi Musis & Phæbo placent; nec est nunc in hoc ævo cui me magis & mea velim esse pro voto. Lætor mihi hoc ab eo dari, sed, quod dixi, cum admixto sensu quodam pudoris. Non sum quem me credit & in alto sic ponit. me demitto & in terra meâ maneo nec me alij melius, quam ego novi. Non nego tamen tangere eum sic imam hanc mentem & commovere. multos in suum sensum trahat vel invitos, & putare de me adigat quæ

nec

nec putant. Conatus mihi ad hæc esse hoc sciant, de successu non jacto. Hoc possum, si quid magnus Deus in me contulit, & alijs non mihi, volui servire. Reliqua taceam, scriptis dictisq; semper tentavi meliorem & cultiorem reddere juventutem. dirigere, instruere, ducere nunquam tæduit, & qui ad sapientiam & virtutem ibant, formare ad eam & concinnare. duxi ad ea hac viâ, quâ ante me nulli, vix post me faciant. non cum eo fructu, eâ famâ. Nec fortasse omnes qui sequantur assequantur. Nec alia sunt, ob quæ

aliquem mens spiret honorem

Conscia factorum.

Nam pietatem inculcare, monita, hortationes spargere in rudem plebem alij possunt. etsi hîc etiam à me factum, quod pauci ante me, vix post me fortunam habeant. In Mattheum jam possem ostendere, quæ hæc aut alia ætas amaret. nam explicavi hîc meis auditoribus, & novo ac alio, quam pro vulgi more aut modo. Pretium operæ fecisse audeo dicere post multos & magnos. Sed retrahunt me & sistunt Theologorum

gorum hodie rixæ, diſſentiones, pugnæ & vetant me in hoc genere quidquam dare, ac (ne apud te diſſimulem) ſuadent ad alia nunc ire. Nam noſtros hîc excipe, qui in aliis modeſtiam aut quietem ament. Vides cottidiè & doles ſcio, magis quod ſine fructu faciant, ferè ſine laude, etiam qui pro meliore causâ. Sed longius nunc veni, etiam quo mens nō fuerat aut cogitatum. Stringam & ad finem veniam, nam de ..... nunc non libet aut licet, in quo tamen ſcias diſſentire me & alio flectere ſed ſenſu tibi nō ingrato. Mal: ∞.IↃ.CXVIII.

EPIST. XV.

Lundiam.

PAULO MARTINIO Epiſcopo.

DEdiſti me in læticiam hac humanitate. Et ſi unquam ad eas litteras me attollebam, ad affectum magis quem præferebant. Ille enim doctrinæ pleniſſimæ, iſte faventiæ, & adducor (niſi valde inhumanus ſim & à Gratijs alienus) illas oſculari, iſtum deperire. Hoc magis quod tantum æſtimas, quod indignum, quod immerentem. Inducit ad redamandum amor hic tuus, qui non obſcurum hic ſe ſpargit & miſcet; Quem utinam liceret (quod voves) non literis iterum, ſed aſpectu & alloquijs

quijs ſemper oſtendere, eſſet hoc ex uſu meo & ex famâ, ac colorem ſic & virorem ducerem ab hoc zephiro ſapientiæ, qui à te perflat. Ut enim roſa & odorati illi flores fragrantiam ſemper aliquam aſpirant tangenti; Sic docti & periti odorem aliquam & ſuccum ſuæ virtutis à te mihi fieret. Sed ſpes eas pono, nec enim mihi tecum vivere, tecum mori à Fato decretum; etſi ego vellem, tu opetes. Intereà quidquid me erit, hoc ex fide tibi affirmo, teneri te à me, alto ardentiq; amore; quem nulla dies delebit aut immutet. Ille eſt eritq; meus candor. Literas à novo eo amatore libens vidi, magis quia tu ad eum pararius & conciliator. quia neq; me hoc fugit tuas commendationes hos mihi temporare & jungere à meliore fortuna & mente. Iſte ſerio videtur inclinare. affectum ijs litteris ita large, quam aſpectu atq; alloquio oſtendit. mirum non carum tantum illis in ſublimi & alto de nobis; id eſt, litteris in cura eſſe. Nam quia attraxiſſe credunt ij in nos propendent, quis priſco & parum re moto ævo de nobis ſperaſſet cum barbaries hic & tenebræ, nec niſi armorum ſedes & incolis cordi.

Diſcordia gaudens
Permiſcere fretum cælo.

Vandali

Vandali, Cimbri, Gothi plures monſtrarunt qui omnes originem & fontem iſtum habent. Nunc mutavimus valde, & virtutibus, doctrinis, omni pulcritate provocemus cultam quamq; gentem. Certè Portuam, ut nunc viris ingenijsq; inſeſſa, ponã contra Græcas omnes urbes aut Latinas. Et Lyceum hoc aliaq; vide, in quibus litteræ nunc florent, quos anteponas inEuropa, quos vel componas. Certe quosdam habet, ſed quosdam, ad quos nil par mihi dabis ab omni ævo. Longior ſcriptio mihi non facit, tædium obſtat, & hic ſtatus, qui rerum & manſionis facit incertum. Vale, mi Martini, Vale, Deus mihi vota perficiat quæ in cupida mente: ſaluto Tauſanum, ſi iſtic, uxorem imprimis, quam à me amplectere. Malm. IV. Non. Jan. quẽ facilem & Salutarem vacillanti valetudini tuę opto, & annum hunc novũ felicem,

EPIST. XVI. *Roſæfontem.*

BATOLOMÆO HANSENIO.

ITa Deus læta è triſtibus ſæpe nectit & ligat, ac lætitiã temperat vitæ hæc amara. Tibi fecit, mi Hanſeni, & poſt longos errores (quid aliud peregrinationes ſunt) quietem tandem dedit & portum. Lœtor non tantum, gaudeo magis, quia in patriã, & in eo loco, valde ut audio (nam à puero non vidi ameno, inter altas optimasq;

masq; animas,& florem in eo rosetoDanorum. Nec enim ipse locus amænitate ridet& decore quodam alto, sed& qui tenent ad summa&honesta largiter proclinati. Itaq; quod ibi es, quod inter eos,gratulor,&ut diu sis,ut pro voto, mea vota apud eum interpono, qui te ibi ponit.Quodq; optata vincula jam ligata&adstricta sunt in abrupto illo modo, voveo felix fætumq; esse, & firmum ac manentem ut in ligno,non stipulâ ignem.Sed de litteris quas submittis. ad ea loca hoc nomen pervenisse multum sit & gratum. Quid affectus qui inde sic afflat & velut adspirat? Adfirmo tibi motum me & affectũ esse ad longinquum hoc nomen, & si Saxum sim aut truncus, commoveret ea humanitas ac doctrina, ut durus sit qui non in animum immittat sic volentem. In eadem utriq; proni sumus; id est, litteras&Musas,adhæreat meritò ac sequatur, ut inter nos etiam simus. Genius & natura plerumq; jungit votis & vitæ genere junctos, in laudem sit nos etiam alligari ad Bona & Honesta sic euntes. Nam de eo hoc video,de me addico.an hoc tantum? imo amorem addico, affectum, cultum non nisi cum vitam hanc finio, ac nec tunc finiendum. Nec doleat quod hæ undæ, hæ terræ dividunt

dividunt, mente juncti erimus & æternâ illâ parte. Litteris etiam colloquamur sæpe & scriptione. Nam ut aliter, non spero nunc, non sperandum, ut functio hæc est & locus non sinens peregrinari, imò nec diurnare. Ætas non vetat quæ adhuc viret, labores nos frangunt & fatigant, adversa quæ jam diu adhærent. Respicimus nunc metam, ut ii terram solent, qui à navigatione diuturniore fessi & fracti. Ut tibi sint quæ voves, ut animo & externis etiam istis valeas, illo me ames, cum illo viro magno & supra hoc seculum. Meum est votũ. Ad eum etiam hic habes & oro mitte. Saluto ibi Suendium à puero amatum mihi nomen. Malmogiæ.

EPIST. XVII.

Rostochium.

EILHARDO LUBINO.

VIdi à te litteras, & nullas doctiores aut dulciores hoc ævo. Saccharum, acrimoniam, merum mel exspirant, & veneres, Gratiasq; ubertim præferunt, nam eæ profectò insiderunt. Ut vere de te proclamem.

ἤ σέγε μοῦσ' ἐδίδαξε διὸς παῖς ἤ σέγ' ἀπόλλων.

Te Musa instituit soboles Jovis aut puto Apollo.

Ita varia inspectio ac lectio coloravit, eruditionem raram ac antiquam ostendunt. Summa

ma tua &, verè dicam, inſperata mihi benignitas, qui te in eâ fortuna & alto ad me demittis, qui hîc lateo & jaceo inter viles. Iure tibi omnia cupiam faciamq; , qui in me ſic oſtendis pronum & faventem. Videbis brevi ab hac re ſigna, ſi ego aliquandiu hunc ſolem. De Reliquis Judicia hæc amo magis quam probo: nam quomodo tam alta & magna de me poſſem? ingenuitas mea & ſubmiſsio admittere cunctantur & retractant, ac ad hanc mentem appellant. Amor in iſtis ſæpe fallit, in magnis locat & locari vult, quæ ipſe cenſet & tuus jam hoc punctum mihi donat. Ab alijs meis magis eſt, ut exſpectem, nam iſta non magna. Nunc pluſcula edo, ſi in hanc æſtatem ſupervivo, quod non certum ut luctus hîc adhuc non dimittit. Sed edo, etſi laudem à multis non ſpero, non ab omnibus, nec hoc votum aut cogitatio unquam fuit. Nunquam tam laboratum aliquod ſcriptum eſt, quod non ſubjectum parti alicui livoris. Et benè cum non plures qui carpant, aut damnant. Etiam optima aut quæ ad ea proxime accedunt calcata nunc nobis, magis ſi in oculis eſt, & notus qui ſcribit. nam apud longinquos & exteros famam ſæpe habemus, quam noſtri non donent. Innatum nobis faſtidire præſentia, a-

mare aut velle quæ non possunt haberi, non novum aut infrequens, semper fuit etiam Martialis quærela:

Quod sua tunc rarus ibi tempora
lector amavit.

Quid nos miremur rebus his immutatis & lapsis? sed abite istæ res qui tuas dederunt, jam antea mei sunt, nunc magis à te commendati: quæ tibi velim in ijs ostendam, & me ac mea non prompta habebunt, te rogante, sed sua. Ita tua virtus comitasq; est (ut tangam iterum de istis) & ego obstinatus colere ac amare, in quo affectu antiquabo; nec dies aut vis ulla non scribam exuet, sed exuret. alia avocant, & nuncius adstat & poscit. Vale & in me, qui cæpisti, mane. Anconæ. VI. Id. Oct.

EPIST. XVIII.

JOANNI SIMONIO, S.D.

UT qui in humili sorte, mi Simoni, placent sibi & surgunt ab adventu aliquo ad se & affatu magnatum, ita mihi fit ab Epistolâ tuâ &, quod caput est, humanitate ad me datâ; & esse aliquid videor ab alloquio & benignitate ista. Laudes sed nec judicia valde moror, à tali & cupio & amo;

mo; Affectum magis, quem repono & addico, non fucato & hujus ævi more, sed prisco & antiquo, cum dissentio adhuc non erat cordis & linguæ. Et quando ita cessit, ac se dedit, contesseratio amicitiæ hæc sit. Si ita voles, intercurrent jam sæpe scriptionis hi affatus, & semper cogitatio; ac animo, quem in animo habeo, videbo, adjungar, tangam. E scriptis, quando ita vis, adjungo sed postremis tantum, si non negabit ferre cui has trado. ad quem melius spargam, quam diligentem talium & æstimantem. sint tantum quæ censes & famam sustineant accepta. Pauci istis levioribus pretium aliquod donent, lætabor si calculum tuum huc ponas; quem pauci nunc recte mittant in hoc ævo. Tu in Historiis etiam à me exspectas? Ad eam, quid dissimulem, non tantum viri magni, sed ipsa mea mens vocarunt. Quid tamen sperem aut addicam in hoc luctu. Tenebræ meræ sunt circa hæc gesta & labyrinthi. parva & pauca scimus è magnis & multis. Sed ætas scilicet abscondit, quod hic magis quam in ullà

 gente

gente liceat accusare. Paucitati scriptorum adsignandum circa id ævi, & in illis ipsis, quos habemus, veritatem & fidem est ubi requiras. Pueri sæpe & vix benè adhuc stantes contemnant, quæ pro magnis illi jactãt, pro veris. Ea & recta in pretio nobis; ubi ea desunt omittere & tacere, ac certum nobis nihil nisi certum scribere. Si tamen finem his tristibus est sperare & medelam, ea sero ad te veniant & non nisi post ætatem. Utinam ego veniam & itineris eo copia unquam aut causa, istis brachijs tibi circumfunderer, quod mente nunc præsto, & serio ac semel me tibi dico, vir eximie, amicum. VI.Id.Oct:

EPIST. XIX.

Rostochium.

PAULO RUTINGIO.

MAnum eam vidi, cultam, suavem & optimi animi in me testem. Carmen etiam legi, amorem spirat & ingenij quoq; magnum cultum. Redamo corde vos tales, & in id te mitto. Suave enim fuit sic affari, quid illud in laudes meas sic ire? etsi eas audio, non agnosco, sed sentio sic affectum, cerno de me judicium,

cium, illum amo & reddo, hoc enitar, & attentem esse quem tu me facis,

ὀ γὰρ δοκεῖν ἄριςος, ἀλλ' εἶναι θέλει.

Quidquid hujus erit, optima amare scio & tales quoq; viros amare. Tu fac, & quando placeo ac amicitia nostra jungamur perpetuum, & hoc audiat ille perpetuus. Carmine etiam ad tuum respondi. Venit ne? Persæus mihi visus negare; has submitto felicius, ut spero, dandas. Sed heus de adventu etiam spem donat. Quando facis? menses mihi dies sunt, magis quam ijs quos custodia tenet & carcer. Nam inter dissimiles hic agimus, cur negem, & quos Phœbus ac hæc studia non tangunt: melli mihi est habere hic aliquos conspirantes in litteras & virtutem & qui perite navigarunt Musæum hoc æquor. de me invenies laboribus fractum & fessum &, ut in altâ ætate, terræ hujus pertæsum, nisi quantum animus sustentat & non vult me mergi: Veni, refice nos, quod rogare me dicam an jubere? utrumq;. nam mihi & juris aliquid in te sit qui sic amas. Verò, seriò ita me Numen in alto hoc & æterna terra, ut ego te hic tenere cupiam, & dilatum adventum spero non omissum. N. N. â me dic, si adhuc ibi. Postrema ejus legisse etsi non eo mittente. hoc culpo in parte,

illa tota mente & corde probo, viam præmonstravit hodie ad id genus scripti, quod latuisse nimis diu boni magniq; fateri debemus, utinam per eum in vitam dandum. plenum sapientiæ & formosæ gravitatis, recti peritiq; arbitri omnes dicent, quos ut judicia jam currunt optem ille magis quam præstem. Affelmannum ibi non amo solum, sed colo, nuncia, & à me salutem. Malm. id. Nov.

EPIST. XX.

Octaviam.

HELIO PAULLO. S.

ADfuit mihi N. N. altus juvenis & tibi amicus, mihi tua causâ, literas à te dedit, de te quæ vellem dixit, vivere & me amare, utrumq; etiam tuæ litteræ. Etsi hoc postremũ quid opus fuit? sciebam jam ante te meum esse, & sic esse. In negotio....... Habes meum sensum etsi breviter: diffusionẽ & occupationes & institutum meum refutant. De altero eo metro & uno illō inserto verum affirmasti, supra verũ aliquid dixi, supra fidem. nondũ meruit tam alta, nec mereatur, ut tecum quoq; opinor. Quid tamẽ est? benignitas mea est, ita soleo, ita natura impellit æquum in omnes esse, sæpe supra æquũ. Sed bene quod versus sunt, & præsupponunt hoc

ipſo fidem non mereri. Utinam hoc alibi non magis à me peccatum ac ubi minus decebat, nam, quid diſſimulem, in alienos mores & ſcripta valde ego lenis & facilior laudis, quàm verè ſæpe cenſor. De alijs neſcio ego talia illa ſcribo non ut cenſuras, ſed incitamenta ad alta & honeſta. Veteres tu illos (etſi majores & meliores nobis) credis tu fuiſſe ad acres eas laudationes quas paſſim ſive Poëtæ ſive Oratores dederunt. Et cum nos in blanda hæc diffundimus tacite & velut per flexum ducimus, quo nos & hæ Muſæ velint eos ire. Sed heus, Neſcio quàm hi dies mihi parum læti, langueo aut (ne fallam) eò inclino. Excurram aliquo corpori ſed & animo firmando, quem ſtudijs & meditationi nimis mergo; & me ea res in lethæis aquis, niſi tempero. Quid ſi ad te? Statui, ut in gaudium ſtatim te dem, nimis lubet veteres ibi amicos recognoſcere. Quando erit? Jam brevi, Já intra menſem, & ſi viæ meliores, jam eſſet. Ut proceres, ſi quò viã habent & iter, nuncium præmittunt; ita ego has literas mei adventus; habe & me inprimis. MISCELLA jam diu ad te miſi & ad illuſtrem Urnæum, doleo ſi literæ aut libri non perlati, curavi per certos, ut ſpondebant, ſed caſus viæ & conſuetudinem non tradendi vel abjiciendi non

ignoratis. Ad altiora nunc eo, si Deus ævum & ocium dabit. Hæc ita pleni sermonis (quo spe jam fruor) libamenta.

EPIST. XXI.

Portuam.

GEORGIO MARIO.

LItteras tuas libens legi, carmen etiam iteravi, utrumq; amplexus sum, illas à benivolentiâ & amore mei, quem spirabant, istud à fluenti suavitate. Ego, mi Mari, ut de amore præmittam, accipio & largiter ac puriter eundem repono. Affectum in te sumsi, & fide ac constantiâ servem; nec erit ut eum mora aut intervallum atterant vel tollant. & ita vena tua, ita ingenium merentur, quorum illa facilis, id alacre & ad famam natum. De carmine, illud quam putas re ipsâ & inscriptione blanditum esse? quid cum legi tam molle, tam argutum, quam putas inquam mente affectum & motum esse? Me diu hæc talia tenuerunt, nunc ea tangere vix ocij, certè non intentionis hujus meæ. Tu hic succede. Ad alta venam eam tolle, ad summa assurge & te intende. deflecte etiam & delectantem quandam antiquitatem insperge, sed cum modo; nam alterum tuum carmen nimium cultus studium

ſtudium oſtendit & quæſitam obſcuritatem. *Malè autem ingenioſus eſt*, ait Lipſius meus, *ad quem capiendum opus eſt ingenio.* tu hîc tempera; & da quod non fugiat eruditas mentes. Sed quid huc te hortor & ſuadeo à te facturum. De magno illo viro gratum quod nunciabas in nos propendere in illâ doctrinâ, illâ virtute & puritate morum. Tales Dynaſtæ plures in Europa nobis ſint, clavum teneant, ſed in litteris, nam externa & vana illa honorum ſcio eum ſpernere & vix acceptare oblatos. Quod me hortatur ad finiendum famæ hunc curſum, Rempub. & poſteritatem ijs augere, quæ jam affecta, oſtendit in afflictas hodie Muſas affectum, in me magis cultorem earum & clientem. Et velle non abnuo, tantum dura hæc fata vultum vertant, nam functio hæc tardat aut ſuſtinet; tum quod ſine ſtipendio ſic ſumus frigus jam & ignaviam donat. Quid etiam! judicia hæc iniqua multorum, contemptus litterarum hæc ſolennis, utiq; in Mercuriali urbe animum non attollat. Nam ſcio vos etſi diſſitos audire & niſi ferrei eſtis miſerari. An ad finem iſtis ſit exſpectare me ad alia venturo? fatum quod ſemel hic faciet diu differt & jam mors huc ante

Serpat & in nobis vita; claustra resolvat

Quam migrare hanc sedem semel detur. De vobis lætor in alta illa luce in tuta & pacata quiete animum atq; has artes colentibus, atq; ut longum sit Deum precor: Malmogiæ IX. Kal. Febr. CIↃ.IↃ.CXVI.

EPIST. XXII.

Portuam.

TANCREDO LÆLIO. S.

AD te dare jam sæpe aspiravi, mi Læli, & cultum promere, quem tibi in hoc animo velut clausum servabam. Aspiravi, occasio nō voluit aut permisit; nunc videtur factum. Illustris Urnæus munus huc tradidit ad te dandum, mitto cum voto, ut fideliter tradant, quibus ego. Parvum est à magno Heroe, tu scies qua occasione factum, & me de fide apud eum liberes, si opus. Sed vix videtur tanti. Versum in beatos Venusini manes scripsi an effudi per hos dies, cum hac occasione mitto. nihil exspecta ad tuam venam, aliquid ad affectum quo erga Semones illum nolo superari. De notis etiam meis in Mattheum brevi censebis, aliquid ne præstiterim post tam celebres tot magnos commentatores. Quod certe magnum sit nec cujusvis è vulgo eniti. Non jacto

nec

nec me decet, ſed aliquid contuliſſe ad lucem, ad doctrinas res apud omnes decet, qui à recto non averſi. De ſtudijs habes, nam de me ſilentium. Fatum duro loco me incluſit & qui melius nihil ſpondet, de inſidenda hac urbe mens jam abivit, certe animus non valde eſt ad manendum, imo nec ad diurnandum. In floridâ ætate ſumus & juventutem non egreſsâ, ſed laboribus fracti & laſſi ſumus ac aſpiramus ad metam, ut ji ſolent qui in carcere aut vinclis. Nil circa nos niſi litterarum & virtutis magnus deſpectus & inter diſpares agimus, quod audacter & iuſte accuſo. Stilum aliô flecto. Ad Rhodium. ubi eſt, vivit, valet? in anno ego ab ipſo & de eo nihil. Scripſi, ſine reſponſo omiſit, aut non vidit, caſus enim viæ & conſuetudinem abijciendi, aut ſi bene cedat, ſero tradendi non neſcio. Vivat optimus juvenis, & ad alta ac ſublimia eat, ita natus eſt, & faciat ſi ingenium novi, alacre ingenium, attentum; laudem ſibi & nobis dabit, ſi à quoquam ſperandum. Hameltonus etiam eò ſurgat, æternum ſe ac alios faciet.

ὅν τινα μοῦσαι
φιλῶνται, γλυκερὴ καὶ ἀπὸ στόματος ῥέει αὐδή.

Quem benè Muſæ
depereunt dulcisq; fluit lingua cui ſermo.

Ingenium

Ingenium est acre, subtile, floridum, & supra nihil fatear vidisse. Est ne ibi? à me amplexum & salutem dato, uxori etiam tuæ, cui ego jam diu amorem.

EPIST. XXIII.

Meroam.

ZACHARIÆ LINEO, S.D.

QUod meritum meum in te est aut fuit, mi Linæe, qui de me tam altè censes, tam benignè judicas, affectum tam devotū ostendis? Multi illînc nunciarunt de propensâ tuâ in me mente, &, quam sæpe ibi prodis, effusâ in meas laudes. Musis, tibi, gratias agam, an utrisq; ? Musis quæ immiserunt, tibi qui admisisti hunc amorem; Ab ijs enim est, quas magis etiam nunc amo, quod tales mihi conciliant & donant, nunquam visos, & in ijs locis, in quæ neq; nomen censebam venisse. Exulto, non solum lætor, esse in me ibi tam amicos. Certè mihi eris, & volens sacrum hoc nomen tibi donem. Dextrâ hac fœdus scribo, nullo die (à meâ sane parte) moriendum. Annon ore ad os mihi fas? Deus mihi hanc lucem repræsenta, & tam devotum pectus adire, manum contingere, Animus dicit. fiet. Nec fallat, videbo si vita erit, ea tibi læta, tibi lauta currat,

mi

mi Linæe. E nuperis ſcriptis adjungo, ſi eſt hoc tanti, ut inſpicias arbitreris & huc magis magisq; mentem ſic mittas. Parabam nunc ad alia & me differre in hoc ævum, ad carceres vocor cum judicia video & mores qui nunc obtinent malo modo malo more. Litteræ vanitas fiunt: injuria, ſuperbia, nugæ fiunt, ut cujusq; eſt affectus. remedium ſperemus, nec conſilium quidem aut conſolationem. quid valde attrahat aut allectet in hunc circum. Me certe nulla ſuaſio aut juſſum huc inducat, Quæ dedi in lucem decurrant hunc orbem & famam quam phæbus & ſeculum donent trahant; temperem in poſterum ſi non plane me ſubduco. Quod poſtremum vel à loco eo jam vellem quieti parum amico. nam ut maxime ex voto hic ſim nubes temporum continuo cingunt, qui pellat & in ſerenum unquã det video nondum. ut me tibi oſtendam non lubet in ſtatu eo eſſe ultra. lubet ad ultima illa ire &, dum hoc licet, in ſeceſſu aliquo & quiete condere. Mentem aliquo nondum fixi, quã tamen in rure aliquo poſiturus videor. certe eam ſedem deſtinavi reliquæ huic vitę, cum lege ſi Muſas ibi pro decore tractem: Si pietas & virtus hoc non ſpernant. aliter valeat mihi æternum ille ſeceſſus, niſi valebunt in eo iſta.

Qui

Qui has tradat Regelus Regelus, ut opinor, erit adolescens quales hic sol paucos videt, certe Dania in multis his annis non dedit majorem. Omitto quod is in Musica aliisq; ad stuporem peritus. Ad magnos Poëtas se offert fere supra eos & Westhovium excipe, nos alij in Scania palmam fere demus, quod multum sit in primis his annis. Experire & insinua certus quod tu hoc mihi carior, si ille erit inter tuos caros. Malmog. XII. Kal. Iun.

EPIST. XXIV.

Bodstadiam.

MARTINO ANDREÆ.

Litteras ad te mitto, & (Musas testor) ad nullum ita lubens, animum unâ, qui diu in te inclinatus & si ut illas, ita hunc videres aut posses, sic tuum sentires, ut cujusquam ex primis & meliore notâ amicis. Quæ causa adducit? tuus candor, & ut rem dicam, in me affectus, qui inde veniunt, qui norunt dicunt, ut sperem non proniorem aut volentiorem amicũ in magnâ Scania mihi esse. Non merui, tua virtus & benignitas est, quæ sic adit attollitq; non merentem, ut ignis alibi accensus, hoc major creditur cum remotus, ita vereor

ne

ne abiunctio mihi aliquid addat, & fama majorem ibi dixit aut finxit, quã ſum, quamq; ero. Aliquid feci fortaſſe in publicũ, ſed nõ in eum modum aut culmen, in quo tu ponis. Sed amo hoc ſive judicium ſive errorem, quia ab amante eſt & in me prono; & alij tecum ſaltem vel ſic cenſeant vel errent. Tunc & non longè *Attingam ſolium Jovis & cœleſtibus æquer.* Benè affectui illi ſit, qui ſic in me propendet; benè ei per quem hoc etiam didici. Is eſt I. Mollerus, inſignis juvenis. Ille hujus Judicij primus judicium mihi fecit, quem vel hoc nomine magis etiã amo. conſciſcunt nunc multi & meas laudes ibi dicunt audiviſſe. Etſi tu eas tempera, affectum auge; & ut cæpiſti huc mitte, litterasq; interdum ejus judices. Ego ad te utrumq;, alterum ſemper, alterum quam ſæpe dabitur, qui tibi dabit. Ceſſavimus jam diu & nihil ab hac venâ venit in lucem, SYMMICTA habe leve opus. Alia ſequentur in quibus Martinus meus agmen ducat. Mattheum jam cogitabam dare. hoc eſt, breves ad eum notas, nunc protollo parum & ſepono.

Dum hæ conſileſcunt turbæ atq; iræ leniunt
Quæ Theologos hodie implicant & committunt malo more malo modo: Si tamen hoc eſt ſperare & non ante finis mundo huic ſit.

Quid

Quidquid hac parte ſit: in ſerijs iſtis non conſultum ſit feſtinare. verens, reverensq; ævi & judiciorum ſum: Limanda ſunt quæ iſtis ſubſiſtant. Properare in levibus iſtis poſſum hic non niſi maturare ut hac parte propoſitum ſine fuco rem non ſpeciem præbere. Certe illum pluresq; libros ſacros dare animus eſt. locus tantum contingat in quo mentem & ſtudia hæc colam; in cæteris ſecurus ſum, mercedis alterius neq; appetens neq; (animoſe dicam) egens. Sed tu vale & in hac mente ad me inſeneſce.

EPIST. XXV.

Octaviam.

HELIO PAULLO. S.

DAbo te in dolorem, mi Heli, ſi deſiderium tuum novi, ſed dabo non volens; nam de adventu ſcito promiſſum tantum futurum. Aſpirat hic animus & eò it, ſed ille tantum, ego non venio, ne ultra exſpectes. Vellem, nec ſermonibus ſolum veſtris, ſed convivijs dare, jam inſperata, quædam & magis vera quam læta eripiunt mihi hanc facultatem. Magnus Urnæus id meruit, ut inviſem, qui tam ſæpe, tam blanditer invitavit? In æſtatem erit; tum occaſionem ſi non habeam, faciam: quod non jam

jam idem, tu ignosce, & scito, si mei voti sim, vivam & moriar apud animam tam amicam, non veniam tantum. De adolescente nostro jucundum sic satis crebro adire; satis nimis non dicam, non si in omnes horas scriptione sic inviset. Latum semper ab eo & de eo scire menti huic serio incluso. Sed ut ego paria faciam id non pote. nec functio hæc & studia permittant. tu à me dic aliter nunc non responsuro. Postremum tuum carmen probum, cultum &, ita me Musæ, ad illarum salivam factum, ac quod in istis turbis (in ijs statum me scis & certum) lenimen fuit legisse. Sed, mi Heli, quam aliena à Musis terrà Musæa hæc donas! quam pauci non dicam laudant, sed non trahunt in despectum, vilescit apud hunc vulgum jacetq; omne hoc nomen litterarum. Quid tamen est? stare hoc magis decet & vela licet adversis ventis levare. Ego facio nec contemptio, hæc & fastus mihi quidquam demit, nisi forte scribendi edendiq; libidinem. Quorsum n. in illusum nos damus in irrisum. Sed ne dilatem tu perge, tu

nove Musarum Phœbiq; sacerdos,

hoc nectare me pascere & sustentare. nam id tua sunt magis quod raro scitamenta hæc video à meis Scanis. Heroi tuo salus à me vel

me non monente dicenda, & quid aliud? optare me benè, ſanè, jucundè cum diurnare &
Sicut cœleſtia Semper
Inconcuſſa ſuo volvuntur ſydera lapſu
Sic ſtabili firmoq; ſtatu eſſe & ne melior fortuna vultum unquam vertat. Malmogiæ, ∞ Iↄ. C. XVI.

EPIST. XXVI.

Horlebaam.

GEORGIO MARIO S.

DIffuſionem eam culturamq; amo &, qui affectus paucis à me datur, admiror. Quis tu in alio genere? qui in hoc ſubito ſic excellis, nam ſcio te hæc etiam non ſcribere magis fundere & properare. Sed parco in tuas laudes, quas tu effundis in me nimis largè. Cenſuras mallem, & ne quid amor offuſcat. Nam ut oculus quem ſopor aggravat, imperfectè videt, ſic animus quem iſte. Me & mea qui novi, vix invenio quidquam alti, quod jungat mihi animas iſtas altas. Nam quid ſumus, qui etiam ſurgere aliquid videmur & nos attollere? quod habemus melioris illius auræ admixtam habet ſuam fæcem. gratum tamen quod me ibi ſic ament (ita ſcribis) mea probent, & intimos iſtos ſenſus dilatari ſentio & gaudij quodam

ſucco

ſucco aſpergi. Amare illi pergant, ego attentem, ſi ultra non datur, mereri. Carmen tuum in illum inſcitum valde ſcitum. cur plura ejus farinæ non donas oblectandi ſaltem mei, inebrior n: lubens hoc nectare, quod in floridâ illa ætate ubertim neceſſum tibi eſt gigni. Etſi quid tu in vilem ſic is me non conſentiente, qui ſtricturas has floridæ venæ intendi velim in magis fortem. Nam iſte contemnendus magis eſt, quam deijciendus. Et maculet ſe ac obſcuret neceſſum eſt, qui tangit tam obſcurum. nec cum aliqua tua gloria vincas eum, apud quem non eſt gloria. Sunt ne alia? brevis etiam tua, ſed blanda, ſed vera (agnoſco) accuſatio, de memoria tua in libris ijs meis non inſerta. Gaudeo te requirere & amare, hoc etiam dico deſpectu tui non factum (& Muſas teſtor) aut oblivione. Brevem verſum ad te dare olim memini, is quæſitus ſe non reddebat. & qui mea hæc âd prælum ſcribunt dicant in ea amiſſione doluiſſe. Non à ſui pretio qui poſſem? benè ſi non

Sint apinæ tricæq; & ſi quid vilius iſtis,

Sed à tui æſtimatione, quam jactare & oſtendere ad hoc aliudq; ævum velim debeamq;. Et quamvis à te lumen ac nomen habes, tamen ſi non te, animum in te libens ad noſtros

exterosq; diffundam. Quod ipsum hucusq; casu non consilio omissum. emendabo in ijs quæ nunc paro. Nam pluscula nobis esse debes scire & nec uno anno emittenda. Sed adhuc ne in alio loco res tuæ ? ferendum. Qui peregrinantur, pluviam, ventos, nebulas ferunt, rectum cursum tamen tenent, nec deflectunt à proposita metâ: ita nos debemus, qui ad sapientiam & ab eà famam imus, rectà sequi ad ea aspirare & currere, nec ejici viâ adversante hoc vel illo, à paupertate, invidiâ, despectu, vento. cogita & salve. Malm. ꝏ. Io. c. XVI.

EPIST. XXVII.

Portuam.

CASPARO BARTOLINO V. C.

ITa veniant aut durent mihi quæ amo, ut tu & tua mihi semper summa, nec judicium aut affectum illum muto. Bonum factum quod ad me etiam das & mittis, cum aliquid in lucem. Postrema ista libens vidi, avide legi, ut soleo tua. Quid dicam ? robur animi & ingenij cum miraculo prodis, & in cœlum is ac ipsum verticem & culmen rerum; Perge te & ævum illustrare & exsules jam è Dania Musas tollere & allevare, certè jacentes aut spretas, nisi quan-

quantum vos ibi non permittitis abire à nobis hanc laudem. Victoriæ frondem tibi hic oblatum imus, qui aliquid ſcimus aut videmus. Accipe, & ut hactenus, ad nos decurrant à divite hoc fonte aquæ. Quid aquæ? nectar dicendum & mera mella, nam id tua ſunt & Amare me, hoc ſcito, & quid aliud? unà decurrere hunc campum, hoc eſt, ad ſapientiam & virtutem ire, niſi quod hæc tempora & raræ in ijs mercedes faſtidium in nobis gignunt. Studiorum jam veteres ſumus, quæ præmia ijs? nulla, nec mihi expectata. Eram in Hiſtorijs noſtris, nunc obhæreo & ne fallam abijcio, & daturus me videor in torporem; an ſpiritum & impetum recipiam? neſcio. Ille ſcit qui omnia, ille dabit. Hæc cum volet mutet, in te augendo & tollendo conſtet. De Beſchij fato magni aliq; viri id verò nunc primo huc allatum. De morbo olim aliquid, ſed fatalem fuiſſe hoc fugiebar. Philoſophia in iſtis alijsq; pacatos tranquillosq; reddat. Nam ſicut hortis alii ad aſpectum & delectamentum utuntur tantum; vos Medici etiam ad mala & morbos pellendos: ita nos decet litteras has in uſum, non oblectamentum tantum habere, adverſa hæc vitæ ijs lenire & temperare. Cur non debeamus? Si ad miſerias iſtas oculos mittimus, quæ

in terris his obtinent. Si ad ſperata illa & optanda quæ cœlum donet, & qui ſupra nos mundus. Vbi felicitatis vera ſeges & ſedes & quidquid beatitudo aut elegantia amant. De quibusdam novi orbis infauſtis inſulis ſcribunt ventos ibi ſine intermiſſione perennare; ita ibi lætitiam ſcimus ſine pauſa perpetem & gaudij nec modum nec metam eſſe. dolendum eoq; minus ſi quos eo præmittimus, non reſiſtendum cum ipſi ducemur. Salve hic & ibi ex hoc corde amande.

EPIST. XXVIII.

Helleſpontum.

SEVERINO TORNDALINO.

Litteræ tuæ me affecerunt, mi Torndaline, & is qui eas tulit, utrobiq; inveni quod me hilaravit. Illis nil cultius aut in me proclivius, ut colorem mihi laudes pene mutarent, qui vela minus pando, non dicam ambitioni, ſed famæ, quiq; ſciam non eſſe in eo gradu, in quo ponis. Sed ponis ab affectu, ideoq; admitto, & tu mane in ſuavi mihi errore, & vel immerentem certe non aſpernantem ama. Tibi diu facio. dextram fidei meæ teſtem habe hîc impreſſam, coram etiam dare & jungere mihi votum eſt, & fiet cum urbem veſtram proxi-

mâ

mâ æstate videbo, Jam qui attulit, ingenium habet cultum & ad meam mentem, verbis se & addo facie moribusq; probavit, planè interioris sapientiæ & virtutis, & qui se illustret atq; etiam suos si pergat. In ipsâ indole nescio quid decorum & cultum quod occulto velut vinclo ad se trahit. Sum ingenio in omnes pronus, præsertim in eos, qui sic se commendant, virtute & doctrinâ, & eum sane, quia à te missum, libens vidi & officia præstiti, quæ potui, diffuse. Malo ab ipso hoc te audire. De versu quod submittis, Deus bone tales adhuc ibi in ea ætate ea doctrina latere. Illum diffusæ prudentiæ, alti pectoris esse scriptio ista dicit. Veterani aucupes ex levi quiritatione avem dignoverint; ego ex levi metro illum. salutem à me dic, donec hæ occupationes ipsi mihi permittant. & quid ultra? humanitate me vicisse; affectu non facturum, & hunc illi ex pari aut supra reddam. Est ne aliud? libera tua sed jucunda sed amica (ita habeo) querela, de scriptis nostris nullibi eruendis. Lætor te petere & postulare. Fortunam culpare nolo sed corrigere. Mitto hic Parodias, mittam Antiqua quæ brevi prodibunt. Mittam & Commentarios in multos certe magnos scripturæ libros. In quos utinam aliquid magnum adnisi simus.

ſimus. Notis illuſtravimus & brevibus monitis ac (livor audiat) alibi probis. Omnibus probare nec quæro, nec curo quidem. Se mihi hoc ſtudium hac cauſa, quod à vanis his & fluidis mundi avertit, & ad cœlum hoc vertit & Deum. De Fectelio quid nunciem quod ego quod tu non velles, ad mortem duci, quód ductus non ſit multos mirari. Ita diurnat hoc malum, cum ad diviua loca brevi ferat. Nec enim ante finis ſit Sed valete triſtia & tu mi Torndaline longum.

EPIST. XXIX.

NICOLAO PETRÆO.

QUi illinc veniunt, qui ſcribunt, vir eximie, teſtantur de largo quodam tuo in nos affectu, quem dictis ſcriptisq; in me ibi prodis valde amicis. Severinius etiam inſtillat de honeſto &benivolo eo ſenſu. Quod ego, non mentior, in cor hoc immiſi, ac amorem aut potius cultum meritò rependo. Tam prolixâ enim benivolentia niſi capi me & tangi fatear, ſim truncus planè aut ſaxum: Quamquam & illa ut ab Orpheo tracta & tacitâ vi allecta olim creduntur, ita me à tuâ virtute teſtor. Amicitiæ ideoq; fœdus libens jam ineo, non niſi cum vita (ita opto) finiendum. Varia

à me

à me prodierunt per hos annos, ea de more & pro affectu accipe in dona. Etsi in oblectamentum magis quam doctrinam inducunt. Nam ut in domos multa recipimus decoris & ornamenti causa, quanquam usui non conducunt, sic licet in studia istas curas etsi tantum oblectantes. Alia mitto his diebus ad Typographos & spero judicia hujus ævi aut majoris habitura. De Epistolis etiam meis brevi arbitraberis an longè absim à venere ea LipsI & Puteani, quod non leve fortasse sit, nec cujusvis è vulgo tentare. Non me attollo nec debeo, probè legisse ea vestigia res spero apud te dicet. Quid si ipse ibi dicam? Certe spes est. Nam decretum mihi sub primam æstatem in Selandiâ me sistere, nisi casus aut vis impedit. Si fiat, eâ non exeam, nisi ut te videam & amplectar. Explere oportet desiderium &, ut sic dicam, famem non videndi solum, sed collum invadendi & ad pectus, ad oculos apprimendi. Et si tu à viâ aliquantum, aut ego declinem aut tu accedas & certo nos satiemus optato diu aspectu & sermone. Deus tantum in paucos illos menses te meq; servet. M. Claudium jam diu est cum amo; candor & ingenium viri merentur, te oro non salutare eum tantum sed pro me amplecti. Eum tantum? imo

Claudium Claudium juvenem animi indolisq; selectæ. omnia magna de ipso audio, & audio cum voluptate. Si tameu cadere debet in fortunam nostram hoc verbum. nam jacere me non nescis & langvere, nec tollunt jucunda ulla hanc mentem, nisi quod eos à mea manu videam ad alta & vera bona ire non nihil lenit & demulcet. nam & ego inter directores ducesq; ei fui & velut Protogones in Hyalyso suo quod laudabilis; ita in eo mihi placeam, si ille magnis. quod faciat si pergat & insistat in hanc viam, quâ ad sapientiam & nec virtutẽ incepit. De me hoc sciat affectum hunc non tantũ magnum sed æternũ fore, nec mutẽ aut ab eo vobisq; vertã sic in me pronis.

ὀφρ' ἂν ἔγωγε
Ζωοῖσιν μετέω καὶ μοι φίλα γούνατ' ὀρώρει

donec ego sic
Vivis intereo, dilectaq; membra movebo.

Vale V. C. & nobis merito tuo care. Malm: CO.Iↄ.C.XVI.

EPIST. XXX.

Locum-Regium.

Jo. SEVERINO Fu̇ONO.

Vidi quas ipsa Elegantia tibi dictavit. Illæ de Petræi pronâ benivolentiâ in nos ea referunt,

referunt, quæ me recrearunt, & simul adigerunt affectum eò mittere & literas quæ me arctius arctiusq; devincirent. hic habes, unà INTER LUDIORUM exemplar, quod ei destinavi, transmitte. Ad plures ibi darem, sed rem dicam pauca habeo illigata & vestita, nuda mittere indecorum sit. Sustenta. cum primis habebunt, si sint tanti. De incuria eorum aut neglectu, qui portant verum est, non volente Fortunâ aut certe irata literas nostras mittimus, Multæ perierunt au certe iverunt quo nõ debebant, mores seculi sunt, abijciũt aut, si optime cedat, serò reddunt. De invitatione hoc quidem tempore non pareo. Mentem si consulo, certe optet esse istic & regustare vestra loca, jocos ludosq; toto sinu haurire. nam illi stati mihi illic & voto admittendi. Nunc tamẽ ut eã

δολιχὴν ὁδὸν ἀρχαλέην τε

id sub hyemem nõ pote. voluntatem accipe in solutum cum re ipsa non possum præstare. Ille quem tangit ubi & quid agit? ubicunq; tandem multa in frontem pulcra & splendentia. Utinã se excerpat recta ac solida illa affectet & inversatio tota sit vitæ ac morum formatio & magistra. Vota apud altum hoc & æternum numen concipio, ut quoniam me ad alta sapientiæ & scientiæ ire non voluit, non ad alios quos hoc ævum habet, hunc ad

ad veræ virtutis, & ex ea honoris culmen pervenire patiatur, aut magis impellat, nobis in lætamen, illi in laudem, alijs in exemplum. Nec mihi timor de eo hac parte aut metus, quia tamen amo eximia hac mente, & scis, monita mea interveniant spero semper grata. Carmen mihi ab eo nuper, id verò altum, adprobum & cui vitâ certe cum Latinis litteris manebit. Meliores mentes & qui de sicco hoc ab Helicone gustum ac sensum habent, illæ quidem hæc ejus, novo versu

Dicent Aonio Veneres in monte dedisse,

Alios morus ille si moratur. Quod de morbis audivisti qui regnum hic tenent, ita est, labat hæc perfectura nostra sive ruit, ego cum ea ad periculi aut mortis portas eo. Ad easdam illas & ultra te mi Severini amo. Tu vale, & qui in me es diu mane. Christiano Grubbio viro summo (ita loquendum est) velim salutem à me dici. CIↃ. IↃ CXVI.

EPIST. XXXI.

Coronæburgum.

NICOLAO GEORGIO,

à studijs electo Principi

Suadet veneratio & cultus quem tibi devovi ut ad te scribam, ante libens fecissem

sem nisi verecundia retinuisset toto animo eò anhelantem, scio non temere aut audacter, & nisi in magnâ causâ vos tales adeundos, te inprimis ut locus ille est quem tenes. Nunc tamen non teneo aut sustento, quin me ad te effundam. Diu est cum amplector absentem, sed affectu, qui arctè se copulat tibi & jungit. Judicium feci in PARODIIS *ad Horatium, ea clarum insigne animi in te mei habent, nec erit ut eas non videris, de te non legeris, etiam me non mittente. Et postquam illum pontem aut vadum ad te stravi, nunc venio ut amicitiam ineam & jungam non nisi cum anima discingendam. si tu consensum dones. Felix vinculum sit, & non in seculum, sed ævum duret. ad aliam enim & meliorem vitam hunc affectum nobiscum feramus; & ego in eâ defero tibi deferamq; omnem cultum. C. Frisium & Tomsonum ibi amo, pro meo ingenio proceres, altos simul & alacres, si quid fama animum revelat; & quod magis tangit, in litteras inclinatos. Rarum in illa altitudine & fortuna censeri velle à do-*

ctrina,

ctrina, studijs, virtute, & raro ad interna & vera illa bona se vertunt cum externa adsunt & circum eos splendent. innotescere illis viris mihi in votis; significa, & non ex more, sed corde cor illud ijs dona. Jam parabam ad eos scribere & amoris non significationem, sed addictionem dare, nisi stitisset me, quod rectius visum cũ dono adire; quod ANTIQUA mea brevi dabunt. Hæc mittã & simul inclinati affectus testes literas. quarum loco te nunc assumo, & oro, ut à me dicas cultorem eorũ esse ac amatorem & fore in reliquam istam vitã. opto te propitio Proceres eos habere propitios & volentes. De principe quid? ajũt surgere & se attollere supra illos annos litteras amare eosq́;, qui illas. Persistat. ut recens & auspicatũ sydus eum exortũ speremus, ad tollendas & fortunandas has nostras terras. Veneror supremũ & quod omnia cernit ac scit numen, ut vota nostra sumat, illũ regat & ducat, ingeniũ & annos donet bene dirigẽdi, laudatè patrandi. Et quid ni? quando te rectorẽ habet melioris mentis & judicij virũ, qui ad meliora & altiora illa ducas, ut bene possis, ut diu. vale & me in pectus immitte. Mal. id. Quin.

Commasculavi frontem, ad Heroes illos do, adutrumq; versus, ad alterum etiam epistolam trade, & de audacia excusa. Videbo patriæ illos ocellos, nisi fatum hos mihi brevi claudat

EPIST. XXXII. *Coronæburgum.*

CHRISTIANO FRISIO. V.N.

SIcut Principes aut Reges qui adeunt, cum subductione & verecundia faciunt, ita mihi fit in isto alloquio, omnia quæ altũ & magnũ faciunt apud te sunt, sapientia, virtus, splendor & plura quam hic dicam in Musarum, ut sic scribam, regno coronam ad te & sceptrũ meritò damus, ita te litteris non tinxisti, sed quod rarum in ea fortuna, imbuisti. Ad claros etiã & altos natales magnus Rex in sublimi posuit, quod optimum maximumq; habuit, apud te deposuit. Jã unà quælibet ea res retrahere potest à tuo alloquio, præsertim sic humilem, sic obscurum, sic immerentem: Sed animũ addit & jubet adire, quod unus adhuc retines priscũ & Danicum illum non splendorem solum, sed lenitatem etiam & demissionem. ita ad me omnes qui norunt, qui viderunt, & addunt, quod imprimis me movet ac diffundit, inclinantis tui animi propensionem non in literas & doctrinam solum, sed eos qui ista sibi junxerunt. Hæc res me etiam ad te mittit, favoris tui cupidum & volentem & petere

jubet

jubet admiſsionem, quo? in mentem in amorem. Quid tu? dabis. alti & æquales multi ſunt ad quos potes te tradere? Nobis etiam minoribus locus aliquis relinquendus illo penetrali. Nam ut ſol quo altius in cœlum ſurgit, hoc latius lætiusq; ſe diffundit & ad terram mittit radiis & calore, Ita vos in alto debetis ad nos etiam inclinare & jungere benivolentia & favore. Ut mihi facias, preces meæ ſunt, cauſa etiam quod ſcribam. Verſus in hanc rem mitto, quos mihi de te amor dictavit & cultus. Tu quæſo nunc lege me noſce, ſi fas petere, & pro cliente, vel infimæ claſſis, aſſume. Quod idem pro eo rogo qui has adfert quatuordecenni (mirare in his terris) Poëta, nec ſcio an eos annos adhuc implevit. A meâ manu eſt & diſciplinâ; duxi aliâ viâ quam vulgò in more, & ſi ſic pergimus, metam brevi tangat quam propoſuimus, ad alia poſtea longius longiusq; iturus. Arbores amamus quæ cito in fructum ſe laxant & adhuc parvæ; hic magis decet, & favore ad altiora inſtigare ac plauſu. De iſtis dicunt (nam placet eadem imago) fæcundari aurâ quæ novo vere ſpîrat: ita hîc eſt, mirum quantum benevolentiæ illi venti hos tales provehant & producant opto à bonis magnisq; hoc eſt, tui Similibus huic fieri, & ut

manum

manum ſupponant alleventq;:nam ut lupulus baculum requirit&fulcrũ quo in altum ſe tollat,ſine fructu eſt in terrâ decurrens.Idẽ hîc fit. magnorũ ope indigent,qui ipſi in fortunis nõ magnis,(hic nõ eſt)ſi adMuſas eant ac ad ſapientiã ſe penetrẽt&pervadãt.Salve magne Heros Muſarum,magne Martis.Malm.Id: Quin.

EPIST. XXXIII. *Dybecani.*

JANO SCREDERO

GAudeo in Scaniam ſalvum rediiſſe, gaudeo in aulam ſummi Marſnini admiſſum, quem Heroem, ſtirpe & gloria jam magnum, Dania vel inter veteres ſuos præferat & jactet: me illa res hilaravit ac diffudit. Fortuna enim ſic reſpiciat, & jacentem allevet & tollat, etſi tu hoc rides aut ſpernis & magnum etiam animum habes in fortuna non magna. De me divitias, honores, & quæ eo inclinant aſpernari incipio. Quid enim ea ſunt? fumus, ventus, nebulæ. In quiete & litteris ſi terere vitæ hoc temqus licet, alta & vera meditari, vana illa ridere & ſpernere, felix ſum, nec divitibus invideo & omnibus torquatis. Unde altitudo ea mentis & conſtantia? plures jam annos à vanis diſſuadeo & abduco, ad cœlum & ſupera hæc levo, ſacros libros ſic

emetiens sæpe&percurrens.Robur itaq; dum alijs paravi, mihi impressi, & ut prorigæ dum alios, se etiam transferunt, ita mihi factum, & cum alios conatus sum ad meliora ducere, ipse deveni. ac cum Poëta

ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον.

Sed satis Philosophiæ. De me sic statue, colentem tui esse & volentem etiam visendi, ac amplectendi, ubi aliqua occasio erit, quam post breve tempus aut inveniam aut faciam. Animus certè est & acris cupido. Invitat eò Laurentius Jacobus, qui, non dicam quàm in me pronus, trahit etiam magnus Herus tuus Octavius Marsninus. qui præter sapientiam & virtutem, humanitatem etiam adfert & lenitatem in sublimi illa fortunâ. Gestio amicitiam cum eo inire, significa & pectus hoc illi à me dona, Nec ad alia nunc repono. Nam de observat. Libr. In istis te nolim cogitare, ut sensum hunc statim effundam, non huc perducunt. Nã scio qui te hoc rogarunt ut tu me, nam tu non harum litterarum aut studij es. Sed, mi Scredere, amicè hoc magis volunt quâm prudenter. Rem totam istam non maximæ laudis sentio, non hodie, non hic, quidquid aliter jactare nunc consuetum. Dives & uberalium sum, fateor, sed augendi & recolendi

ea mens

ea mens abivit, quod hic oporteret factum. Quis juvenum etiam hodie, si non è plebe; hæc non agit, &, pene dicam, cum litterarum damno? Nodum quemvis illis non solvendum scindunt, & quidquid non capiunt mutant; lancinunt, secant. Satis jam factum, nec est ex omnibus antiquis, & quos operæ pretium fuit reduci & nova luce imbui, quos alij non dederunt, & iteratâ sæpe operâ. Modus in omnibus optimus, etiam in istis, & finis esse debet, nisi lubitum perdere omnia ac depravare. Ex corde sic censeo. in quo etiam te non sentio sed porto. Malm. ꝏ .Iↄ. C,XVI.

EPIST. XXXIV.

Portuam.

MATTHIÆ JOHANNI,
à concionibus magno Regi.

GRatulari non tibi solùm, sed aulæ (nam ad eam etiam se fundit) novum honorē, animus jam diu fuit, nondum commoditas. Et me non nego inter eos esse, quos ingenuitas & submisio retinent, nec ad tam magnos aut altos permittunt. At nunc os & stilum mihi laxat celebris illa de virtute & benevolentiâ tuâ fama, quam ipsa humanitas tibi infudit;

fudit, ut optem inter eos esse, quibus cupias & voles. Id scriptione ea attento & quæro, penè scribam, securus de successu, ut tu literas amas & qui eas, ut ipse habes, & ijs animum non imbuisti. sed (verè dicam) immersisti. Ita ad me omnes qui illinc veniunt, qui illinc scribunt. Quid dilato? animum istum mihi da, qui te in meo gesto. utcunq; cadat, scito esse me & fore cultorem tuum in reliquos istos annos, & ponam prius vitam, quam hunc affectum. MISCELLA nostra muneri mitto hac occasione. Alia nunc non erant: nam temperare scriptiones has incipio, si non tollere. Quia ut nunc judicia currunt, favorem difficulter est invenire, licet omnia facimus. Fortuna nunc opus ad placendum, (aut, ut verius dicam, non displicendum) non doctrina, in fastidientium ingeniorum hoc delectu. Et parum nunc damus non scribam vetere sed cadente Româ dignum. Languida, frigida, jacentia in pretio nobis, & ad quos sermones Tullius aures claudat aut avertat, quidquid ad eum sic putant venire & apicem ac culmen stili. Ego huc non eo, nec credo erret qui posteritati etiam scribit, quanquam laudem nunc non speret aut plausum. Lipsium multi amarunt vivum; non tamen omnes, quod

pauci

pauci post credant, invidos invenit & obtrectantes. Mortuus non habet, & pauci sunt (de stilo dico) qui nunc in eum non benigni. In nobis idem sperandum, quid rectum aut aliud veniens ævum pronunciet, quod invidiæ aut gratiæ expers scriptis his verum pretium ponat. Sed tu ista nunc vide pluscula brevi habiture, si vita ac valetudo erit. Tibi illam longam, hanc lætam opto. Malmogiæ. CIↃ. IↃ. C. XVI.

Priusquam has claudebam tristis nuncius nos hic perculit nec exspectatus. Si id est, doleo tuâ causâ, qui scio quam hoc grande vulnus, ipse expertus. quid tamen dicam? velut nati factiq; ad ista sumus, nec vita aut status est, in quem non incurrunt. nam ut in aëre isto non læta tantum & ludens aura nives grandinesq; sæpe turbant: ita in ætate hac multa non læta immixta & pro votis. Sicut filium in exterâ & remotâ gente si habes tardantem redire aut contemnentem, solito sumptu & congiario illum privas tanquam moræ & inversationis ibi alimento: idem magnus ille parens, cum nos videt de vera patria parum aut non cogitare, aliquid immittit contra votum, ut mundi sic pertæsi aspiremus in cælum & æternam illam terram

ire. Perpende: & hæc mala non esse nisi sic ferenti. Sed quid te solor? incerta hæc rumorum imò varia, quàm sæpe sparguntur inter tam remotos? gaudere nos faciunt & timere cum res non ferat aut deposcat. Optem hic esse, illam teq; sanescere: si non factum, & illa non apud æternum sanos, te poscit & expectat duci. Nam ut diutissimè hic simus, breve spacium divellit iterum sine fine sine meta conjungendos. Et tu sequi eam potes (ita optamus in hoc casu) reddiq; die nec opinato; ne longum aliquid animo proponas & diuturnam hanc divulsionem. Sed tu à me nunc salve, firmius fortiusq; solaturo cum sciam me in non incerto luctu facere.

EPIST. XXXV.

Montem Belticum.

HELIO PAULLO. S. D.

PEr te gratias magno Heroi ago, quem nostra modestia jam non compellat: per te? imò & tibi gratias ago, quia neq; hoc me fugit, tuam suasionem, & in me affectum, hoc totum vel promovisse vel confecisse. Sed dicas gratias agere me, & cum egero debere, & sic adamantino (ita loqui debeo) vinculo obstrictum manere. Quâ re verò exolvam? De ....

aliquid

aliquid jam dabimus; (si tamen tam citò edimus) quam laudatum imus & cælo, ut meretur, insertum. Ad eum feram, & (nisi aliquid invertet) sacrum ac æternum vovebo. Spero non ingratum Danici sanguinis atq; animi proceri fore. Uxor ejus quid aut ubi degit? Durum non posse morbum eum tolli, aut eam tollere sic longum & jam in annos. Discedere illã aliamq; & abjungi nihil triste, triste tabere illud diuturnum & langvere. quid tamen? Ut in amne & torrente non pura tantum & placens lympha, sed lutum alibi, arena, muscus imspersus: ita in vitæ hoc decursu multa infusa parum pro optato aut mente. Et ut ignis raro sine fumo, sic status sine his injucundis, quæ tamen mala esse non nisi per errorem dicas, quia sola à malis abducunt & ad bonam beatamq; metam. Nam ut greges, nisi hyems urget & impellit domum, à campis non divertunt: ita nos si non aliqua affligunt & mundum hunc reddunt exosum, in cœlum non cogitamus & æternam illam domum. Puteani mitto quæ volebas, illo & me utere quando & ubi voles. De vocibus in eum jactis ab illo nil miror. Miror ut tu altus & directus ad ista dolere aut indignari. Coqvum nunquam vidisti qui ad omne palatum det ci-

bos, & tu ſcriptorem ſperas qui apud omnes & ubiq; ducat plauſum. Sicut aurum & bellaria ſi ad puerum ſimul ſemelq; deferas, ad illa mittat manum, profuturum id & verum munus contemnens: ita multi præjudicio decepti ad viliora oculum flectunt. De alio viro magno gaudeo, etiam dico non dat hoc mihi ſed ſolvit. Pyladæo n. animo in eum eſſe hoc ſciat & ſine colore aut fuco. Annon reſponderem ſic amanti? facio ut Muſas mihi velim, & Muſas ipſas teſtor. Poſtremum meum carmen ad votum ibi eſſe, mihi ad votum, & lætitia perfundi me debeo fateri in judiciis de me tam honeſtis, ſed perfundi non imbui. nõ enim adhærent iſtæ laudes non in longum, conſcientiâ renuente, imo reſpuente. Quid enim ſumus? quid erimus? magis cum in hoc loco erimus & functione? Adfirmo tibi, nihil ad eos magnos quibus tu miſces & componis. Si otium mihi, quod aliis, ſi quies eſſet, ut reliqua non dicam, poſſem hæc aliaq; in lucem protrahere in aſpectum, &, quod ille ait, *aliorum famam cum meâ extendere*. Sed vetamur, &, rem dicã, fato cogimur ad tenebras & ad noctes. Nec dole mea cauſa aut gemiſce: ſperno hæc humana & contemno. Etiam ſcriptionem longiorem, Malmogiæ.

EPIST.

EPIST. XXXVI.

PAULO RAMELIO.

DArem ad te ſæpe, mi Rameli, & in omnes ſeptimanas, ſi eſſent quibus darem. Rarò hic habemus, qui illuc eunt, quod dolet pro deſiderio in te meo, nec poſſe me litteris jungere ſic & adire, cum aliter non licet. Nam ſi pro voto meo eſſem, tecum eſſem, & diffunderemus nos ſuaviter per hęc ſtudia ac iremus. Eſſet hoc animis noſtris erudiendis & oble-ctandis. Sed mihi non datum. Fatum ad ſolitudinem damnavit ac ad tenebras, nec vult in famam aut nomen unquam ire ſic illigatum ad triſtia hæc & obſcura. Sed feram iſta & pejora, ſi DEUS immittat. Vos ita ad virtutem, ad ſapientiam, ac, quod ſequitur, ad famam ite. Cum gaudio vos in magnâ eâ videbo ipſe obſcurus, quod erit ſi ego aliquantum ero, & mors huic morbo finem non citò dabit: nam ut aſſumere in vobis litteras video, brevi dabunt celebritatem, magis in veſtro illo genere & alto. Quod opto, ac ut diu

προπνόζατον βίον ὧδε διάξεις.

In reditu vos velim per hanc urbem Vorſoriā capere, meq; iterum inviſere, niſi audax ſit hoc petere. Nam ut ego illuc eam quis dabit? pro-

vincia hæc nō hoc donet ocii aut excursionis. Quod scio vos jam scire. De viro illo magno ego verò non ab annis sed lustris & audivi & honoravi & miratus adeò sum, ut debui ejus qui sapientiam & litteras effusè amaret, & in se haberet, in aliis excitaret. Germania plures tales donet, & litteræ in arctum nunquā eant. Si quis enim in iis locis hodiè qui altâ & meritâ famâ est, eum & æstimo & dico; ideóq; diu est cum largo quodam affectu colo. Atq; utinam liceat non animo tantū intueri, & (quod largiter præsto) venerari, sed adire & alloqui. Quod tamen despero, ut tempora sunt & functio in quâ ago: Mente, hoc est, meliori & cælisti parte nostri, faciam, eâ adeam, affabor, jungam. Ut ad me mittat & pronam in me aut retineat aut sumat, preces meæ sunt & optata. Qui has ad te fert, à bonis hîc est & magnis, ipse etiam talis: amplectere, supra illum nullū inventure eâ ætate, qui honorem his artibus habet, & iis qui tractant. Nam ad Persæum nunc nihil, cui Satiram jam; non litteras debebam, si benignior nō essem & ad injurias mollis. reditum non capiebat per hanc urbem? cur non scripsit ut addictio ejus fuit? verbo saltem indicium fecisset: quid Frater? quid Suirsæus? quid alii ibi valent? quid in scripto ejus

factum,

factum, & si quæ talia novit grata scitu. Sed ignosco in illa festinatione. Tu salve Malm. CIↃ.IↃC.XVI.

EPIST. XXXVII.

Locum-Reginæ,

JO. SEVERINIO FYONO.

INjucundum mihi (crebrum in tuis litteris) quod significas meas non pervenisse, eunt quo non debebant. Ego dedisse me scio hoc autumno, atq; etiam bis dedisse. De tuis vereor ne idem affirmem; pereunt aut certè si benè cedat, tardè veniunt, nam à tribus mensibus memini non venisse, & me antè nullas tuas sine responso omisisse. De valetudine matris quod scribis gaudeo, affectam eâ hucusq; non potui scire, & benè quod non potui, lætari de restitutâ hac malo, quàm lugere in afflictâ. De nobis idem licet nunciare, ad fati metas ducimur. Certè multi pervenerunt paucis his mensibus aut septimanis. De Cornelio Willelmo tibi noto scito abiisse,

Illuc unde negant redire quemquam.

Quod dolorem in hoc animo dedisse debes scire. Etiam Joh. Laurentius sed Portuæ nos reliquit, plenus spirituum juvenis lenta & ob-

scura

ſcurâ tabe abſumptus. Vides quàm mors omnia invertat, quos longæ vitæ vellemus abduci, diurnare eâ feſſos ac fractos. Quid tamen eſt? ut è convivio etiam læto ac votivo abeundum ſemel eſt & cogitandum cuiq; ad ſua: ita de mundo hoc dicam, ad tempus hoſpitium dare, nullis in ævum: & domum ſemel eundum; hoc eſt, in cœlum. De me occupationes ſolitæ habent, litteræ, & nunc POLITICA, quæ Lipſium eâ formâ & filo, ſed ad privatos deduco. De MAGNITUDINE DANICA aliquid cœpi, ſi pergo & perago inter primos ſcies. A Jano eo ſalutem quod ſubmittis carum: æſtimare me hoc ſciat: & quid aliud? adduci & alligari ſic illi diuturno quodam vinclo, quod nulla res nullus dolus diſſolvat aut frangat, donec

Lumine adempto animam moribundo corpore fundam.

Ut altiloquus Poëta meus ait. idq; non leviter aut vulgi more, ſed ex hac mente volo ſponſum. Litteras ad eum jam mitterem, ſed diſtinent & interpellant quibus commodè me negare aut ſubducere non poſſum. Vidiſti mores hos, & ſic amicis dies & me crebro dandum eſſe, faciam primo otio. Lerquius qommodo

&c.

& quid agit? semper mihi in animo ille juvenis. Et ita mihi ad spes & optata in vita hac decurrant, ita famæ id decorum merear & tangam, ut de eo validè optem. Primitiæ istæ nuperæ probæ & verbo dicam supra eos annos. Pergat sic tantum & insistat. non te, & qui arctius tangunt, magis quàm me ea res oblectet: & ut Apellem Venus sua delectavit tam multis laudata: ita in eo jure gaudeam, si ille magnus probus. Anconæ XII. Kal. Quint.

EPIST. XXXVIII.

Ripæ.

JOHANNI TAUSANO.

NOn sponsam tuam olim votis magis, quā nos te vocamus, spero vota hæc calida impleturum. finem impone, & ad nos tuos veni: ægrè moram eam hîc ferunt facturi id magis si in longum adhuc trahas. Diu morari & diem ex die ibi ducere, quem tandem fructum dabit? ἔπα θεῷ, & quando huc trahit & suadet, non, sed curre; Cum vulnere animi audimus de morte magni patris tui alti rariq; viri, & nobis etiam remotis & dissitis cari. Certè à multis annis amavi, & fatum id me percussit, ut quod publicam Musarum salutem aut certè splendorem spectaret, & plagam adhuc

adhuc in hoc animo sentio. Videbatur ille vir rectè jam & alto animo ad æternitatem sua omnia dirigere, & in parte effecit, magis pleniusq; fortasse, si vita adhuc aliqua mansisset. Sed fatis & æternæ legi quis se opponat? ivit quo ituri omnes sumus, in eâdem viâ omnes pergimus, qui boni sumus, & ad eandem metam, alij citius, alij seriùs absolvunt, eadem præmia manent provectos. Sed de ijs præsentes magis est ut loquamur. Etiam *de observat. libro* de quo amicè magis mones quàm prudenter. Alia sunt ex ijs quæ adolescens aut juvenis in chartas misi, quæ merebantur jam lucem. Sed ævum nosti: placent magis tenebræ & æterna illa nox, in istis saltem. Scaliger, Lipsius, magni alij quid à multis hodie habent hac parte, præter calumniam aut morsum? Quid ego hic sperem? qui cum illis adolescentibus ne nunc quidem comparandus. Locum unum alterumq; in hoc aut illo Poëta non clarum satis aut intellectum quod damnum dabit? Magis in alijs nos velim curiosos, hic non opus. utinam Historiæ nostræ & majorum gesta majore luce non indigerent aut ope. Vtinam in ista tam multi proni, sed qui oneri pares, ut in Critica hæc jam crebris pedibus

pedibus itur. Sed desino. C. Frisio ibi salutem adscribo, nuncia & salve. Jamq;, ut cum Poëta dicam, viam vora. Malm. ∞. Iↄ.C.XVI.

Ad submissas litteras doctas, scitas, sublimes, (ea jungenda sunt) hic habes. & jam pæne neglexeram, ô virum pro prisco ævo & meliore nostro. Alti ingenij est, aut omnia me fallunt. Si plures tales ibi dones, ad summum cito trahant vestrum tractum. Helicon ille, qui jam diu descivit, flores & undas suas ibi fundit ac demittit. Me certè sic excitavit aut accendit, ut locum in hoc corde meritó dem, qui doctrinæ & virtuti in suo largè dedit.

EPIST. XXXIX.

SIMENIO BUCHIO. S.D.

EXcitasti me & lætum lubentemq; sic fecisti, mi Simeni. Tam amænas post tam longum silentium literas? ita me Musæ & omnes Charites ament, ut pectus meum movit ea lectio, nec enim ibi te esse, nec talem adhuc in me esse jam sperabam, in terrâ à nobis tam remotâ. Sed video quod longinqua hæc viarum Canutum non decusserunt, & ego tibi in imo corde non hæreo, sed teneor & adstringor, affectumq; illum nulla unda eluit, nulla aura excussit. Gratæ tuæ litteræ quæ hoc monstrarun

runt. hoc habebant triste, quod de afflictâ tuâ valetudine nunciabant, quam tamen spes mihi dicit & præsagit jam esse lætiorem. quod salus mihi votum repræsenta. nec enim tabes est; ut innuis, aut lentâ & certâ viâ ad lethum sic eas, quin posteritati tuæ vivus adhuc intersis, verè auguror,& gloriæ diu supervenias. Nos hic vivimus & valemus, nisi quod emansio tua tam longa turbat,finem impone,ad nos redi. Qui degere tecum cupidi,gaudere,tristari ,omnia ut donet ille

Gentis humanæ pater atq; custos.

Vtcunq; cadat, si quid hic à me factum voles, etiam cum absis &in has plagas nunquam fortè cogites,impera:non præsentem magis amavi, quàm jam remotum amabo. Sanescas modo, mi Simeni,& Senescas. Amici illius libens vidi,& penè dicam invidi, sic presse, sic peritè scribit:& non Lipsiano more tantum, ferè supra eum,certè me. Omnia placent & libens legi præter meas laudes. Quàm enim de me amanter & superbè! nimis:& vellem eum hac parte temperare. Non sum quem me facit, aut cœlum (quod donat) tango. Ille novus, ὑεργιομήκης, &eò se ac alios ducat hac penna si sic pergat. De altero ille scriptis antè & fama notus

notus & ſanè à nivea illa mente (ut prudentiam omittam) æſtimandus: Dicas inclinatum me iterum & affectum eſſe. Amorem non exſpectent jam, ſed expoſcant, quem litteris dictisq; ſuis in me ſic oſtendunt: Et tu, mi Simeni, habebis æternum, quidquid alios erit. De anonyma illa LipsI quærebas cui ſcriptam putem, quod mihi vix credas, Iano Duſæ anglica peregrinatione ſe ſubducenti an oblectanti. Non obſcuris indiciis id colligo, & vel hic prodendis, niſi animus ſit nunc non diffundi. In alia illa ad Oudartum conſilio juvit in publicum, ut vides, ſive juſſus, ſive rogatus, re tamē magis quam nomine, adhuc tum *Conſiliarius*: qui titulus à Principe illi, ut vere cenſes, donatus, ſed ſerò & paucis ante mortē annis. Jam in Religione, quod verè ais, nunquam mutavit, inconſtantiæ hanc notam injuriè inurunt Conſtantiæ illi Doctori: Puer apud Patres Jeſuvitas educatus imbutusq; eſt, adultus Romam adiit pietatis illius matrem aut ſedem augendæ illi aut firmandæ. Vir factus cum patre, cum patrio ſolo ſemper hac parte (ut cum eo dicam) antiquavit. In alia loca pulſus aſſimilabat iis inter quos fuit: vt nec novum hodie tegere interdū hac parte & celare in peregrinâ gente, &ubi quis tutò ſe nō

ostendat. In Italia & Hispania quis nunc non facit? Etsi de Lipsio in Batavia cur non credam se aperuisse, si non in omnes, certè multos? ut impunitas ibi est & liberum in Religione sentire, dissentire. Nam ita ibi solet & pænè in morem vertit misceri religiones & tollerari. Diffusum illud Amsterodamum credis tu non habere nunc Catholico regi & veteri Romæ addictos; Certè magna illa urbs si istis vacua sit, multæ in ea domus vacuæ. Sed longior sum. DEUS te firmiorem lætioremq; efficiat & aliquando nobis reddat. Id cũ rogo, & ut, quod mihi, quod tibi ex salutè ex usu est immittat. Salve. salve. salve. Anconę.

EPIST. XL.

Rosafontem.

PAULO PETREO.

VUlt meus amor sed & tuus, ut ad te scribã; & huc non ducit tantum, sed trahit. Dè meo? quomodo non is ad te propendeat? qui de me tam blanditer judicas, tam faventer quæris, salutem tam amænam submittis, quoties è meis te vel vident vel invisunt: de tuo, illum ipsum effusum mihi esse, tum relatio aliorum, tum laudatio ea venæ scriptorumq; meorum declarat. Nec enim ignota nobis sunt, quæ

quæ de me ibi judicas & ſpargis, quamq; me attollas, mea ſupra pretium probas. Nam quod de maximâ doctrinâ cenſes, muta: mediocres in iſtâ ſumus, nec valdè ſupra eos qui ſerpunt; Certè quæ hactenus dedimus, non valdè magna niſi à veſtro amantium affectu, & benè quod ætas alibi defendat, ad quam magnam nec nunc veni, ut gallinæ minuta quædam ova edunt, augent poſtea ipſæ paulum auctæ: Idem in nobis eſt: perfecta non ſunt, & veniam non plauſum poſcunt, quæ in imperfecto hoc & primo vigore nobis effluunt. nec n. omnes ſcimus tenere primas has nugas aut tollere, priusquam nimis ſe diffundant. quod utinam in meis non factum, & ego non variè in lucem tractus. Quid tamen? velut magnates ſi quo iter ducunt prodomos mittunt adventui præparando: ita nobis licet indicia pro veris magniſq; operibus dare, antequam ipſa. Quæ quod tu in magnis ponis, & vis me in primis ire, an ſcriberem in oblivionis aquis? abſit: videat poſtera ætas hunc affectum cum fructu ad me miſſum, ſi vita aut gratia meis ſcriptis. Nam tibi ubiq; addant, & teſtes præconesq; ad poſteros ſint humanitatis & benivolentiæ, nō ſapientiæ ſolum tuæ, quod rarum hodiè in illâ fortunâ. Paulus Andreas

ibi quid? læta de eo audimus, utinam verã. amo & amavi jam diu illum virum: nec (cum à paucis vobis abii) in Dania hac reperio cui omnia magis velim ire ex voto. Magna ſpondet iſtud ingenium:& conſtet ſibi tantum, nec ad alia eat, fructus effundat in noſtrum futurumq; ævum. Sed de munere eo opto felix eſſe, ac ut facili & inoffenſo curſu ævum impleat. Eſt ibi Albertus Corvinus juvenis animi indolisq; ſelectę. patrem hic habet virum magnum, famâ tibi credo notum: ſi benè benigneq; facere mea cauſa potes, in multũ nos obſtringas. Quod idem pro Jano Bartolino rogo, qui etiam ibi his ſtudiis ſe tingit, bono loco hic natus & fortunâ. Fovendę ſemper ſtirpes eæ ſunt quæ poſt nos fructum dent: veteres cum tempore, & minantes diſcedere. Sed quidquid alius erit, me in animo ſic geſta, & verbo dicam, imò verſu, perſtã.

τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι.

Quod poſtremum, tibi etiamà me ſpera ſi uſus tuus aut res unquam poſcant. Malmogiæ. ∞. Iↄ. CXVI.

EPIST. XLI.

Francofurtum.

MARTINO PERSÆO.

SCriptionem continuam hanc noſtram, mi Perſęe,

Persæ, temperabam per hos menses, & velut incidebam: An affectum? nihil; eum retinui diu tibi devotum, à more meo abire potui, nō amore, qui mihi æternus in tales viros; & densè ac spissè si non scripsi, certè cogitavi, nec in horas tantum omnes, sed momenta: Nam cum aliis ut possum, Persęum non mitto ab hac mente. A nobis ivisti quò nec ipse adhuc tum scivisti, ego qui potui aut scivi scribere, qui mittere. Affirmo tibi si quo, si per quem novissem, ante ad te has misissem, & me adhuc fateor nescire, tamen mitto; talis tamq; arctus in te amor est. Occasionem dat qui has tradit; amicitiam tecum jungere ipsi in votis, petit me velut proxeneta sisti: A bonis & honestis est, ad virtutem it & bonam famam; ut tangat, ad exteros aspirat & ad te, quem comitem sperat & ductorem; Si invenit, ama, mea causa. Gratum facies patriæ, mihi, Musis; tibi jucundum, ita ingenium habet quod ornamento sit, venam fluidam & facilem quæ delectationi, certè pro ea ætate. inter paucos doctus, stilo utroq; magnus, & vel ad melleam suavitatem in versu. Dirige, fove, gratia tua & amore orna: meretur, magisq; cum annis merebitur. De me addam in tristi eo adhuc esse nec demutare: Certè functio ac lu-

ctus paulatim libant & lentitudo aliqua ac frigus obhæret, nec est ille mentis stiliq; calor qui fuit. Quid tamen est? stata hæc in humanum genus & solennia; qui in nos immisit, auferet cum volet, optata iterum & sperata reddet si salutare. Libellus à me prodiit per hos dies, eum jam vide & non ex affectu cense. Ut qui in principum aulis magna & rara ostendunt è thesauris, Cameris, ornatu, levia quædam præmittunt, ad altiora statim ducturi: Idem ego, ut promulsidem & periculi faciendi causa, ista nunc do, excipiant cito majora & addo meliora in hoc genere, si vel in paulum subsisto. De Woverio, hoc est, postremâ nostrâ lite, quod affirmabas: nihil. duo fuerunt: aut si non, enoda mihi hunc nexum. Lipsius in quadam Epistolâ ad illum Antverpiensem. *Feliciter acclamo mi VVoveri: utinam præsens possem; sed vel hic absens facio, & corde itero, nemo magis ex illo. equidem jam diu tibi felicem talem copulam destinabam, & merenti.* Et mox *bene est, habes. nam de dote, uberem audio, de parentibus, honestissimos: de ipsâ aliquid ipse dixerim & probè memoriâ teneo vidisse. Suavis mihi visa, morata, probata: si nihil horum*

esset,

esset, apud te fiat. Jungere, fruere, & novellas stirpes, parvulos VVoverios nobis pange. At me quod velut auspicem nuptiis tuis optas. Quid hîc ais? tuus ille cælebs, ἄπαις solus vixit, mortuusq; est. aut si liberos genuit, non è legitimo lecto, & tamen nulla suada te ducat ad assensum de duobus. Jam ubi tuus Woverium, ubi Antverpiensem scribit, quod alter perpetuo? Woverenum apud Lipsium lego, à Woveren apud eum semper, & Hamburgensem fuisse non falsò suspicor. Sed suspicor, non definio. donec hæc tamen non eluis, patere me à te flectere & abire. Sed in re quam commisi, quid? spem alam an abscindam? si à te stabit, succedet, nec enim tantû

εἰς γλώσσῃ φίλος, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ.

Eris linguâ sed & facto amicus.

Fortunæ & eventui commendo, te magno mitiq; illi DEO, qui te servet, mihi aliquando reddat. Vale. Malmogiæ VII. Kal. August.

Deveni in locû nobis quæsitum jam antequâ has claudebam. Memoria tenebam legisse quidquid tum non inveniendum. In Centur: I. ad Belgas habes *Janus VVoverius* (alteri illi scriptum) *cognominis tuus, si non gentilis, quàm bona tecum fœderatio. Optimû*

par, vel nec Dii dederint magis ex usu aut ex voto. Modestiam & probitatem in eo adolescente semper amavi, & ut vidi primum Hamburgi, id fuit ante annos IX una laudatum illam indolem ivi. Vivat, crescat, & lampada à nobis in hoc cursu jam fessis accipiat: me libenter & judicio tradente.
An lætor sic te dejecisse? ut si Trojam vicissem. nihil pertinacius mihi negatum longo jam tempore, & jam indignabar fidem mihi non haberi ex fide testanti.

EPIST. XLII.

Rosæ fontem.

CHRISTIANO MARIAGRIO.

ACcepi tuas & legi cum animi motu, eas meritò amplector tam suaviter & nervosè scriptas, tam alti fovoris à tali juvene testes. Utinam me aliqua dies vobis ibi sistat, videbis in vultu, lingvâ, factis, affectum erga te sumptum aut servatum; nam jam diu te colo & veneror altæ illius doctrinæ causâ, quæ jam ante huc te duxit, amo affinitatis & sanguinis, qui nos ligavit & astrinxit in abrupto illo nodo. Optem illic tibi omnia ex voto fluere, & fortunam pro ingenio habere, hoc est lætam, excelsam; me certè habebis tui cupidum & amantem.

mantem, quàm diu hanc vitam; nec magis me Musæ ament, quàm ego te, in virtutes has largiter devotum. Sed ad alia. Litteras mittis à longis illis oris. Saccharum mihi fuerunt, & minis quàm dulce ab illo aliquid regustare ex intervallo. Utinam propiorem aliquando haberemus, ut linguâ & aspectu liceret & non literis solùm alloqui. Sed non datur aut dabitur, ut se tempora nunc immutant & ut ille animo averso & alio de Religione judicio à nobis abit. Ad quæ quid dicemus? Deo permittamus, ille emendet si visum, & hæc diriget ad salutem nostram, licet non ad voluptatem. Ante annum libens eum vidissem, quando istic fuit, aut verius transiit, & vel ave pro more dixissem, osculũ pro amore libassem; nunc vereor ut occasionem semel amissam frustrà optem,

Et nunc antè mihi claudantur lumina morte,

quam cum brachijs his claudam, & hoc Deo permittam, ac omnia nostra. Ille, quod noverit ex usu esse, immittat. Suendius in amicitiam quod invitat, & sic benignè defert, utrâq; manu accipio; alterum id non licet, non licebit. Nam ire ad vos nec functio hæc volet, nec luctus meus ferat. Nam ille, ne nesci-

as, adhuc non dimisit, non magis quàm sub initia & recente adhuc casu. Cogimur referre ita in nobis hæc tristia & circumferre. Eritne finem iis videre, & semel speratum illum aditum sanitatis? Deus faciat si salutare. Ego animo nunc adibo & cogitatione, quâ suaviter me jungam: corpore quam primum liceat id firmius validiusq; movere. De alio illo quid dicam? nisi aut à rumore eum, aut à sua propensione falli. Velut à longo pinus, abies, laurus inspicienti eadem putantur, propinquus dignoscit: ita metuo ut in me sit, & intervallum pretium mihi addat. Sed non amo nunc diffundi. Bertilus, quod petis, litteras eas ad fratrem mittat, aut ipse ferat. Malmogiæ. ꝏ. Iↄ. c. xvi.

Epist. XLIII.

Francofurtum.

CHRISTOPHORO HANSENIO.

Legi, mi Hanseni, cum affectu in me & cultu scriptas, meritò me capiunt, ut tu flore sermonis aspergis & misces, ut laudes & affectus ibi in me certant. Responsum differre nec ex decoro, nec ex more meo possum. Scripsi ad te vere elapso & largiter & diffusè; Scripsi ad Phænium, quamvis ille ad me nihil ex

tanto

tanto intervallo. Ea video abjectæ, aut quod jam vulgare interceptæ. De *Interludijs* meis in judicio eo liberè dicam; brevi lætitia me perfundi: Sed perfundi; Nam in pectus eas laudes non mergo aut sino adhærere in longum, modestia mea revocante & abnuente. longe sumus infra illum Heroem, quidquid cum eo componis, nec digni qui cum eo. Sed desinam. Ut hic insistam mones sive suades. Frustra. Semper fuit semper erit id studium, ut meliorem reddam hanc juventutem, ut patriam hanc & litteras illustratum eam ac aliqua luce infundam. Nam de fama quod innuis, eum scopum aut metam (Musas testor) nunquam habui. Et studia hæc si sequitur, non magis ob eam huc venimus, quam is qui ad candelam sedet, umbræ causa hoc facit. Bertilius tuus, ut inaudivisti, mecum est & valet. In studiis etiam pallet & progreditur haut parum in hoc vere & ætatis flore. nec aliud habebit à me aut incitamentum aut exemplum, & supra multos hic erit, qui è summis. Debeo hoc illi à sanguine, à te, ab indole, quam ad meum votum habet altam & modestam. In quem potius hæc effundam? aut cui reponam aut conferam, nisi his talibus qui à virtute, à modestiâ, à suis se mihi commendant, & à

quibus

quibus literæ sibi splendorem & decus aliquod sperant? Juvo semper ingenia & tollo quæ alta & ad virtutem nata; quomodo ei non à me fieret, qui adeò tangit? quomodo amorem in eo non ostenderem, quem virtuti tuæ devovi? In aliis, res hic tristes, turbidæ, & utinam non vicinæ ad occasum. Quid mirum? offendimus in dies mitem magnumq; illum Deum & quasi irascendi magnæ causæ non sint, damus novas. Vitia, errores, sordes augescunt cum ipsis annis. In Religione dissensiones ubiq; & rixæ, ut ævum est ferax opinionum, sterile virtutis & pietatis. In reliquo statu luxus, fastus, libido se miscent & quæ mæror sit recensere. Itaq; de meliore statu nil ego spero, res vicesq; tristes exspecto, aut certè citò non conversionem, sed, utinam fallam, eversionem in hoc mundo. Vale, tuam à me amplectere. Alstedium si occasio erit per te saluto, virum nō in exemplum sed admirationem datum. Anconæ in Scania. CIↃ, IↃ c. XVI.

EPIST. XLIV.

Rosæfontem.

ANDREÆ SVENDIO. V. N.

INvitat benivolentia in me tua, invitat humanitas, quam nuper ostendisti in ignotum, in-

in immerentem, ut ad te scribam, ac cultum addicam. Tetigit meum pectus tua virtus, & effodit imos istos sensus vix inspecta. Nam te in illa fortuna, illa altitudine & famâ sic faventer sic ultrò ad nos te demittere? mens, corpus, manus, omnia à tam læto & diffuso gaudio adhuc surgunt. nam quæ tua in nos suavitas? quis candor? ut ipsas Gratias vinceres. Quæ dicta aut facta? ista amica, illa amœna: Jam ingenium tuum quale? altum, alacrũ, indefessum; & vena quæ? (nam & in versum diffundis) non melius quàm Poëtæ verbis describam:

tenero ceu lympha susurro
Labitur, & placidè more cadentis aquæ.

cepisti me (è corde dico,) & æternum in hoc corde eris: ita eò amor tui & cultus non accessit sed penetravit. non est vetus ille candor & virtus multorum, non amor & honos ingeniorum qui fuit; in te amplector & amo. Jactantia in plerisq; est & despectus, stolidi quidam ac elati mores, qui à priscis illis valdè demutarunt. Tu ad laudem generositatis quâ supra multos flores, hanc quoq; adjungis sapientiæ & literarum, & omnes amas qui ista. Ita persta, me etiam amare & in pectore ferre. Ego non oblivisci & mereri. Atq; ita

ἀλληλοι-

Ἀλλήλοισιν ἀπόπροθεν ὦμεν ἑταῖροι.
Inter nos sejuncti, simus amici.

Adjuncta ista vides? Regeli Regeli sunt majoris animi, quàm annorum juvenes. Decimum quintum non attigit, certè non implevit: & ad eam provectionem venit & cultum. Ipsi adulti dicens supra nihil habere in hac parte: certè cum ipsis viris pari passu decurrat hunc circum. Explorent si tales sunt, qui mihi hoc sic non credent, Nam qui hic fallam aut fucũ prævertam? Ego ille ipse (exploso alicui dicto) qui in aliquâ hîc famâ, de me fateor vix supra eum assurgere, sed in structurâ versuum & nexu. Nam invenire, disponere, judicium requirit & virum: An ament, quod in lucem ista veniunt à tam juvene? pauci: plures carpant, sed qui à se hîc indigi & obscuri. Quidquid isti, ego non culpo ad famam prius quàm ad pubertatem venire, modo bonam. Et utinam plures æmulentur, utinam (liberè, non superbè dicam) plures sic ducant, & prima hæc doctrinarum ac initia tam diu non teneant istam juventutem. Præsidem vestrum à me saluta, quo Heroe nil melius aut benignius sol vidit. Malmogiæ.

EPIST.

EPIST. XLV.

Locum-Regium.

JO. SEVERINIO FYONO.

QUòd tu, quòd mater, quòd familia valetis, mihi suave, ô longum sit & in ætatem. Quod nuptias paratis, lætor; sit felix, sit auspicatum. Ad eas vocatis? venire mihi certè in voto, imo voluntate. Cur itaq; non fit? quia tempus & functio ea negant, istud nunc nimis angustum; illa inquieta. languor etiam nunc ligat & eò ire me non vult. Atque levior hic fiet inquis: posset sanè leniri ab afflatu non tam patriæ, quàm amoris vestri, qui sic largiter & devotè mihi cupitis, sed leniri non demi. atq; ego, ne per ambages te ducam, de majore jam timeo. Ingenium, vena, stylus, (quid negem?) non qui solent, his inclusa ad sponsam eunt: trade, & feliciter à me opta. De carmine fere erat ut omisissem. Quid dicam? cum Juliano illo ἔγνων, ἀνέγνων, κατέγνων. Nam DI Deæq; omnes qui sequar aut consciscam ad tã altas, tam sublimes laudes. Ex illa ingeniorum plebe forte non sum, cœleste aliquid sum, lucere debeo atq; etiam attento. Sellam tamen non eo insessum in quam tu imponis. Et flagito, non solum posco, temperemus hæc blanda: amore certemus non elogijs his crebris, his

his incautis. Invidiam ista portent secum, cui occasionem non dabimus à se surrecturæ ut nunc seculum est,& ruunt in pejus mores non labant. Aslaci ista, quæ tangis, magis sic attollenda: Certè valdè me id scriptum cepit,& admirationem non dicam intulit sed auxit; Nam ille vir mihi ante magnus, cur non? ut sublimè semper fertur, & cum prisco vate

Musæo contingvit cuncta lepore.

Hæc talia tantum sæpe det, quibus non delectari tantum mentes possunt sed acui & erudiri, virtus & pietas inseri, quæ nimis absunt ab his terris: fructum ad nos id, ad eum famam deducat magnam, duraturam quamdiu virtuti honos & pretium sit. Habes meum sensum sive censuram dicas, habes jam diu amorem, neq; nescis, & tuum tantum mihi sic præsta.

EPIST. XLVI.

Rosæfontem.

BARTOLOMEO HANSENIO.

SAlvi reversi sumus, mi Hanseni, salvi,& nostra invenimus ex voto, nisi quod tam citò à vobis divulsi nonnihil contra votum. Quod Jovis cerebrum (ut antiqui nostri loquebâtur) esurientibus: hoc mihi inversatio in iis locis

diu

diu optatis; hilararunt & læto lubentiq; ſenſu perfuderunt. Et Roſæfontem veſtrum jam amo ſupra omnes urbes, à te & aliis quos habet in me tam pronos. Frui eo & vobis valdè mihi in votis. Si ſæpius poſſem & vel curſim inſpicere, ac vos tales amplecti, accedere viderer ad beatos. Sicuti ij qui è convivio & lauta menſa, ſapores & ſuavitem in palato ſecum ferunt; ſic nobis à tua dulciſſima comitate ibi factum, & te, lætitiam, riſus loquimur etiam, non ſolùm recordamur. Tu ſolutionem expectas? animo referam, factis non poſſum, verbis ægrè: Muſæ pro me ſolvant. Venerunt, de quibus tu ibi, antequam ego huc veni: videre ab eo juvit (quem in pectore hoc incluſi) cum eum non licet. Pro munere iſto (ita ſumo) gratias animo habeo, ore dico, hoc etiam paraturum me brevi ad reddendum. De Epithalamio fruſtrà rogat, jam diu factum & ſpero pro ejus mente, (ſi aliud in re ejus poſſum, admoneri volo non rogari. Jam ipſum etiam me vult ad ſolennia illa venire. Videbo quid liceat, ſi Deus mihi vitam & valetudinem producat, aut verius firmet. Familiam tuam filiâ auctam & lætor & gaudeo, & ſalutare eſſe opto, illam creſcere Deo honori, tibi gaudio, noſtris augendis.

Tu macte hâc felicitate & fortunâ. De matre quid est? in morbo adhuc pallet? non tamen in lecto spero: vires corporis, sed & animi recipiat opto, utrasq;, mi Hanseni, etiam tibi. His adjuncta ad Petræum nostrum eunt, nostrum, nam & ego me inter caros ejus numero, trade. VII. Kal. Quint. ∞ Iↄ c XVIII.

EPIST. XLVII.

Rosæ fontem.

PAULO PETRÆO.

AD patriam ivi ea æstate, ad meos, mi Petræe, in eâ viâ ad vos. De qua urbe quid dicam? placuit & salivam mihi movit, ac, quod nimis jucundum, plures amicos mihi dedit, inter hos quod te non ostendit verum & veterem, in dolorem fuit, ut te diu amplecti, videre, alloqui mihi in votis. Tristior nuncius à Fijonia turbabat, de sorore tum delatâ in cœlum & æternum illum portum. Alia etiam in dolorem tum dederunt, nolui, tam recenti & crudo adhuc luctu, appellare. Aliter ego tractum illum non vidissem, nisi te unà, in virtutes sic cupidum, & affectu planè meum. Nam is, ut hoc desiderium est, in me ardet non tantum calet, ut redamare cogar sic amantem, nec hoc solum, sed perire. Quod facio (ita me Musæ) & id manu ista, consigno

& te-

& testor. Scripsi ut venia mihi esset, quod ibi fui & non apud te, animo sum perpetuò tuus, eo apud te, & cœlesti ea parte in cœlo spero jungi, si non ante sit. Sed tu munus tamen mittis largum, magnum, ad immunem ad immerentem: non debebas: nihil hic rarum aut novum, quod liceat relargiri, nec soleo aut decorum sit hæc talia non reponere. Sed video sic animum in nos amicum & pronum; cerno pro me curam, nec erit ut idem apud me vobis non sit, quæcunq; fortuna aut sors erit. Libellum jam emisi jam nuper, eum tu lege & de more cense, ad mentem fore qui sperem, non mihi est qui dedi. Nam versus ab hac ætate nec laudo valdè, nec amo. Diu est cum hæc talia non tango & præter votum meum fuit, præter opinionem, quod ista nunc dedi, quod tam brevia, quod tam inculta. Famam scriptio ista secum trahit, sed quæ adjunctum despectum suum hic habet. Hac causa abstinui me aliquantum, nunc nescio quod fatum impulit in lucem venire hac parte. Et tu in oblectamenti partem jam habe, ac ad nos diu sic propende. Ad Suendium dedi jam pridem, spero venisse jam eas aut venturas. Ut nunc iterem non videtur tanti. Si in eos tractus unquam redeo, spero autem & de-

quibus literæ sibi splendorem& decus aliquod sperant? Juvo semper ingenia & tollo quæ alta & ad virtutem nata; quomodo ei non à me fieret, qui adeò tangit? quomodo amorem in eo non ostenderem, quem virtuti tuæ devovi? In aliis, res hic tristes, turbidæ, & utinam non vicinæ ad occasum. Quid mirum? offendimus in dies mitem magnumq; illum Deum & quasi irascendi magnæ causæ non sint, damus novas. Vitia, errores, sordes augescunt cum ipsis annis. In Religione dissensiones ubiq; & rixæ, ut ævum est ferax opinionum, sterile virtutis & pietatis. In reliquo statu luxus, fastus, libido se miscent & quæ mæror sit recensere. Itaq; de meliore statu nil ego spero, res vicesq; tristes exspecto, aut certè citò non conversionem, sed, utinam fallam, eversionem in hoc mundo. Vale, tuam à me amplectere. Alstedium si occasio erit per te saluto, virum nō in exemplum sed admirationem datum. Anconæ in Scania. ꝏ, Iↄ c. XVI.

EPIST. XLIV.

Rosæfontem.

ANDREÆ SVENDIO. V. N.

INvitat benivolentia in me tua, invitat humanitas, quam nuper ostendisti in ignotum, in-

in immerentem, ut ad te scribam, ac cultum addicam. Tetigit meum pectus tua virtus, & effodit imos istos sensus vix inspecta. Nam te in illa fortuna, illa altitudine & famâ sic faventer sic ultrò ad nos te demittere? mens, corpus, manus, omnia à tam læto & diffuso gaudio adhuc surgunt. nam quæ tua in nos suavitas? quis candor? ut ipsas Gratias vinceres. Quæ dicta aut facta? ista amica, illa amœna: Jam ingenium tuum quale? altum, alacrũ, indefessum; & vena quæ? (nam & in versum diffundis) non melius quàm Poëtæ verbis describam:

tenero ceu lympha susurro
Labitur, & placidè more cadentis aquæ.

cepisti me (è corde dico,) & æternum in hoc corde eris: ita eò amor tui& cultus non accessit sed penetravit. non est vetus ille candor & virtus multorum,non amor &honos ingeniorum qui fuit; in te amplector & amo. Jactantia in plerisq; est & despectus, stolidi quidam ac elati mores,qui à priscis illis valdè demutarunt. Tu ad laudem generositatis quâ supra multos flores, hanc quoq; adjungis sapientiæ & literarum, & omnes amas qui ista. Ita persta, me etiam amare & in pectore ferre. Ego non oblivisci & mereri. Atq; ita

ΑΞΙΟΧΑΙ-

Ἀλλήλοισιν ἀπόπροθεν ὦμεν ἑταῖροι.

Inter nos ſejuncti, ſimus amici.

Adjuncta iſta vides? Regeli Regeli ſunt majoris animi, quàm annorum juvenes. Decimum quintum non attigit, certè non implevit: & ad eam provectionem venit & cultum. Ipſi adulti dicens ſuprà nihil habere in hac parte: certè cum ipſis viris pari paſſu decurrat hunc circum. Explorent ſi tales ſunt, qui mihi hoc ſic non credent, Nam qui hic fallam aut fucũ prævertam? Ego ille ipſe (exploſo alicui dicto) qui in aliquâ hîc famâ, de me fateor vix ſupra eum aſſurgere, ſed in ſtructurâ verſuum & nexu. Nam invenire, diſponere, judicium requirit & virum: An ament, quod in lucem iſta veniunt à tam juvene? pauci: plures carpant, ſed qui à ſe hîc indigi & obſcuri. Quidquid iſti, ego non culpo ad famam prius quàm ad pubertatem venire, modo bonam. Et utinam plures æmulentur, utinam (liberè, non ſuperbè dicam) plures ſic ducant, & prima hæc doctrinarum ac initia tam diu non teneant iſtam juventutem. Præſidem veſtrum à me ſaluta, quo Heroe nil melius aut benignius ſol vidit: Malmogiæ.

EPIST.

EPIST. XLV.

Locum-Regium.

JO. SEVERINIO FYONO.

QUòd tu, quòd mater, quòd familia valetis, mihi suave, ô longum sit & in ætatem. Quod nuptias paratis, lætor; sit felix, sit auspicatum. Ad eas vocatis? venire mihi certè in voto, imo voluntate. Cur itaq; non fit? quia tempus & functio ea negant, istud nunc nimis angustum; illa inquieta. languor etiam nunc ligat & eò ire me non vult. Atque levior hic fiet inquis: posset sanè leniri ab afflatu non tam patriæ, quàm amoris vestri, qui sic largiter & devotè mihi cupitis, sed leniri non demi. atq; ego, ne per ambages te ducam, de majore jam timeo. Ingenium, vena, stylus, (quid negem?) non qui solent, his inclusa ad sponsam eunt: trade, & feliciter à me opta. De carmine fere erat ut omisissem. Quid dicam? cum Juliano illo ἔγνων, ἀνέγνων, κατέγνων. Nam DI Deæq; omnes qui sequar aut consciscam ad tã altas, tam sublimes laudes. Ex illa ingeniorum plebe forte, non sum, cœleste aliquid sum, lucere debeo atq; etiam attento. Sellam tamen non eo insessum in quam tu imponis. Et flagito, non solum posco, temperemus hæc blanda: amore certemus non elogijs his crebris;

his

his incautis. Invidiam ista portent secum, cui occasionem non dabimus à se surrecturæ ut nunc seculum est,& ruunt in pejus mores non labant. Aslaci ista, quæ tangis, magis sic attollenda: Certè valdè me id scriptum cepit,& admirationem non dicam intulit sed auxit; Nam ille vir mihi ante magnus, cur non? ut sublimè semper fertur, & cum prisco vate

Musæo contingvit cuncta lepore.

Hæc talia tantum sæpe det, quibus non delectari tantum mentes possunt sed acui & erudiri, virtus & pietas inseri, quæ nimis absunt ab his terris: fructum ad nos id, ad eum famam deducat magnam, duraturam quamdiu virtuti honos & pretium sit. Habes meum sensum sive censuram dicas, habes jam diu amorem, neq; nescis, & tuum tantum mihi sic præsta.

EPIST. XLVI.

Rosæfontem.

BARTOLOMEO HANSENIO.

SAlvi reversi sumus, mi Hanseni, salvi,& nostra invenimus ex voto, nisi quod tam citò à vobis divulsi nonnihil contra votum. Quod Jovis cerebrum (ut antiqui nostri loquebãtur) esurientibus: hoc mihi inversatio in iis locis

diu

diu optatis; hilararunt & læto lubentiq; sensu perfuderunt. Et Rosæfontem vestrum jam amo supra omnes urbes, à te & aliis quos habet in me tam pronos. Frui eo & vobis valdè mihi in votis. Si sæpius possem & vel cursim inspicere, ac vos tales amplecti, accedere viderer ad beatos. Sicuti ij qui è convivio & lauta mensa, sapores & suavitem in palato secum ferunt; sic nobis à tua dulcissima comitate ibi factum, & te, lætitiam, risus loquimur etiam, non solùm recordamur. Tu solutionem expectas? animo referam, factis non possum, verbis ægrè: Musæ pro me solvant. Venerunt, de quibus tu ibi, antequam ego huc veni: videre ab eo juvit (quem in pectore hoc inclusi) cum eum non licet. Pro munere isto (ita sumo) gratias animo habeo, ore dico, hoc etiam paraturum me brevi ad reddendum. De Epithalamio frustrà rogat, jam diu factum & spero pro ejus mente, si aliud in re ejus possum, admoneri volo non rogari. Jam ipsum etiam me vult ad solennia illa venire. Videbo quid liceat, si Deus mihi vitam & valetudinem producat, aut verius firmet. Familiam tuam filiâ auctam & lætor & gaudeo, & salutare esse opto, illam crescere Deo honori, tibi gaudio, nostris augendis.

& testor. Scripsi ut venia mihi esset, quod ibi fui & non apud te, animo sum perpetuò tuus, eo apud te, & cœlesti ea parte in cœlo spero jungi, si non ante sit. Sed tu munus tamen mittis largum, magnum, ad immunem ad immerentem; non debebas: nihil hic rarum aut novum, quod liceat relargiri, nec soleo aut decorum sit hæc talia non reponere. Sed video sic animum in nos amicum & pronum; cerno pro me curam, nec erit ut idem apud me vobis non sit, quæcunq; fortuna aut sors erit. Libellum jam emisi jam nuper, eum tu lege & de more cense, ad mentem fore qui sperem, non mihi est qui dedi. Nam versus ab hac ætate nec laudo valdè, nec amo. Diu est cum hæc talia non tango & præter votum meum fuit, præter opinionem, quod ista nunc dedi, quod tam brevia, quod tam inculta. Famam scriptio ista secum trahit, sed quæ adjunctum despectum suum hic habet. Hac causa abstinui me aliquantum, nunc nescio quod fatum impulit in lucem venire hac parte. Et tu in oblectamenti partem jam habe, ac ad nos diu sic propende. Ad Suendium dedi jam pridem, spero venisse jam eas aut venturas. Ut nunc iterem non videtur tanti. Si in eos tractus unquam redeo, spero autem & de-

ſtino ſub æſtatem, cum teq; videbo: & corpore ſemel juncti erimus, qui animis jam diu ſumus. Malmogiæ, VI, id. Aug. CIↃ IↃ c, XVI.

EPIST. XLVIII.

Montem-Belticum.

HELIO PAULO. S. D.

SUave mihi fuit à litteeis tuis adiri, poſt longam ſatis moram, præſertim talibus, id eſt, quæ memoriam in me cum prono quodam affectu ſic præferant & oſtendant. Te eam non ponere, nec animum ſejungi, etſi multæ valles & tractus ſejungunt, carum eſt, mi Heli, ut cum eo dicam, vel contra aurum: non item illud quod nimis magna in me ſcribis, nimis alta ſentis. Si jactantia aut faſtus me tangant, has laudes admittam, in quas tu nimis pronus. Accipio tamen, qnia amor dictat, cui non volo non debeo pugnare: Sed accipio non agnoſco. Cum impetu & calore quodam noſtra damus, & ut hoc vel illud in mentem aut calamum venit. Sed vidiſſe te lætor, magis approbaſſe, nam (quid diſſimulem?) in fortunâ parum laxâ, & continuo hoc labore, timere de ſuffragijs incipio, & ne metra ea non ſint pro veteri famâ. Sed iſta omitto, tibi de conſtantia, affectu, fide affirmo non longa tantùm fore ſed æterna, cœpta

pta enim ante multos jam annos non nisi mecum desinant & moriantur. Quem commendasti libens vidi. Juvenis est animo & litteris bonus, & qui ad pulcta ac honesta pleno impetu fertur. Quàm pauci in ea ætate cum ipso! quam spretum & paucis magnum nomen hoc omne doctrinarum! ad ultimas ignorantiæ metas imus, & in laude nunc ferè ponimus nescire. Feramus, non sequamur aut probemus. Ille me habuit quem voluit, tuâ sed & ejus causâ. Ipse dicet, Si iterum unquam ad vos, si non scribet. De mutatione quod addis, mihi gratum, si tamen magno illi viro sic visum,

ad cujus numen nutumq; moveri

Me suasore tantum debes, quo non dicam invito sed inscio nihil aggredieris sine damno. Sed à te scies & plura à me non tangenda. Corvinus etiam nunc in morbo : mortuus Portuæ & alibi dictus est, ut ex nuncijs non unis audio : falsò: Utinam tàm falsò I. Laurentius, quem abijsse scias æstate elapsâ consumptum lenta tabe. L. etiam Christianus obijt clarum in eâ insulâ sidus. Rumores etiam crebri de Magno nostro, sed non certi. Quid sentis? an fatalis magnis altisq; hic annus? videtur. De me qui in alto hoc est vi-

 debit,

debit, qui quidquid de me discernat, ex mente mea discernat, ex voto. Ut quid enim longævum aliquid hic optemus? non ego, qui magis magisq; vana hæc mundi video, sed & rideo. Sed quò abij? salve: pronos ibi in me saluta.

EPIST. XLIX.

Rosæfontem,

CHRISTIANO MARIAGRIO.

Tingit se ibi, imò imbuet (si indolem novi) optimis studijs, quem vides. Ut libenter videas, benignè facias, causa est quod ad te scribo. Ab intimis meis est, à prosapiâ bonâ hîc virtute & fortunis, & inter digniores Scanos, apertâ fronte eum habe, quia & ipse meretur & ego rogo; & si quid mihi vis, in eo ostende. Ad recta duc, &, si potes, juva consilio, directione, ope etiam, si usus erit. Ego par faciam, si qui aut à te veniunt aut te tangunt. Hansenium habere faventem si posset, in voto haberet; ego petam (literis feci & nunc per te) nisi ejus propensione erga me abutar. Hæc pro eo. de me an aliquid addam? addam, iratum me (Sed quàntum virtus & hic amor sinunt) quod nil respondes ad tot meas, quòd invitatus te non sistis, quod, sed omitto. Corvinus etiam nunc in lecto,

lecto, at rumor ille falsus, quicunq; sparsit, de ejus morte: qui tamen idem Portuæ & alibi obtinebat, ne mirer apud tam remotos. Quid dicam? re ipsa mox eò ducendus, quò fama nunc ductum sparsit: nec, ut pietas ejus in Deum & cœlum est, contrà volet aut resistat. Ut quid enim? publica vide? non usquequaq; valent privata? etiam in ijs adversæ multæ curæ, multæ cruces, ut pro optato sit hoc corpore imò carcere solvi. De C. Dalbio quid? valet, quid? ex voto vivit? Desiderium grande me de eo habet etiam videndi atq; amplectendi, si occasio & hoc intervallum ferrent. Longè dissiti jam sumus, longè abjuncti: esset hoc recreandæ nostræ menti, & delectationem haberet ad prima illa sic cogitatione ire, & sermones ad vetera illa & læta mittere, quæ in primis ijs annis fuerunt. Ego cum suavi quodam sensu recordor, nec cogitatio unquam de eo subit, quin animum hunc flectat suaviter & titillet, ac dulci velut motu percurrat. Litteras antè dedi hujus rei testes, si pervenerunt: quamvis qui sperem in tanto intervallo? nunc iterum facio, nunc ad eum hic includo, ut videat affectum in eum & inclinatum, nec amorem ad huc posuisse, etsi non vidimus nos tam diu, non videamus. De

me, addico non abituram hanc memoriam, nisi cùm ego ab hac vitâ: ac nec tum: ad aliam illam mecum veniet, & donec ibi nos optato diu aspectu satiemus & affatu, si hic sperare id non est aut attentare. Dum fiat, litteris nunc adeamus, eo modo nos jungamus, ac animo semper, quem nullæ undæ, nulli montes excludant aut retardent: eo trado me tibi ac dono in omnem vitam tuum. Salve, & mea ista, cùm ocium est, lege, Gravium & C. Augustum, si illic, salvere velim & te longum.

EPIST. L.

Rosæ fontem.

BARTHOLOMEO HANSENIO.

QUòd has ad te scribo, causa est qui eas tradit, ut in urbe istâ natum optimis parentibus & magnis, ipsum benè eductum & institutum jam nunc tibi insinuem, ut appellandi noscendiq; tui licentia quandoq; sit, & directione, si opus sit, etiam juves. Nam reliqua non destituunt, & saltem literarum & sui excolendi causâ ad ea loca ivit. benignè eum habe & fac. Magnos viros hîc tangit, quorum causa mereatur produci, si in ipso nihil sit, quod huc inducit. Corvinum, quem ad te etiam miseram, sic suaviter & amanter à

te

te habitum (ipse ubertim scripsit) quidni gaudeam? At non hoc, silere Mariagrium Stenium. Severinium, à quibus jam à multis mensibus ego nihil, à Magno tamen mihi nuper literæ. Reliqui supersunt, valent, pro solito agunt? per te sciam si differant etiam ipsi. Paulinum lætor in quiete jam esse, & diu optata sede, migrationis & itinerum molestijs evolutum. Utinam de me semel liceat nunciare? quid nunciare? utinam sperare?

Sed non sic mihi Di felicia decreverunt.

Undiq; non jucunda, & cingunt ac stipant quæ non vellem, eò duriora quod causam litterarum despectum & contemptum habent. Sed in hac urbe, nec enim mentem extra eam mitto. Revera fato premimur, mi Hanseni, quod quis mutet? Sed ille malaciam jam habet, de me Musæ viderint, mihi etiam donent, quando & ubi salutare, ac meos meq; in portu tandem sistant ab aliqua tempestate & adversis: optem & vos diu sic valere pro sperato ibi, pro voto esse Malm. Id. Maus, ☉. Ioc. VII. Alstedij ad Dalbijum vidi, te mittente, in ijs non inclinationem in me sed amorem. Ad laudes non valdè me attollo aut lætor; ista me excitant & novo motu tangunt; non in superbiam, (absit) sed & perseverantiam in

his studijs & intentionem. Non habeo majus pretium curis his meis, aut opto, quàm amari me, ab istis talibus, mea æstimari. Gaudeo mihi, ab eo fieri, quem habeo, verè dicam, inter optimos maximosq; Europæ, nec fuerit ut alios non sic inclinem & ad me ducam. In affectu eo ad me perstet. Nam apud me diu eum habet & augere sciat indies ac calere. Sed ista non prolongo. dedi ad eum ante mensem monitus à Persæo & inductus, spero pervenisse aut perventuras. Bertilus, puer sedatus moribus, studijs indefessus & planè ad meam mentem, nec quod desiderem reliquit, nisi ut persistat. Salve vir grati clariq; nominis, & ad me sic deverge. Saluto Suendium virum animi ingenijq; meritis inter proceres.

EPIST. LI.

Rosæfontem.

JANO BART. MALMOGIO.

ROsæfonti te esse, & gratulor & gaudeo & altâ mente lætor, in veteri illâ & clarâ matre studiorum. Quæ attentè & arctê te amplecti quis non in tali indole atq; ingenio velit? Persta, mi juvenis, anhela ad hanc metam. Quid metam? Semper hic circa carceres sumus & nullum ævum, nullus ductor ad

ulti-

ultima doctrinæ aut prudentiæ sistat. Referre tamen cupidinem in eam debemus & circumferre, & in hanc rem ab incunabulis aptari. Si tu etiam posthac sic facis, claritudinem dabit, quam,

Præsens laudabit, veniens mirabitur ævum.

Sed quid calcar tibi addo? frænum debebam. ita tu ad sapientiam, virtutem, literas non is, sed curris. ô plures è Scaniâ nostrâ æmulentur hoc exemplum, & caliginem tenebrasq; animis nostris offusas sic pellant. De rebus tuis intelligere aveo: an ex mente fluant, velim. Non solent ibi deesse, qui ingenia sic alta producant. Ad Hansenium & Mariagrium scripsi, hîc habes, ij res tuas, si quid possunt, in melius ferant; Adi, quære, conversa; directione juvabunt, ad honesta & alta monstrent, si te jungis. Et ego pervenire te optem, & semper tenere hæc

Edita doctrinâ sapientum templa serena.

Caspari illa à te missa accepi. An placent? nihil ita in omni hoc litterario penu, multi philosophiam hodiè tractant, nulli magis ad hanc mentem & salivam: nec habebit in ijs studijs unquam non dicam superiorem, sed similem, aut qui tam altum speret. Tu, ô magne vir, ad alia sic ito, & adhuc non data: ista viâ

Tecum

Tecum honor & laudes & læto gloria vultu Et decus

Ut tu in tam magnis scriptis æternùm, quàm latè Musæ & hæ litteræ eant. Sed gratias à me nunc dic. nam aliter non in meâ manu remetiri. A Belgicâ tamen quædam exspecto, videbitis cum primis, si ego unquam videbo, & mors me non ante hunc Martium tollit. Nam dura mihi hæc æstas fuit, à meo, à matris morbo, ab alijs, quæ non ad vota. De me, tredecim septimanas in duro eo jam sum &, ferè dicam, traho magis spiritum, quâm duco. omnia feci, quæ accelerandæ sanitati erant, sed frustrà, languor adeò non abijt, ut nunc auxerit, & cùm non juvant, quæ debebant, non desunt qui credant mitigari eum & deponi per viam & motum; & pro sano facturum putant si me moveam, auram hanc mutem. Quod ipsum nunc decrevi, ac in Selandiam ire, animum hunc sic refectum & oblectatum, nam de statu meliore spes, donec ego in hoc loco, cùm Comico, decollavit. An cum veniâ sit & permissu? cur non sit. Ego jam tot annos in durâ hâc functione & supra omnes graves in Europâ. Cur relaxatio in breve tempus & dies non sit? magis cùm hæc valetudo

feriae

ferias tandem poſcat, ac ferè dicam mereatur. hucuſq; nihil excuſavit &, quod ipſi duri cum motu audiant, in medijs paroxijſmis prodeundum in publicum mihi fuit, ac ad dicendum. nec ulla imbellia veniam impetravit aut defectus. Ego eam jam ſumam ſpero nullis invitis, & recreationi brevi jam dabo ſeptimanas. Per urbem veſtram transmittimus, videbo te ibi, ſi res & iter meum ferent. M. Paulus quid? adhuc in lecto? Deus erigat. & diurnare paulò magis in mundo volet tam candidum tam apertum pectus.

EPIST. LII.

Roſæfontem.

ALBERTO CORVIMO.

PRopenſionem tuam, quæ ad ſcribendum impulit, (nam quid aliud eſſet) quomodò non gratum habeam & à me reponam? Pauci ſunt è noſtrâ juventute, qui his artibus ſe impendent, aut aliquem ijs honorem qui habent. Ad vana & prava illa magis inclinant, quàm vera bona, & quæ etiam habere... cùm non hanc vitam. Tu macte, in ſolidis & æternis his voluptatem pone, hic divitias & ſplendorem quære: reliqua in breve tempus habemus, doctrinam ſapientiam & de eâ honorem in æternum. Vivit enim nobis mortuis,

ſi

ſi quid hîc famâ aut nobis dignum patramus: Ad Muſarum, ut ſic dicam, florida vireta ſic diverte, ibi te meditatione & intuitu paſce rerum non ſuavium ſolùm ſed ſublimium. ſapientia, honores, virtus originem & fontem iſtum habent, imò præſens & futura beatitudo, ad utramq; ibis, ſi ſic ad literas pergis. Deus dabit, te ſervet, me voti damnet. De ſcriptis noſtris nimium ita das & non accepturo. Non juvant te ea in hac via, delectare id credo, imo ſpero. Quo fine & iſta accipe ad magnum Heroem (talem ſcito) demiſſa. Ille in me, ut videbis, varie adhuc benignus; reponere iſta volui & ſaltem ad poſteros ſic teſtari. De alijs meis frigus jam adhæret. Et cum judicia hæc video, quô eant; temperare editiones has incipio, ſi non tollere. Studia & Muſas non minus colam quam diu in hoc mundo colam, minus ab ijs ſpargam & permittam in lucem: occupationes etiam large nunc incumbunt ac quæ functioni adhærent, nec ad multa me volunt ire. Juro tibi ſtupere ipſum me, cum ſeptimana fluxit, memoriam & linguam ad tam multa conſtitiſſe. A Suendio quid mittis? non debebat. Ego re & verbis hactenus in vos immunis, & is munera ad nos mittit magna;

ampla,

ampla, ac ut verbo dicam, illo digna. Non ſoleo hæc talia ſumere etiam à magnis oblata, ab eo cum voluptate accipio, cùm videam affectum in me calere ſic & æternare, nec pretium ab ijs facio ſed ab animo, qui in me tam proclivis, gratiam nunc à me capiat donec occaſio brevi ſit ad reddendum. De Martinio id verò falſum, in morbo fuit non illo fatali, ſurrexit lætus ſanus remedij ultra nec egens nec uſurpans. Miror qui hæc ſic ſpargant. Ut compreſſam nivem ſi in parvum devolvis creſcit & undiq; ad ſe addit; tale in rumore eſt, auget ad plures delatus & in vanum ſæpe mutatur. Præſagio longæ vitæ iſta ſunt tam falſò de ejus morte & ſine fide nunciata. Quod optem & ſi non ſtultum ſit de meis annis illi dari. Sed quorſum iſta tam multa. Tu ſalve ò optime & æternùm meus. Malmogiæ. CIↃ IↃ C. XVI.

Ad P. Petræum ſcripſi nuper, de te inſpergebam, adi innoteſce, ſi res & uſus tuus poſcant, imò ſi non poſcant, benevolum humanumq; in te meq; inventurus.

EPIST. LIII.

Coagium.

CLAUDIO BAGERO *Consuli.*

ITerum scribo, vir eximie, nec indecorum est in tantâ tuâ propensione. multi indicium mihi faciunt affectus & judicij quod de me & scriptis meis habes, Quod ita me Deus, libens audio, nec est in omni ea terra â quo magis id velim mihi dari. A naturâ laudari omnes cupimus, ego non valdè, nisi ab ijs, qui ipsi meruerunt; & tu inter eos es, studiorum vid: vetus & sciens etsi in alio vitæ votiq; genere, sapientiæ tamen, quod in laudem sit, quàm scientiæ diffusioris. Et vel eâ re ostendis virtutem & alta illa te colere, qui in alijs sic excitas & tollis. In me fecisti, & juro, in amore tui hâc causâ largiter sum, & ero donec in mundo hoc me Fatum volet. Privatim nunc testor, publicè brevi faciam. SYMMICTA nostra ad te mitto, levis res & scriptio est; ita te ipsum brevi in ANTIQUIS, quæ nunc paro. Ea clarum insigne affectus in te nostri eò ferant. An ipse eò feram? vellem; & hoc amplexu te semel tenere: si tamen non ponenda ea spes. Ut apud te promam non in statum redeo, qui fuit, aut me repono. Ad mortem magis, ut videtur, eo, nec doleo valdè aut metuo, ut id quoq; liberè dicam. Ti

Τί γὰρ καλὸν ζῆν βίον ὅς λύπας φέρει.

Possent quædam reniti & velut retinere, ætas ad quam magnam non veni : Fama, quæ se spondet amicam, si supervivo; mater, quam eo abscessu deijciam non surrecturam. Quid tamen est? non qui diu, beatè vivit, & abbreviari tantum dolores, qui vitam cupit. Fama ipsa onus erit, ut defendam, si se spargat & diffundat. Mater aliquantum movet, quæ in tristi sit me ablato. Disjungi tamen serò aut citò debemus; & differri hoc mœstum potest, non auferri. Ego aut ea habebimus, ut fata & Parcæ me aut illam prius tollant. Si etiam functionem & quæ circum eam sunt inspicio, tædet videre quæ video, & votum; priusquam ad pejora eam, discedere. Studia in vili jam sunt, in contemptu, qui tractamus nullo loco aut laude, nisi quam dolor sit ferre, & ferè nunc placeat id Neronis, nescire litteras. Proceres tamen impius sim si accusem; nesciunt illi nos sic jacere & premi, & nonnullâ nostrâ causâ factum quod ad alia non veni. Animo huic nunquam lubitum prensare & ambire, nec cogitationes ad ulla unquam misi nisi oblata. Hoc tenuit, &, ut res se adhuc volvunt, tenebit in hac fortuna & statu ad majora aliter dudum fortè provectum. Sed taceo, maneo.

In cœlo & alia vita ad alta veniam, hic ſpernam & contemnã. Et Muſæas has divitias tantum relinquam, de alijs ſecurus ſum & proprior ridenti. Sed ut claudam, ſi quid in me eſt, quod ſervire tibi poſſit, quod tuis, habere promptum volentemq;. Vale & in beata inſulâ benè beateq; age. Malmogiæ. CIↃ :IↃc,XVI.

EPIST. LIV.

Portuam.

HEINRICO HAMELTONO JCto.

DIu non ſcripſi, mi Hameltone, ne mirare; Interludia noſtra exſpectabam unà danda, id tenuit hactenus & impedivit. Sed nautæ adhuc morantur qui apportent, & habebis tu quando ita vis, cùm ego, nuncius eò ſe nunc obtulit, placuit iſtas præmittere velut muneri addicendo. Eâ tantum cauſâ? imo ut moneam percuſſum triſti caſu, & jacentem tollam. Quî id non credam? in tam magna jactura & ſupra omnia humana damna. Nam parentem vos amiſiſſe rumores jam continuant & firmant leviter primo nunciatum. Ad quod deijci valdè te nolim aut dolere, quod in viles ſpretasq; mentes, in te non cadat. In hortis dum ſumus aut ſilvis, folia hæc cadere, alia accreſcere videmus; ita nos, eximus alij, inimus alij in hoc mundo, & ferre debemus vulgatum

& re-

& receptum ab ævo morem. nos certè qui supra vulgum aliquid cernimus aut scimus. Pulcrè & pro magna sapientia Poëta vetus,

πλὴν ἀναγκαίως ἔχει
Βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν,
καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή· τί ταῦτα δεῖ
Στένειν ἅπερ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν;

Necesse enim est Vitam meti fruges velut jam defluas, & esse quosdã, quosdam abire. cur opus id flere quod natura cogit exequi.

Et tu sine commodo ullo flere cum potes, at cum magno commodo non flere. quo illo? constantiæ, quam attrahas & sensim te sic formes ad humanos istos casus. Ut quid aliud facias? Si oculos in eũ ponis, diu hic fuit & longè, ad bonã ætatem venit etsi non magnam; vixit in lætis, in asperis rebus, & libavit ê duplici scypho, quod ille supremus Medicus nobis temperat. Quid cum in hoc mundo afficeret sic gnarum ejus & scientem? umbrã nubem, ventum videbat esse, non veram vitam, & verè addam; lacrimas, metus, tumultus. Inter ista teneri cum arrideat, videre, tãgere, quę meritò odit? Abeat, se subducat ab istis vinculis, in apertam illã & veram patriã, quam nunc habere felicem inter felices animi puritas & candor ille spondent.

Omnium rerum suus aliquis orbis, &, ut sic dicam, transitus est, etiam vitæ, quæ aliàs alibi se finit & sistit: & tu nunc mœrorem quem si non deseris, te deseris, & nihil in eo habebis nisi tuum incommodum. Cogita illud etiam, parum læti esse in his terris, in alto hoc erit, quò te meq; Altissimus ille, cum tempus est, ferat. De me, securus vitæ & fati Deo me permitto; omnia potiùs quam hîc animus relinquat, ut quis non libentèr, & penè dicam avidè ab his terris turbisq; iret? Ego vitam, ut decet, non eijciam; si abit, non revocem aut retentem, nec meos, si quod fatum & mors antè eò ducat. Et tu hanc mentem, nisi habes, sume. Vir supremæ virtutis in supremis illis locis fruatur æternâ & beatâ quiete, & nos ût mediocri in terris, quàm diu in ijs erimus, omnibus votis optemus. An non præsens semel dicam? certè non magis qui diu vigilavit ad somnum, quàm ego ad te desidero & anhelo diu non visum. Annos jam numero à tuo conventu, quod mihi non lætum in tantâ tuâ propensione; & divulsio ea me torquet ac ad malum nunc addit, quod diu scito me tenere. Paro me his diebus ad non longam profectionem: si ibi manes te opprimam in viâ, aut ante eam, ut hoc nec longum.

gum.

gum è viâ. Leniam fortè sic hanc valetudinem aut planè emendem, Opinio certè mea & spes est; omnia hîc feci quæ restituendæ illi essent, sed non vult ea hoc loco, aut in statum meliorem ire. Alibi hoc jam erit, si non, & hoc votum non habebo, dabo tamen honestæ recreationi hunc mensem, ut vel meos videam ante excessum. Nam ille mihi instat & imminet, si morbus iste sic diurnet. Spero nullis invitis hoc iter susceptum, qui sciunt quàm labores assidui hîc & intensi, & qui ferias aliquas meritò donent ingenio, quod non planè è vulgo. Vale & in pectore te gestari à nobis, crede. Malmogiæ. Non. Quint.

EPIST. LV.

VVittebergam.

OLAO SAMIO S.D.

ALbimontem, eam veterem & sacram Musarum sedem, aspirabas, & nostro voto atq; opinione jam pervenisti. Amœna, utilis, optata ea mansio sit, Deum veneror & calente ac suspirante animo rogo. Atq; ita in urbe es sacrâ, magnâ, florenti ingenijs, artibus; Sed in quâ deliciæ & luxus sui etiam hærent: ut rosis sui rubi subsunt, ita ibi virtutibus varia & prava se fundunt. Sed ut illas sic sumimus, ne hi saucient aut lædant, ita te ve-

 lim

lim. Nam ubi hominum confluges, etiam vitiorum est: optima in rem tuam lege, reliqua nec vide nec deliba. nam eorum copiam, qui abducant & fallant, etiam beata illa civitas donet: te serva, resiste; prudentiâ opus, ut jam tempora sunt, vel, ut sic dicam, cautâ quadam prospectione. Hæc in communi vitâ & moribus: de studijs quid moneam? habes ibi qui dicant celsos, altos, sinceros virtutis, gloriæ literarum veteres & plenos. Unum ego exquirã, Lipsi aliquam Lectionem, cujus scripta eximia omnia & jucunda, & Epistolæ tibi meo judicio aptæ. De Constantia libri etiam eminent, &, uno verbo, reliqui vix infra istos. Summus & summi ingenij ille vir fuit, & illud sanè lectoribus suis instillat. Tum ad Senecam aut Tacitum si ibis, ad ejus velim: & si tu sic non absq; fructu tibi abeat. Jo. Andreas est ne ibi? arcta & jam vetus cum fratre cum genero amicitia facit me cum eo inire ac aditum ad eam struere per te hac vice & aperire. Habeo ab ea stirpe multos in me volentes, & eum nunc optem in hunc numerum venire. Si assensum adfert & conspirat amor erit, quem nullus dies tollat aut extinguat, & qualis Pyladis in orestem fuit. Vultus aspectusq; commertia intervallum hoc aufert, animi non potest, eo

juncti

juncti erimus, nec minus amabimus, quod non nos vidimus. In vulgo amicitia absentes rarò jungit, imò nec jungit; in nobis aliter, qui supra eum sumus, & meliore hac parte nostri adstringamur. Parodias nostras mitto, si legere otium & voluntas illi erit. Etiam Heroicorum hunc librum, etsi non magnum, & vix me illoq; dignum. Alia quædam relego. his diebus ad prælum, illa meliorem aliquam famam donent. Nam hæc quî sperem ad gustum esse? odi ipse, qui dedi. Ad Persæum tamen hîc adjungo & velim, si sine molestiâ id pote, submitti. De me etiam addam? cape non læta. Sesquimensem & ex quo tu à nobis, sum in immiti febri, hoc est, pessimo morborum, nec sanesco quamvis omnia conatus. Vigor ingenij & acritas decedunt & ad languorem aut mortem imus. Ut fatis decretum: Nam de vita parum est, modò ad meliorem veniamus; id est ad Deum. nisi ut in arbore, quæ vulsa aut fracta, dùm invenis adhuc est & parva si fulcias, obliges, tandem coalescit & se firmat; ita mihi fiet, & quia in flore adhuc ævi sum, reficiam me iterum & in gradum reponam. Ab hâc causâ Silentium tam diuturnum, quod cognoscere te volo

& ignoſcere, crebriores has etiam à me exſpectare, ſi morbus hic ut cœpit decedat. Nam in inclinatione eſſe & abitu jam ſcito, alijs ſignifica ibi in me pronis. Plura alias, nunc per alia non licet. Deo trado, is te dirigat, tuis aliquando reddat. Malmogiæ. Kal. Sept. ꝏ. Iↄ c. XVI.

EPIST. LVI.

Roſæ fontem.

BARTHOLOMEO HANSENIO.

DI Deæq;, tuas litteras! & magis de amore ſic dicam quem oſtendunt: ita illæ ſuaves, iſte inclinatus & magnus; ſic ſentio, ſic ſumo. Aliter in curâ de me non eſſes, & traducere attentares in ea loca. Agnoſco ita animum in me affectum & pronum. Et vellem, ſed hîc teneor & ligor fatali quodam vinculo & nodo, quem nullus conatus ſolvat aut rumpat. Sperabam & aſpirabam nuper in Italiam, ſed ſperabam, propoſitum id amici everterunt & aliorum ſive conſilia ſive juſſa. Jam cui ſuffectum me vis, vivit. Sed in ſepulcri limine inquies? quam multos ea ſpes fefellit. lentè ij morbi ad mortem ducunt, & utinam eum Medici adhuc non levent ſed tollant, ut ſuorum votis adhuc ſuperſit. Me ille tractus felix, florens, & vitæ genus ac otium

otium & capit & allectat: alia non permittunt, ac si ille jam in lecto fatali oculos clauderet, vidua obstabit, quam si eijciam, contra pietatem fortè & morem, si ducam contra voluntatem & votum meum faciam. In Boetio lætor amorem non migrare, etsi ille à nobis migravit, & in eo sic ostendere, quem commendavi. Ita velit, ita debet, si me, si Parentem, si ipsum illum inspicit? Me? mutuum faciam, & omnibus cupiam, qui ab eo veniunt aut eum tangunt; Parentem? præstabit se ad gratiam referendam, nec fallat aut eum frustret, si usus ejus unquam poscat aut fortuna. Jam ipsum videt? refundat largè quidquid infundat, & ut fructum cum gaudio in arbore videmus, quam ipsi insevimus, ita olim doctrinam in eo & virtutem, quam ipse instillavit. opto eum ad ista recte ire. Alteri Viro magno gratiam à me dic pro honesto de me sensu. Melones adhuc aliquot crescunt jam brevi maturi, omnes sic vendam, si versus tales ad me ducant. Afficiunt me in hoc languore & recreant, cùm docti & à talibus viris missi. hi valdè fecerunt, nec ipse Melonum succus palatum suavitate magis tangit & delectat, quàm iste hunc animum jam delinquentem. Minervam cum Mercurio feli-

 citer

citer conjunxit & sic fecisse scio in illo ordine non multos, non in his terris. Doctrinis & hac elegantiâ tinctum tantùm putabam, hoc leviter, carmen hoc imbutum dicit & ostendit, quod in sermone tamen dissimulat & convictu. Melonem adhuc mitto & vel centum jam possem, si à suibus damnum non fuisset, quæ immissæ. Nam eas hortum mihi vastasse debes scire. Is tuq; scriptione sic sæpe sic semper ad me accedite, & vel ita sermones misceamus donec incoràm per hunc morbum tandem fas sit. An alia tuæ habebant? scripta mea non semper ad te mitti cum aliqua in lucem, hoc doles & incusas. Gaudeo expetere te & exspectare: ac erratum deprecari nolo sed corrigere. Habes hic otia nostra. habebis Epistolas quæ brevi excudantur, habebis & novum Poëma jam in brevi, in quo aliquid me & hoc seculo dignum spero ostensurum. Diversum ab alijs meis hoc scriptum, & (invidia audiat) alibi cultum. Plura etiam vellem in rebus meis, sed scis chartæ non omnia tutò credi. Differam dum semel ad vos, aut quod magis velim, tu hic invises. Nam de Dalbio, rubore me suffundis, quod gratias tam serias, tam amicas agis. Debeo hoc illi à sanguine, à modestiâ quam amat, à te in primis qui commendas, fratrem

eum

eum habeo, &, vero verbo, filium, utinam in literas pro exſpectatione tua devotum. Malmogiæ. VI. Id. Sept. ꝏ Iↄ c. XVI.

EPIST. LVII.

Tryggevelliam.

GEORGIO MARIO.

GAudeo te in illum tractum venisse mihi ſemper carum, te apud generoſum Præſidem agere loco & lege quam dixiſti. In terrâ es ſuavi, jucunda, felici, & (quod inter laudes meas pono) quæ me dedit, apud Heroem altum non ſanguine tantum & fortunis, ſed à veris illis internisq; bonis. Tu place, & demerere. ut iſte fortunas, illa ſedem, honores, opes dabit. utrumq; ſpero & ita voveo. Sed ſtudia tua & Muſę ibi fervent? velim ut tu tota mente hîc te dones, dum anni tui permittunt, dum Mecænates ſic producunt. Ad virtutem, ad honorem, uno verbo, veram beatitatẽ ita venies, ſi tu ad alta te feras, & ſumma illa doctrinarum amplectare, nec te tingas ijs ſolum, ſed imbuas. Multa abducunt ac aliò ſuadent? ne abripiant te aut flectant vana illuc aut prava, quæ nimis ſplendida ea vita donat. Sed ut in mari, ubi ſcopuli latent, ſi eas, vitas portum & ſinus totos ijs infames, aut cautè ſaltem per eos tranſis, ita hîc ſuadeo, fugere te homines

& con-

& conſortia, vitijs nota aut ſuſpecta, ne voluptates ſub ſpecie virtutis fallant & abripiant. Ut in præcipiti & proclivi aurigæ fræno equos retinent & tardant; ſic oculos debemus & mentem, ubi quæ delectant & attrahunt. Multa autem faciunt in aulicâ illâ libertate, quæ te optem videre & vitare. Quæ talia leviter tango, non quia neceſſum id valdè, ut ego moderationem & abſtinentiam tuam novi, ſed quia amor id ſuadet, cui comitem ſollicitudinem aliquam & curam eſſe non neſcis. Et cur in iſto ævo non ſit?

ϛρεπταὶ γὰρ καὶ φρένες ἐσθλῶν:

Mutantur enim quoq; corda bonorum:

Cur etiam in vitæ hoc genere non ſit, libero, jucundo, ſuavi, ſed in quo intemperies & vitia ſua hærent? Fuge, fuge, meliores Muſas & te ama. Deum ita precor, & eundem in vitâ omni & viâ ductorem tibi & tutorem. De diſſertatione quam mittis. ô nunc tandem Vormium mihi notum! ô ingenium in animo iſto altum & cultum! Nam id ſcriptio iſta me docet, jam ſeriò inſpecta. Magna omnia & digna alto eo vate cui lucem it infuſum. Multa in eo obſcura, multa dubia & Vormio interprete egebant; id eſt, ſapientiæ & diffu-

ſæ

ſæ cujuſdam Philologiæ veteri ſimul & perito, quæ ornatè & commodè hic interfundit. Verbo dicam, lucem eruditè poëtæ præfert & cum laude: ac quisquis in hoc grege noſtro calculum mecum mittat & ſubſcribat. De me etiam addam? audi quod diu optaſti, valetudinem jam meliorem & reductam. Titubavit, ut ſcis, jam diu, nunc ſe repoſuit in gradum, & vigor eſt qui ante morbum fuit. Lætum tibi ſcio & ad votum: non tamen iſtud, hærere me adhuc in hoc loco, nec, ut meritum putas, ad majora ductum. Tu ne dole hâc cauſâ aut indignare: Valetudo tantùm diurnet, in reliquis adquieſco. Functio nihil addat aut demat; & pone me in altiſſimâ hujus terræ, major non ero, quam ſum: In viliſſimâ, non minor, ſi tamen aliqua infra iſtam. Alij pro more, ego non ambiam aut alia exſpectem. Nam Magnatibus producendi legem aut modum donem? nihil. Etſi hoc etiam addam niſi prius factum, latere jam malo. Fluxit quod in vitâ meâ ad magna aptum, in decurſu jam ſum, & minus jam reſtat in hac ætate quàm quod peregi: in humili, in umbrâ, & (quamvis me hoc non vultis addere) in contempto vitam hanc ducam aut finiam, nec ad alta jam, niſi in cœlo aſpiro, vel ſic habitu.

biturus quia contemsi. Vos ibi (nam D. Samuelem addo) in annos, in ævum manete, ad honorem ad famam (nam ad eam nati estis) ite. Sed ad rogatus tuos. Fectelio in memoriam reduxi, ipse per uxorem ejus, per alios, linguâ, stylo, hucusq; spem fecit, nunc planè abscindit & negat. Interim sustenta, si usus unquam erit, ipse vicem eam supplebo, imò jam feci, causas tamen habeo cur nunc non ostendam, brevi fiet & ex famâ tua ac usu fiet. Vale Malmogiæ X. Kal. Jul. CIϽ IϽ c. XVII.

EPIST. LVIII.

Lundiam.

PAULO MARTINIO.

IN silentio meo, scio, jam miraris, mi Martini, longius id nunc fuit, nec excuso sed scriptio cessavit non amor, quem vivere in me nosti & spirare. scis honestam aliquam servitutem qui hîc sumus, sed servitutem sustinere, quæ nos nō permittit aut sinit quæ vellemus. Aliter ego sic tardus aut negligens? Absit, non est quem magis velim demereri, si non esset factum, &, vero verbo, devincire. Quod postremùm ut possim, ad convivium jam voco, quod ex lege, ex more paro. Veni, jocos & sales miscebimus & leves lætosq; sermones, sed de literis, ut mos tuus est. In hæc brevi fugaciq; vitâ capiamus hos

hos amicitiæ fructus. Velleius qui istic, se jungat, si me, si te amat: & Cæcilia si comes erit, beneficium dabit. Senatum nostræ urbis si invito an cum gratia tuâ & veniâ erit? velim. Sed nihil facio contra has leges, nihil. etsi cum nulla mea laude prætercam aut omittam. Vel jam audimus sermones & judicia, nisi fiat, quæ parum pro nostro encomio aut famâ. De præteritione & neglectu interpretantur, utinam non insolentiâ aut fastu. Imò se penè (tecum hoc sit) offerunt, ægrè laturi, si excludentur, Quid prolongem? Rogo ut venia & permissio sit, nam in manu tua id dare. De perillustri N. N. sic debemus, vetera illa; hoc est: iram, suspiciones, odia ponere & migrare: etsi apud me ista nunquam fuerunt. Amavi semper, nec magis eum potui, qui me dedit. Nec obscura ab hac re apud eum signa. Quod primum meum scriptum in lucem & famam ivit, ad eum ivit, ut vel indicium sic darem spirantis amoris. In reliquis quàm suaviter intercurrit ubiq; & immiscetur, nec creber in ijs, sed perpetuus: Ut cæcus sit, qui non videat affectum eum magnum fuisse & constantem, me in eum non caluisse sed arsisse, ut nec Pylades magis potuerit in Orestem... quid tamen est, in ventum ista eunt...; in obli-

oblivionem, &, quod pejus, in iram mutant, cùm illi infidi, illi insolentes, illi (sed parcam) mendacia ad eum deferunt & affricant. Non decebat aurem istis sic dare & assensum. Incalui in eo facto (quid dissimulem?) & postremis ejus litteris, ut truncus fuisset, quem non incitassent. Sed sedavit apud me dudum ea bilis & non in memoriâ, non in mente magis notam reliquit, quam olim in mari vestigium navis. Gravius etiam jam antè salutem ab eo dixit & amorem, ac calere in me eum & spirare, à me requirebat. Jam ipse ad sanescentem amicitiam addidit valdè & auxit, adijt ultrò, sed (quod dolor meus fuit) non præsentem. Irascebar mihi ipsi, cùm manum ejus vidi, nomen legi, quod in peregrinatiunculam eam adventus ejus incidisset: nec cum alio libentius sermones miscerem nunc in his terris. Sed coerceam hoc desiderium & refrenem, donec bona Dea iterum aspectum & affatum ejus donet, quod opto longum non fore, & subitam ab altero invisionem. De me, quidquid ab amico, à discipulo, à Cliente reddi unquam potest à me habebit, nec aliter me Deus in suo favore, quàm ego eum meo teneam servemq;, quidquid invidi inspirent ibi aut sugillent, quibus volupe esset committi

nos

nos & collidi. Reliqua in adventum tuum protollo. Nam apud nos omnia rectè: Deus sic longum esse velit & te valere. Malmogiæ. VIII. Kal. Jul.

EPIST. LIX.

Rosæ fontem.

BARTHOLOMEO HANSENIO.

DEdi litteras ea septimana ad vos, ad matrem, ad Magnum nostrum, sed dedi per nuncios parum certos, valdè velim ut pervenirent. Ad convivium invitabant, quod hic paramus, optem vos vidisse, magis venire. Has adjunctas ad matrem adhuc velim & Stenium perferri, si sine vestra molestia possent. Quid multa? illos & vos expectamus, nisi tu & tua venitis, cum Suendio, cum Magno, cum Mariagrio scitò certò me. Sed detergo, ne cadat in amicitiam nostram unquam hoc factum. Heus tu, de N. quid audio abire à me in nupero versu & dissentire? ita ad me Bremerus, & excitavit securum jam ejus & quietum. Quid tamen? ita decet, liberum quendam dissensum esse, nil affectui dare nil amori. Facio ipse alijs, deflecto, ubi illi à vero; cur indigner mihi fieri? sed de toto carmine hoc credo non placere, nec in eam spem scriptum. Aliæ causæ erant, quæ huc vocabant. Et scis

quàm mihi hæc fluant à non durâ venâ, ut ad Suavitatem etiam nimium alibi inclinem & liberum illum fluxum. Ab absoletis non abstineo tantum, sed vel parum antiquis, nec inter eos sum, quibus pulchrum & laudabile non intelligi. Vulgare nunc vitium, nec ingeniosa putamus ad quæ legenda non opus sit ingenio. Ego odi, & dabo quod non fugiat eruditas mentes. Per vulgarem viam semper non eo, ubiq; per rectam, & vestigia eorum pressi, qui ingenio & famâ magni. Nam & Scaligerum scito fuisse in hoc genere, post & ante eum alios; Abscondité scripsi, &, quod præscripsi, antiquè: erasse me? liberè dicam mihi de me non videri: quid tamen est? si feci, humanum feci, & quod ante me, qui valdè majores & cum quibus non sumus comparandi. Scio proprium nobis non esse, ut immortalibus, nunquam labi: sed quid queror? Amor ejus se exserit hìc valdè ac elucet, quod monet, ubi è re esse sentit aut ille dissentit, magis quod ingenio meo tantum tribuit ut approbet ad typos sibi non proba. Agnoscam hanc mentem, meam gratam reddam & devotam, magis si is per partes diducat & significet in quibus illi videor rectum cursum non tenuisse cùm occupationes id ferant. Si tamen

tamen alia non sunt quàm ego suspicor, nihil opus, posita illa sunt firmo delectu & frustrà opponat aut oppugnet non convellenda. Nam in priscis illis & paulo antiquis ut lapsus sim?

Non nos dura adeò gestamus pectora Pœni.

Videntur aberrare., sed videntur. Habent suos & magnos meritosq; autores, quid ad me si alijs non lectos aut neglectos! & in ludo (talis est) cur non sequar aut assumam? Nam in *Smaragdus Tenvia respondére*, & si quæ talia intercurrunt, nil peccatum nec alia jam tangam. Malmogiæ CIↃ IↃcXV.

Qui has defert è caris meis est, amplectere.

EPIST. LX.

Borræam.

MAGNO BARTOLINO. V. C.

DE adventu tuo non dilato sed abscisso, mihi jucundum. Triumphus, lætitiæ, gaudiũ in te uno fuissent, quæ jam absentia si non tollis, certè imminuis, nisi benivolentia tua erga me abutar, adhuc instem, ut in viam te des; longa est, sed non pro amico. Vide quid

 possis

poſſis aut tempus dabit,& eundi deſiderium ſi non habes, ſume; nos adhuc in ſpe, quam tu ne falle aut inverte. Heroem noſtrum mitti ad illam terram, ad fortem felicemq; Gentem, in dolorem eſt & voluptatem: illum adducit, quod frui eo diu jam nō detur,quod mihi non lætum aut leve, in tam calente amore. Accedit quod hyems jam imminet aut impendet, quæ vias donet non bonas. Voluptas tamen vel ſic ſe miſcet ac intercurrit, & ad tam magna eum deſtinari animo huic non inſuave. Vivat in literis libriſq; ea res, quam diu Dani aut Sueci vivant, quod is Legati munus inter eos Reges & in ijs rebus ſuſtinuit: neq; alia nunc addo: eat quò Faſta quo Fatum, imo quò publica tranquillitas, ſaluſq; vocant, quæ nobis firmet & ſuſtentet penè labentia iterum, (ut res ſcriptoresq; jam turbant) & inclinata. Adjungo è meis quæ poſcebas & quæ nunc erant ad manus; non improbari illic hoc lætor. Placere omnia mihi vix imprimas in hoc ſeculo & diſcrepantibus valde votis. Ego ſpero, ſi non laudem, veniam mereri, apud prudentes ſanè & æquos cenſores. Tu me ad alia porro mittis? ægrè ſequentem, nam cum ſeculum & vota video ac quibus rebus ſtudijſq; pretium nunc ſit, reniti incipio, atq;
etiam

etiam ſapere incipio: id eſt, famæ hoc æquor ultra non navigare, inter ignotos abjectoſq; portum quærere aut intrare ab hac luce. Petræus ille vetus & diu tibi inter caros hic fuit ante menſes: libens vidi, & in eo Germaniam ſemper mihi caram reguſtavi. Quando te ſemel? Utinam jam libeat, & tibi per te liceat occaſionem arripere non alias ita è levi fruendam. Vale & veni.

EPIST. LXI.

Montem Belticum.

HELIO PAULLO. S.D.

IN admiratione de te ſum ob tam longè habitum ſilentium, mi HELI, & cum animi mei morſu fuit, tam diu à te nihil ſcire. Deſiderium longius non fero. Qui has tradit à domo mea eſt, iter habet in illum tractum, juſſi te adire, quærere quid tentes, quid agas, quid Lavo item meus, quid uxor valeant. Scripſi ad eum nuper, & ad nos vocavi; cur non venit? quia literæ noſtræ non ſat, quod opus erat, maturè? ita audio, excuſa, in cauſa fuit qui eas tulit, ipſe dicam aut ſcribam, ſed in otio, quod nunc non habeo, de te ſcribe, an omnia rectè & ex voto. Nam de ſtatu noſtro cape non ſperata, morbos omnia in luctuoſum ferre, multos auferre, aut, cum non, in longum

affligere malo tardante & diuturno. An in metu de me sum & extrema, decessum, Parcas aversor? nihil quocunq; in loco, quocunq; casu.

Duc me parens celsiq; dominator poli
Quocunq; lubitum, nulla parendi est
mora.

In alijs ut possumus, hic fortes simus & vel ad gigantes. Alia in publicis non sunt. In meis totus, in literis sum, sed illis sacris, & aliquot libros in istis jam conor illustrare. Functio hæc moram sæpè facit, quæ per hanc æstatem intensa & nihil altum aut sublime me vult moliri. Quid etiam? ingenia hæc distorta, quæ surgunt ad calumniam & pudorem nostri ævi, quem non sustineant & tardent? Nam in N. stricturas nos etiam jam vidimus. Quid sentiam? Bellerophontæo morbo (quod quidam ait) istos agitari. Etsi hili non facienda aut pili ista. Cum rem suo pretio æstimamus, pugnare illi magis poscunt, quàm possunt. Quid nos? decet obfirmatos stare & paucis invidis aut iratis rectiora ævi judicia obducere. Id scriptũ mihi crede annos feret, cum multis alijs, quos bono literarum nuper aut olim emisit. Calumnia hæc aut invidia nihil demat, nisi forte, ut cucurbitæ alibi impositæ malum succum

tan-

tantum exsugunt, ita ista puriorem meliorémq; reddant. Incurrant ubi & quando volent, ille nomen, ille claritudinem apud posteros habebit: & erit cum vestigium de ijs aut memoria non erit. Nec meretur non dicam responderi, non inspici quidem, aut certè iterum sub oculum trahi. Ut quid enim? laudem apud æquos aptosq; judices, si non triumphum ducit, certè fateri debent non fuisse altius ingenium, venam, judiciũ, inter litteratos.

EPIST. LXII.

Lundiam.

PAULO MARTINIO.

DE abitu tuo mihi injucundum; optarem in aliud tempus, aut non incidisse, ut ægrè te hîc caremus tàm diu. Læta quædam hîc habebimus & dies paucos veteri lege & more. Hilarium, te in illis voluimus. Nec pro longo, ex literis adjunctis cognosces. sed abi, redi felix, nos pro salute tuâ aut memoria Cyathos ducemus, Consuetudini gratia & venia sit. Libros tuos mitto, qui apud me erant, relaturus in tali aut aliâ re tibi gratâ, quando aut ubi voles. De scholâ, securus esto: Curabimus. De Tausano, ad senatum deferam; acquiescant, etiamsi in reditu ejus mora fiat, S. Grubbium è legatione illâ

redijsse tàm grandi, tàm gravi, mihi lætum: & cui non sit, cui patriæ salus & pax læta? scintillæ adhuc erant & velut fumi, qui flammam dare brevi aut serò poterant inter hæc regna. Is jam extinxit & novis vinclis utramq; gentem nexuit animorum, aut nexos firmavit. Ad laudem ejus hoc altius, quàm si copijs castrisq; ductis redijsset in triumpho, & meritò acclamemus reverso,

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

Ut de eo usurpem hoc Romanum: nam sine prudentia ejus fuisset & moderatione, res ea non ex tam facili paranda. Magnos Reges in se vertere & excitare quivis potest, retrahere jam iratos & sedare non leve. Vellent hoc multi eos principes iterum committi inter se & collidi, & veteres ac novæ causæ jam erant à quibus id poterant exspectare. Ille spem eam jam subvertit & pacem hanc firmam nobis dedit, ac (ita opto) æternam. Mactet hac gloriâ, & in ævi spatia ac orbis eat. Nam hoc factum memoria tenebit quàm diu historiæ aut literæ erunt, & vivat in ijs hoc nomen, quàm diu ulli in his terris vivant. Coronæ æternæ ejus (fama meritò imposuit) ille quasi lemni-

lemniscus adhuc defuit: addidit, & posteri ejus jus imaginis vel sic haberent, si majores non dedissent, verbo dicam, Mentem attollat, & hanc quoq; longius mittet à tam felici successu. De Theologis è Germania triste quod nuncias, simul & ad risum. Mirum eos sic ludere aut jocari in serio eo & severo salutis negotio. Quid nos? in cœlum aspiciamus, eò aspiremus in lue hac grassantium errorum. Sed & animum obfirmemus contra ista: in alijs molles simus, in ijs quæ ad pietatem. at

ὥστι κέρας ἠὲ σίδηρος.

Sed quid tu ita nihil de alijs? an non Relliquias meas vidisti? in ijs multa ad te aut de te. Plura etiam erant, sed gratiam non haberent sic cumulata. Servo itaq; suis locis melius inserenda. Quid alij ibi censent aut dicunt? Quid Gravius? quid etiam agit? Brevi ad Sinclarum aliquid videbis, quo merita quædam ejus in nos persolvo. Abrumpo, te, tuos, iter superis & viarum Præsidi commendo; pro voto, pro optato, pro utilitate etiam fit. Vale & tuam salutem. CIↃ IↃ c XVI.

EPIST. LXIII.

Londinium.

SEVERINO VELLEIO.

UBi lates & te claudis, mi Velleie? aut quid tibi, à quo tam diu nihil audio? quid literis tot meis factum, ad quas tu nihil? in cura de te fuimus, ob silentium, quod sub dicessum tuum inceptum, præter meum votum, tuam addictionem. Ego, mi Velleie, diligentior sum, scripsi sæpius & misi, sed in Germaniam. Dum circumspicio, & inquiro, Anglia te habet, nec differo illuc ad te dare. Quid adferam aut exposcam? ut ad nos redeas, & spes ac vota jam disponas, imo animum & cogitatus in uxorem, in sedem, in honores. Vagari, lustrare, discurrere alij possunt, tu indagare, discere (quando ita vis) etiam domi. Et quando finis erit, aut modus? satis inspectioni, satis exilio (quid aliud est) indultum. Reliquos annos patriæ dabis, & triumphos ejus ac virtutes ostendas, cum ijs ingenij tui robur, & ad exteros ac posteros diffundas. Jucundum alijs erit, tibi decorum ad tam alta animum vertere, & prudentiam illam in Historia promere, laudem nobis parare à majoribus pace & militia magnis. Claritudinem apud nostros ignotosq; id dabit, & Vellejus inter illustria & æter-

æterna nomina erit, nos ab altiore vena tibi debebimus. Ego ſimul cæpi me eò dare, & videbo ut aliquid huc adijciam, ſi DEUS mihi vitam in paucos annos donet. Nam noſtri adhuc valent, ego incipio & ſaneſco poſt longum ſatis morbum, ſatis durum. Quid in reliquum erit, novit qui ſupra nos & cui nil ignotum. Nam Morbus vicina loca hîc tenet, nobis minatur. Coagiæ (Selandiæ urbem noſti) multos extinxit æſtate jam lapsâ. Potuæ indies, cùm parùm eſt, decem funera jam donat. Et quid in æſtatem erit, cum ab æſtu adjuvetur, qui nunc deſerit? Ad nos non venit, metum tamen miſit, qui longè non diſtamus, brevi tantum freto intercurrente. De me quod Parcæ aut fatum volent: niſi ob meos ſit, non optem nunc valdè manere, qui non in læto me amiſſo. Si tamen nunc non auferor, ſigna de me ad poſteros dabo, & in longum ævum. Nam æternum non dicam, cum iſta finem & nos habeamus. Pluſcula in Belgicam jam mitto, aliqua etiam exſpecto & vos ibi Lundini credo nunc habetis, cum hæ venient. Nam naves hîc adhuc nullæ ab ijs partibus etſi exſpectatæ. Tu redi, conjunctim in patriæ laudes ibimus, & triumphos ejus & victorias in famâ ponamus, placi-

di

di vivamus & emigremus, Musarum Sacerdotes & virtutis simus, fortunam non timebimus aut invocemus mortem non optemus nec aversemur, tranquillos menses, tranquillos annos ducamus, ocij expertes & gravantium laborum. Quod opto, & te redire. IV. Kal. Sext.

EPIST. LXIV.

Ripas.

LAVONI ANDREÆ.

LÆtor lætor te redijsse & pro sperato adhuc & voto degere: sit longum, sit post me ætatem; optem in eam urbem fausstiter te venisse, salvum & incolumem diu manere. Sed cur nos non accessisti & lætitiam etiam hic aliquam reditu eo fecisti? seculum videtur ut tu à nobis & ludos, risus, lepores illos priscos tandem redde longæ horæ sunt huic voto, veni, vise nos, &, ut legem tibi ponam, ante hanc Brumam. Eam suaviter hic ducamus in melleis illis de litteris, de Musis sermonibus, & vitæ hujus tædium purâ aliquantisper comitate misceamus. Sed heus, ab nupero patris tui discessu & ad beatos (quid enim aliter voco?) migratione nunquid jaces aut langues? non debes. Insuave ipsi jam fuit, quidquid nos ducimus jucundum & dulce.

Alium

Alium mundum & mores olim viderat, non poterat ad tristem hanc rerum faciem & virtutem ubiq; collapsam non deiici & dolere. In purum illud solum & altam terram jam aspirabat, cui diu inhiavit. Addo quod si jam non, in brevi tamen eundum fuisset, ut mors nec honori nec ætati parcit: deiicimur, avellimur, cadimus denso agmine: quid in hoc vel illo doleamus? quid contra æternum cursum pugnemus? ab æterno sic fuit, sic erit, fata terris ostendunt & subducunt, immittunt in mundum & auferunt. Animum sumemus ac robur & mentem sapientiâ firmemus. Tu inprimis qui à recenti ictu adhuc cales, virtutem, quam per alta, per aspera quæsivisti, jam prome & ostende; hic Philosophia te muniet & ad constantiam ferat tam largè hausta. Sed omitto. Frisius ecquid adhuc ibi? Salutem adprecor & longam adscribo illi, familiæ, uxori (an verè sic suspicor?) ductæ. Fama certè hîc fuit & à magnis: si est, felix vinculum sit, & quale optat. Si non: Veniat citò in hanc mentem, & in jucunda etiam hæc se mittat, tædium, quod vita ea aspirat, dulcitate illa leniat & tollat. quid aliud faciat? in patria est opibus aquis, agris felici, viris litterisq; florenti: in loco, si non maximo sanè hone-

honesto, & qui ad majora illi gradus erit. Apud suos, qui crescere à se familiam optant, nepotes videre, tangere, fovere. Ætas jam declinat & poscit, id est, omnia quæ trahere te ad vincula illa possunt, hortor & faveo, si vult, precibus etiam juvo. Ad summum colo vos & amo, ut postremum mihi faciatis rogo. V. Id: Sext. CIƆ IƆcXVI.

Adolescentem istum vides: eminet & se attollit super omnes in eâ ætate, quos hoc ævum dedit, animi indolisq; dotibus inter viros. Loca illa videndi itineris finem habet, cum Tausano se junxit securitatis & lustrationis causa. Tu experire, amatum habe, quia meum.

EPIST. LXV.

ANDREÆ BILDE.

CArmen istud fundi ad te voluit, etiam me vix cogitante aut proponente. Ea est fuitq; diu tua virtus, is amor, Generosissime Domine, in has artes & qui se junxerunt, ut durus sit (si in Musæo hoc numero) qui non agnoscat, suo & omnium nomine grates gratias non dicat. Ego nunc facio, & beneficia tua in hos tales æstimo, ut in me collata. Et quando *pulcrum imprimis* (Plinij verba agnoscis) *non pati occidere quibus æternitas debeatur*,

alio-

aliorumq; famam cum suâ extendere, honorem hunc tibi habeo (nam ita omnes ita ubiq; interpretantur) gratulationis: Ut fama ea in annos ævumq; eat, quam merita tua & inclinatio in litteras doctosq; meritò tibi donant. Nam pares jam paucos habes in hac viâ, vix superiores, non in his terris, & qui animo ac affectu sic ad nos eant & se demittant. Unus Martinius fidem faciat princeps suæ sectæ; hoc est Theologorum meliorum, & addam altissimi inter omnes ingenij & doctrinæ ferè qui in hoc ævo. Illum tu non in honore tantum & laude, sed in corde habes, & non ut amicum, sed fratrem, hoc Musarum & prudentiæ causa, quæ in eo magna. Nec ille tantum, alij jam dudum habuerunt ab eâ manu & multi, quod in usum, in opes, in voluptatem fuit. Et qui jam antè ipse litteris, & quæ ad sapientiam aut doctrinam ducunt, tinctus, non desistis easdem tractare, atq; eos in honore & precio habere, qui tractant. Decorè hoc seculo quod talia calcat & contemnit. Nam ut flores non benignitas horti tantùm profert, sed pluviæ rorisq; inspersio & irrigatio educit atq; protrahit: ita in nobis est, ingenij bonitas & altitudo non solum, supra vulgum ponit, vestrum talium favore sumus

pro-

producendi & ope. Et tu laudem ab hoc facto, Sic diu, sic verè merere, ad Musas doctrinasq; ipse ito, euntes subleva & instiga, & instar Phœbi doctus ipse tales ama, imò face, me inter multos, qui meme atq; ista dono hîc tibi ac trado, Sed, ne nescias, ut veri muneris addictionem & Sponsorias tabellas, quod brevi dabo adducamq;, si vita paucos adhuc annos dabit. Tu hæc interim & me in tuo favore serva aut assume æternum tuum. Anconæ. IX. Kal. Majas CIϽ IϽcXIX.

EPIST. LXVI.

VVittebergam.

JOANNI APELIO.

INter varios & magnos doctosq;, qui cotidie adventant, visunt, salutant mecum hoc tempore fuit Olaus Samius, magni ingenij judicijq; Vir, & planè ad meum gustum. Amplexi nos sumus & variè interfati de litteris, Academijs, Exteris, ut solet. Inter multos & oblectantes sermones tu intercurristi, quod Wittebergæ esses in altâ illâ Musarum luce, quod in studijs, quod mei memor & cupidus. Exilui ad tam carum nomen, & gratum fuit de te audire, veteri, fido addo & constanti amico. In mente mox erant anni unà olim acti. Ad jocos illos, convivia, ludos commovebar;

vebar, ad ambulationes, discursus, saltus, & tot adolescentiæ delicias. Non sustinui manum pronam scribere, & vel tandem ostendere, à sensu affectuq; non excidisse. Quod jam facio etsi breviter (nec enim festinatio ejus aliter permittit) ac officium defero cultumq;. Quidquid ab amante proficisci potest, à familiari, à fratre, à me exspecta. Faveam, colam, juvem etiam, ubi res & tu poscis, consilio, directione, addo opibus, nostræ modo res in amplum sic eant, nec fatum, quod adhuc ridet, vultum vertat. In studijs, de nova urbe Poeticum aliquid edidimus, exemplaria credo illuc allata. Nunc feriamur nisi quod ad Matthæum commentarios paro, sive notæ erunt, & plures libros sacros. an etiam ad lucem trado? Spem eam diu sustentatam nunc pono. Famæ nos permittere ac aptare studium olim fuit. Nunc littus legere in voto, & portum hunc tandem intrare quietis. Ipse famæ DEus suadeat velitq; si adsit; sapere omnes velim voveamq; aperire & ostendere non invidiam tantùm sed odium habet, hic saltem. Nam ubi plures sensus nunc & dissensus, quàm in re quæ cœlum aut salutem tangit? Verbum aliquod à devota mente fugiat, quod non ament qui harum partium non sunt, subit statim iræ

& invidiæ magna flamma. Quæ res me evertit fateor à longiore decursu in sacrarum illum rerum campum, quò pietas alioqui & vota devotaq; Deo mens trahebat. Sed hæc talia incoràm mallem & ubi cum Poëta.

ἵνα μὴ πολβοίαϑ' οἱ ἄλλοι

De reliquo statu, omnia ut volumus, nisi quod morbi aliquantũ turbant. Etsi cur turbant, qui scimus crebra ista esse in hanc vitam, nec ad mentem humana omnia fore donec sumus in humanis? Tibi diu & ubiq; sint, quod voveo & me tibi devoveo æternum tuum. CIϽ IϽ c XVI.

EPIST. LXVII. *VVittebergam.*

JOHANNI SEVERINO.

AD ingenia, quæ sic acria sic alta, tacitâ semper inclinatione eo, & subitâ quadam vi, & viâ labor in eorum amorem. Tuum inter prima amo, cui par fortè inveniam, nullum majus sed in ea ætate. Ad summa tantùm, ut cæpisti, tolle. Ut huc horter & ducam, has ad te mitto, amoris indices, qui inter nos arctus semper fuit. Quæ res gaudium etiam auget, quod videam te ad tam honesta aspirare, imò te jam levare & surgere. Sicut pueri mala, saccarum, uvas & levia rerũ sectantur, utilium parũ soliciti, sic multi ad vana inclinant, suprema bona non spernentes solum sed ridentes. Tu aliter,

aliter, ſapientiam, virtutem ante oculos ponis, & viam ad immortalitatem tibi ſternis felici ſucceſſu. Lætor; manè in hac ſtatione & recto ſemper pede ad metam decurre. Nec adverſa deijciant, quæ nunc tenent.

οὐ πάμα' ἀνθρώποις κατὰ θύμια πάντα τελεῖται.

Non ſemper mortalibus eveniūt adamata.

lætiora mox ſequantur, quàm aut ſperas aut ſuſpicaris; oculos ad cœlū, mentē ad Deum refer; non relinquat aut deſtituat. Oro & ſuadeo, ſi poſſum etiam auxilior, experire. Frater tuus niſi ſcis, in Norvegiā abijt, ſuſpicor non rediturus. Tenet enim ea gens & tenebit ſemel attractos, ſi tales: utinā ſit ejus bono, ſuæ laudi. Manum ad alia fero. Nos hic morbi iterum exercent qui ſub æſtatem ſedati, ſed ſedati non extincti, recrudeſcunt iterū & ſerpunt, metuo ne in urbis noſtræ malum, & hâc Brumâ multi

Adeant ſilentem nocte perpetuâ domum.

Adijt jam noſter ille Buquius, niſi ante ad te hoc delatum. Juvenis altæ indolis nivei pectoris, montes tamen ad ſuos prius delatus. Quis etiam Canutus ille Beſcius; plenus ſpirituum vir, & cum Poëta:

ὃν δ' αὐτὴ πολύμητις ἀνέπλασε χερσὶν Ἀθήνη.

Dedala quem finxit manibus tinxitq; Minerva.

 Abijt

Abijt inquam lento morbo & medicis ignotô ablatus. Eamus, Spiritum tollamus, in primo initu ad famam aut fructum iter nostrum sistendum aut abrumpendum. Vides ablatos aut præmissos, ad eos redeo qui manent adhuc habituri nobiscum hanc sortem. Ad Lerquium ecquid molitur? quid in futurum proponit, nam in eo esse ut decidat ratio sed & ætas dicit, quæ jam declinat. Opto ut cum bono ejus fiat, & commodum laudemq; trahat secum. Scripsi ad eum nuper, non respondit, aut, quod magis credam, non vidit. Nam non perferri semper quæ inter nos damus, non tu nescis. Qui defert, festinat & poscit, is Samius meus est, te amat & ex meritô hic laudat, tu agnosce, redama, sicq; vale aut convalesce. CIↃ Ic c.XVI.

EPIST. LXVIII.

Francofurtum.

MARTINO PERSÆO.

UBi hæres aut te condis, mi Persæe, non inveniendus? aut quo mentem & literas mittam? nescire me fateor & tamen mitto, illam semper, istas quam sæpè licet. Francofurtum has inscripsi, etsi nescius an id te haberet, nuper etiam alias longas diffusas; nam vel in casum dare literas malui, quàm me in suspicio-

cionem ſive de neglectu, ſive oblivione. Amorem cultumq; magnæ tuæ in me benivolentiæ ſcio debere, & prius hanc animam fato quàm iſta tibi non reddam. Sed tu inquam ubi es? vivis, pro ſolito agis: hoc eſt, in ſtudia te non mittis ſed mergis? Valent ſcio, Muſæ tuæ ſi tu vales, ut facias proq; voto pro optato degas, & ſpero & DEum quæſo. Ego à te, aut de te nihil in ſemeſtri: tu ſcias an dederis quod non pervenit. Malmogia etiam nunc me habet: Cogitationes erant de mutando, ſed abjeci. Non tamen in longum. Ad ſeceſſum aſpiro & quietum aliquem portum. Aliter videtur quibuſdam è meis, qui in flore hoc ævi ad honores & ſplendores vocant. Videatur. Mihi ſtat vetus meum decretum ad alta non aſpirare, nec acceptare oblata; Ad vana hæc & vaga divitiarum mentem non mitto, nec inter eos unquam fui, qui

Caducis

Deſervire bonis ſemperq; optare parati.

Sed mitto iſta. De ſtudijs, verſus iterum paro, & ſtatim juſtum ſcriptum dare. Morantur nonnihil judicia hæc, quæ ad alia magis ſe flectunt, tum quod nimis crebrò videam Poeticum hoc ſtadium curri. Quodq; libaſſe omnes

volunt nostros fontes & magni sublimesq; ire Cæsarea illâ lautu. N.N. illud legi per hos dies, &, liberè dicam, damnavi. Cur enim non inventione altum censes? nec à terra se levat. Ornamentis flexibrisq; pulcrum? Mare mortuum, de quo nosti, vivum est præ hoc torpore, ut verè dicam superbiæ & jactantiæ nimium ævum hoc habere. Re deseri & vera illa scientia. Habes pauca verba sed fida & pro meo in te amore, plura scribam quum sciam quò scribam. Vale & in me, qui semper fuisti, persevera. Malmog. Non. Octob. ꟾↀ Iↄ c XVI.

EPIST. LXIX.

Portuam.

CASPARO BARTOLINO.

SEgnis jam sum, mi Bartoline, & ad responsa tardus, qui excusem nisi quod alijs intricatus. Labores hîc jam crescunt, & me mihi surripiunt, nec catena magis sibi inhæret, quam alii ex alijs dependent & quasi manum tradunt aut sumunt. Nec spes mihi status tranquillioris, donec se Vadomius non tollit & sanescit. Quod feram, & te, ut cœpi, in hoc corde, & cogitationes ac affectum ad te semper mittam, etsi litteras aliquandò non licet & scriptionem. jam ut ad binas tuas aliquid remittam, negocium tuum brevi dabo peractum.

actum. Sperabam jam posse litteras mittere, sed Notarij absentia (in Hallandiam autem abijt) tardat aliquantum & moratur, nec redeat ille prius ad nos, quam tu eas habebis quales voles. De Fratre, omnia ei à me erunt, quæ tu aut ille speret, nec in damnum aut dolorem unquam erit ad me devenisse. Jam de Christiano est quòd à Martinio nunciem, quod ab eo petis jam laborat dare, & spem vestram non æquet sed vincat. Occasiones cotidie quærit producendi, ipse scribet aut dicet, nec quiescat unquam aut desistat, nisi ut fortunam ei faciat, non ad spem tuam tantum, sed supra eam, quod jussit me adscribere, & animum hunc tibi firmare volentem in te semper & amicum. Ad Rosæcransium hîc adjungo, & optem per te mitti, aut si eò veniat, tradi. Halmstadium destinaram, quò cum Rege dicunt abivisse, sed occasio hinc non est aut facultas. Poëma hoc vere emitto, ut mea adhuc sunt, optimum victurumq;: ad illum ît, spero cum ejus & meâ famâ. De Palatijs aliquid velim scire, ut hoc etiam decorum servem, nam reliqua in titulo jam sunt nota. Post. Id. Febru. CIↃ IↃ c XIX.

In postremis meis aliquid erat de N. is nunc ad vos abit juvenis, altus, magnus & supra

hoc ævum. Ad Amicitiam tuam aſpirat, me proxeneta voluit obtinere. Si doctum, ſi magnum, ſi gratum vis immittere unquam in pectus, hunc debes, & quicquid in ipſum phœbum velles, in eo declarare. Dignus eſt & magis magiſq; cum tempore erit. Hærere ibi animus eſt, & ſi inclinationem tuam, ſi alij donent, manere & inſidere. Urbem veſtram & vos in eâ illuſtrabit & perfundet novâ luce. Nec luna claritatem à ſole magis ducet cum ſe jungit, quàm juventus veſtra ab eo trahat, ſi tenetis. Tu in eo habebis quidquid ſperes, & omnia ab eo erunt, quæ ab ipſo candore, à benevolentiâ, à Fide voles aut optes, nec fallat unquam exſpectationem tuam aut fruſtret. Breviter, me nolim aliter apud te eſſe, quam iſtum.

EPIST. LXX.

Lugdunum.

DANIELI HEINSIO.

ABſumus, mi Heinſi, locorum vaſto ſpatio disjuncti. Fama tamen huc te miſit & ſæpe mihi laudes tuas recitavit, & veram atq; à jactantiâ remotam doctrinam. Scripta etiam ut ad oculum, oſtenderunt, in quibus claras notas video alti animi & ingenij magni. Venam & verſus inſpicio, iſta perenniter felix,

illi

illi elegantes, alti, alacres, pleni dulcitatum & ſucci &, quæ propria tua laus, decurrentes.

Suaviter & placidè more fluentis aquæ.

In optimos authores notas video, animum ad res altas, inferaſq; permittis, & quidquid in ijs vivit, volat, movetur; in arcanum naturæ ſinum intras, fructus effundis ad noſtrum & futurum ævum. Orationes deinde & eloquentiæ tot flumina commoves, & in lætitiam, voluptatem, admirationem etiam inducis, ut tu novos omnes ſuperemines, veteres æquas; æquas? imò ſuperas & poſt te ponis. Hæc moverunt, ut ad te darem & amicitiam etiam jungerem aut peterem. Tu deliberas? & unde, quis ad te ſcribam inquiris, & num dignus in tam bonam famam venire? In Scanijs vivimus, terrâ veſtris nota, aëre, aquis, ſitu peramœnâ, in opibus non maximis, ſed tamen pro meo voto honeſtis, à te ſtudio non impar, ſed ingenio inferior, nam & in poëtis; hoc eſt, nepente mulſoq; ſtudiorum adoleſcentiam poſui, jam ſedavit ea cura, ego ad altiora ivi, libris tamen hîc aliquot editis, quos non erit ut non videris. Hiſtoriam patriæ in manus ſumpſi, & videbo, quid hic tempus aut ſors dabunt. Per hos menſes in politicis aliquid ago poſt Lipſium, neſcio an edo. De Religio-

ne scripsi eodem filo, è priscis, &, quod miraberis, solis poëtis. Sed premo & ut judicia hæc nunc sunt fortè premam, si non in æternum, certè in longum. Atq; is sum, eo in amore litterarum veni, sed amore tantum; nam aliàs parum earum & humile in me est, si notitiâ dignum censes, admitte, tui certè (quidquid me erit) cupientem. Vale Ancon: in Scanijs id. Novemb. CIↃ IↃcXVI.

EPIST. LXXI. *Lovanium.*

ERTCIO PUTEANO, V.C.

PRopendeo jam diu & animo ad te aspiro, mi Puteane. Venio etiam tandem ut amorem tuum eliciam, ut meum ostendam. Quid tu, aspicies? in sensum sinumq; assumas, ea est eritq; tua virtus, is candor. Sed vellem non in animi, sed corporis me amplexum ut aliquando ferrem, & nectar illud sermonis ac sapientiæ præsens degustarem. Ingenium enim tuum ita me cepit, ut vitam non solum ducere sed ponere apud te optem; Atq; utinam liceat honorem saltem habere vel affatus tui vel aspectus, & in illa urbe sistere & linguâ, facie, factis, quæ in hoc animo censeo, ostendere, dulce esset & inter suprema gaudia quæ Deus in me fudit. Sed cum ætatem video, quæ tamen vernat, cum functionem, cum mores nostros, cerno irri-

irritum & nil nisi votum futurum. Itaq; quod ipse non possum, literæ præstabunt, me tibi ostendant & revelent, & affectum ad te ferant qui calidus ad ferventem hunc æstum. Amavi te (ita mihi Deus & omnes Genij aspirent) cùm primum vidi ingenij tui fœtus, nec ijs majus aut altius natum aut nascetur hoc ævo, aut tu parem vel majorem admittis. Adjungo Lipsium non præpono,

Qualē nulla dabunt & secula nulla tulerūt.

Te excipio, quem Musæ in id excitarunt ut tanto Heroi (quidni sic scribam?) succederes, nec alium hic orbis dabit, qui locum illum subibit & implebit. Post eum tenes certè & tenebis hoc regnum, nec te exteri aut vestri dijciant. O Belgica hac parte florens quod non ingenia tantùm dedisti, sed etiam amanter habes. A multis hoc abest . . . .

Sed & vos, inquies, in violis & rosis non degitis, & sæpè afflat ab invidiâ ille ventus? Contemne lividam illam Deam, nos ea premat, aut si eò etiā ascendat, & fortè magis celeri pede quàm candidæ Litæ, ride. afflat non eijciat. Venti summa movent, ad humilia non veniunt aut tangunt. Ita ista, viles & abjectas animas plerúmq; contemnit, altas petit, & ut fumus flammam ita ea Virtutem sequitur & se miscet in

in luto & humi mane, liber eris, tolle & te leva, mox comitem habebis. Quo abeo? Ego ut, quæ causa scribendi fuit, in eâ finiam. Amo, amo te mi Puteane, meipsum muneri tibi mitto perpetuò tuum. Vale & novum sed priscâ fide amicum habe. Anconæ in Scaniis. Id. Novemb. CIↃ IↃ c. XVI.

EPIST. LXXII.

Pertuam.

CONRADO ASLACO. V. C.

ITa benivolentiam, ita pronum faventemq; affectum & ante & nunc ostendis, ut parum sim qui sum: id est, sapientiæ & virtutis amator, nisi gratiam & agnoscam & agam. Venit inde Jo. Bliccius, ille qui sic diu tecum. Salutem â te attulit & donum, illam lubens audivi, istud avidè legi, utrumq; me hilaravit ac diffudit, Magis, quod & ego in eam laudem veni & nomen ibi merui & locum inter tam magnos. Concipere talia & conari laudem habeat, quid sic agere? Cepisti me eâ Venere, ita inventione dives, dispositu felix, membris periodisq; suis plena, numeris apta, figuris floribusq; pulcra; Et plus ingenij ac limatæ sapientiæ hic posuisti, quàm aliquis subitâ mente aut oculo arbitretur, qui insistat & scrutetur inveniet. Nescio an placere aspe-

cta possit, scio, quod inspecta. Quid dicam? ita mori præmium fuit, nam ut Phœnix à fato suo nobilior surgit, ita ille, in eâ terrâ ante notus, nunc ubiq; erit. Sed quò eo?

Fortunata cinis placidâ sub pace quiescat,

Nos unâ opto quàm diu hic simus. Quod erit, si DEus eum monstret, qui locum non subeat sed implebit. Ita necessitas est in hoc statu rerum; quid statu scripsi? fluxu debebam, ita omnia nunc non eunt in pejus sed properant, & nisi Deus sustentet labuntur & ruunt, sed is dabit ire in exitum meliorem. Apud nos etiam tristia hæc in morem jam pœne verterunt, multi mortem, plures morbos sunt experti hoc anno. Vel Corvinus discedere nuper minabatur, neq; nunc valide consistit, delinquunt viribus & vacillat & Medici non sunt reparandis. Publicè iterum dixit, sed mente parum valida aut alacri. Quid est? brevis vitæ hic sumus, roboris ubiq; imbelli, & decurrit quidquid hoc est ævi dubia sorte. Ille quandocunq; erit, cursum non sine aliqua laude peregit. Ut mundus jam it, quis eum nollit citò finire? Quid vita hæc est quam optamus in longum duci? Adversitatum seges malorum campus, per quem ut maximè ex optato tibi vehatur

cur

currit tamen ad multa ſaxa allidat multis vadis obhæreſcat neceſſe eſt. Quid lethum quòd fugimus? aditus ad lætitiam, gaudium & quidquid felicitas aut beatitudo amant. Sed ita triſtia. Verſus illi veſtri me adfecerunt, tui primo loco, certè culti. Sed & Caſp. Eraſmi quem ego non credebam hujus curæ & ſtudij eſſe. Ille autem eminet & cœlum tenet. Longomontanus etiam veſter magnus. Quid dicam? Pierij illic fontes, & niſi porta unus vetet nobis defluxi torrentes. Nam ille obdurat & adhuc tenet diſceſſurum illum phœbum. Vomius diffuſè te nunc ſalutat quem curæ aut cruces variè attentarunt per hos menſes, nunc dimiſerunt non aut ſerò ſpero rediturae. Valdè & tibi ſe inſunuat Tauſanus itemq; Mœonius magnum in hoc tractu lumen & qui caſu, cum has darem, intervenit. Malmog. CIϽ IϽ c X V I.

EPIST. LXXIII.

Aſſeroam.

NICOLAO OLAO.

TArdè mihi tuæ datæ, ſed valdè caræ, ignoſcas quod tardè ad eas ſcribam, votum anteà, occaſio non fuit, tradiderunt fideliter, quæ tu incluſiſti. Eâ parte, quid tibi debeam, mihi lingua & ſtilus hærent efferre. Semper agnoſcam, ſi poſſum etiam ſolvam, cùm fecero, gratiam

tiam ſemper dabo & debebo: Lipſium placere tibi mihi lætum, & magis placebit opinor magis inſpectus. Nam parum ejus adhuc vidiſti&, ut hæ litteræ ſunt, viliora tantùm. De Puteano etiam ad hanc mentē in ſcripta ejus te ſic mittere, quod eſſe non poteſt ſine tuo non dicam fructu ſed oblectamento. Jam me quod his addis & laudas, non debes, cupido ſanè eſt ad Venerem hanc & ſuavitatem, ſed ea tantum in re longèſſumus infra eos Semones. Ne tamen mentiar gratum eſt mea ſic amari magis à talibus; hoc eſt elegantiæ & doctrinæ myſtis. E meis quæ requirebas hic mitto, utinam opinionem non fruſtrent perlata. Si aliud in re mea eſt quod uſui tuo eſſe poſſit, quòd voluptati, non roga ſed jube, ſed quid ſi præſens & in os hoc dicam? Ego jam aliquot Septimanis meditor & Blegiam, te in eâ inviſere, ſeriò jam ſtatui, idq; ſub hyemem inſtantem, ne longius etiam hoc producam. Quid eò vocat anni tempore & viâ parum jucundâ? ſi fatear, cupido tui coram videndi, & cultum amoremq; ibi deferendi eò trahit, & ſi vivo ac pro ſolito valeo in proximo Novembri, cum bono Deo, me vobis ſiſtam, in ejus initio dabo me in viam, in quam vel nunc inclino, an non enim volens (ſi aliud nihil

ad

ad se ducat) optatam semper & cupitam jam diu terram videam? tot in eâ altas animas & viros, & campos in quibus tam illustria Regna, quæ ibi se tangunt & dividunt, tam sæpè tam fortiter conflixerunt, tot triumphos duxerunt. Cupido sanè ac votum est, Deus impleat, atq; ut te salvum & in bono statu inveniam, aliter desiderium hoc eundi abeat & & languescat, at nuncquam amor in me tuus, voveo, & tibi vitam ac valetudinem; hanc felicem, illam longam. Malm: III. Id. Sept. ∞ Ic. XVI.

EPIST. LXXIV.

JOANNI GEORGIO.

AMor meus sanè ferebat, mi Georgi, ut te etiam viderem rarum in hoc tractu sydus, & ratio decori adducebat, qui tam diu tam arctè juncti sumus. Sed festinatus reditus eripit hanc facultatem. Mente salutem defero & amplexum, & eâdem præsto ac præstabo omnem cultum. Præsumebam animo omnia magna & culta de istâ terrâ & vobis qui insidetis, nec fefellit ea sive cogitatio sive votum, verbo dicam & cum poëta,

Ocellus orbis, & cubile nympharum est.

Magis sic dicenda credo si in æstate adijssem, & id

&c id proximâ fortassis erit, si Deus vitam & aliquas vires donet. Atq; tunc me habebis. Una olim amanterq; viximus, tum iterum detur, tum vultus & sermones jungere & quidquid volumus aut optamus. Interea scripti hoc munus habe, In quo me videas etiam cum non vides; nam ego mentis hunc cultum necdum delinquo, & in publicis privatisq; occupationibus ille demulcet & oblectat. Despectus hic & contemptio litterarum, quæ in morem & penè dicam laudem verterunt, nonnihil retrahit, sed non in longum, & redimus ad Musas has sæpè depositas & spretas. Nec pro nihilo credo erit futuro ævo hæc dare, decus ab eo si non ante exspectare. Parens etiam tuus ecquid adhuc rectè? delata huc ea de studio non virtutis solum sed sapientiæ ejus, quæ me attraxerunt in amorem; Quem ipsum & me nunc defero: si aspicit, amicitia erit quam dies jam augeant, nullæ finiant & delebunt. Certe ut notitia nunc mihi cum plerisq; in hoc tractu arcta, optem in consensum eum venire & conspirare in hoc affectu, nec diffundo; si dignum habet, quem inter suos habeat & scribat, *det capiatq; fidem.* sine jactantia dicam, venam inveniet, ingenium, virtutem sine jactantiâ, procaciâ, vanitate, me in vos

ſemper volentem & amicum. Quod è pectore iſto dico, & quidquid ego aut in me, veſter & veſtra. Symmyſſes tuus vivit ne & valet? ſi eſt, gaudeo, at non quod nihil unquam ad me de ſtatu ſuo, de ſtudijs, de ſucceſſu: indica, & ſaluta virum è pectore mihi non ab annis ſed luſtris carum. Aſſeroæ XIV. Kal. Decemb. CIↃ IↃ c. XVI.

EPIST. LXXV.

Portuam.

CASPARO ERASMO.

IN Belgia fui eo menſe, diu tenuit, & invitè adhuc nunc dimiſit. Viros ille tractus habet ingenio & virtute magnos, ij ſic retardarunt. Cum redeo, tuæ hîc me exſpectant, caræ ſanè etſi ſerò inſpectæ. Nam in Octobri dediſti, in declivi jam Novembri imò elapſo lego. Vides fortunam: ignoſce quòd ad ſerò acceptas ſerò reſpondeam, Nam aliter tàm diu non ſiluiſſem, ad te inprimis mei ſic volentem. Ego eò tuas tuli, quò petitio erat: accepit, legit, de reſponſo tum & poſtea ſolicito, pollicetur, jam iterum inſto, ne negligentem putes, cum aliquid te tangat, ait miſiſſe. Si ſic eſt gaudeo; ſi fefellit, ſcribe, curabo: quamvis non erit ut non reſponderit. De Weſthovio contra votum fuit, contra men-

tem

tem, iter aliò vertisse & profectionem. Promissum aliter, & spes mea fuit: in dolorem est aliò recidisse, nec licuisse eo nectare diutius frui longè non gustato. Solatur tamen propiores nunc sic futuros, & hîc pro optato posse sermones hos miscere & convictum, quod non poterit, nisi ingenijs nostris excitandis & recreandis esse. Ego voto eo me sustento, & tædium sic minuo aut tollo, quod non nego ab ejus dicessu obhærere. Librum ejus ad te mitto, ut tu ad ipsum. Nimis me cepit, & velim spacium fuisse ad lectionem longiorem. Censuram meam vis? plus virium est in ejus calamo, imò & causâ, & dejecit eum hostem non surrecturum. Nec vidi scriptum altius his annis non in eâ re, non pro nostrâ laude. Nec illi ipsi in iram sit, quem dejecit, quicquid sit, soletur quod

Æneæ magni dextrâ cadit

In laudem ejus retrahi in viam, à tam magno & reduci. Patriæ laudi addidit, nos & meliora ingenia oblectavit, & quæ majoris litteraturæ gustum ac sensum habent, hos aspiciat quid alij judicent securus. Omnibus placere nec volet nec optet quidem. Quod tibi ita quæ ab hac manu, hac venâ, qui non læter?

magis ſi in longum ſit. Primus intuitus poteſt ſoletq; fallere, illa famam habebunt quæ iterum lecta arridebunt. Sed emiſi, ævum ſi Deus & Genius volent, ferant. Ad Muſas imus alieno ab ijs ævo, pauci has jam in vulgo non dicam, amant, ſed ferunt, plures non dolerent extinctas. Etſi hæc non dimoveant ad æterna euntes, non me. Scribendi edendiq; conſuetudinem fortè, alia non mutem. De fratre tuo libens audivi magno raroq; viro. Aditum eò & adventum ex mente ei gratulor profectionis & itinerum moleſtijs evoluto. Tu ei dic & à me ſalutem, donec ſcribere hoc ocium & vires ipſi mihi permittunt. Nam nunc varia diſtrahunt & interdicunt, etiam jam ſcriptionem longiorem. Vale & me ama cum ſum, memento cum non ſum. Ego hîc & in alia vita faciam.

EPIST. LXXVI.

Vejos.

GEORGIO CHRISTOPHORO.

MEntem ad te antè, mi Georgi, & inclinatum hunc ſenſum, ut litteras mitterem, non occaſio nõ facultas fuit. nunc ut utrumq; faciam, ut ſæpè multa invitant & ſuadent, ſapientia tua, cultus ingenij, & quod maximum, in me amor. Eum nuper oſtendiſti verum, vivum,

vum, ſpirantem cum ad te præter opinionem, non præter votum (ut rem dicam) diverti; Suaviter excepiſti, & ut filium curaſti, ut nec mollius olim Antiochi oculis factum. Quid in longum traho? cepiſti me ea comitate & promptitudine, quam ſic effudiſti, ut me verè cenſere dehinc poſſis inter tuos. Intercapedine nimis disjungimur, id dolet pro affectu in te meo. Vivere & mori optem apud animam tam magnam, ſublimem, altam & verè ſupra hunc vulgum: ſed corpore id vix, animo dabitur, eo juncti ſimus, & ſic etiam fruamur, veræ amicitiæ fructum de me antiqua fide promitto tuum eſſe; & ætatem fore, de te ſpero. Tu nunc pro hac re verſus à me habe, animi in te indices: Is ſic quis in te ſit, declarare magis vult, quàm poteſt. Uno verbo, hic & ibi gratias ago, pro beneficentia hac magna nec noſtri ævi. Quod idem amico illi noſtro volo ſcriptum cui inſinuabas: noſtro, nam & inter meos jam pono, ac carum ſupra adnatum mihi ſanguinem. Certè virtus ejus attraxit nunquam divellendum. Et nunc eat

Sive in Hircanos, Arabasq; molles,
Seu Sacas ſagittiferosq; Parthos

Comitem hanc mentem habebit & ſequen-

tem, nec deſerat unquam & dimittat. de adventu meo ad ea lætæ nihil tamen ſperet, è collegis nunc unus in lecto, nec niſi eo valido ſpes mihi movendi ab his locis. In ergaſtulo ſum, mi Georgi, non functione, nec exeo niſi emiſſus, & cum veniâ, quæ non hîc ex facili paranda. Si tamen in aliud tempus reijcitis, & ſub Liberi illud feſtum, aut poſt illud, parabo me ad veniendum & parendum. Carmen meum, quod poſcebat, ad Welleium, hîc adjungo, etſi aliunde petitum. Nam ego jam primum vidi, mutavit valdè, poſtquam à me miſſum, & vel in titulo vides, quem ego talem aut tam magnum nullis dono. Me non inſcio tantum, ſed invito, hîc aliaq; mutata. nolim mihi tantum ſumere in ſcripta aliena. Doleo mihi hîc factum. Rideo hæc ſolita in titulis & pompoſa, niſi cum ad magnos ſcribas, qui de contemptu interpretantur omiſſa, ad pares non uſurpo, ut nec id pro antiquâ doctrinâ & more. Iſta jam dare ad te volui, & ſi neſcio quis tibi in manus. Adhuc ſe nemo offert, qui feret. Nec à nobis quiſquam illuc ibit, ſine literis à me & ſalute. Eam opto longam lætam, tibi uxori, liberis. Deum veneror, ut ſanitas apud vos perſtet & amor mei. Malm. Id. Decemb. CIƆ IƆ C XVI.

EPIST.

Epist. LXXVII.

Mœroam,

ZACHARIO LINÆO.

UT saccarum dulcedinem in palato relinquit ipsum absumtum, ita mihi apud vos factum, cepistis me ibi comitate & favore, tu ante omnes, id nondum abijt, etsi ego à vobis abij. Auribus meis adhuc inerrat ille sermo, delectans, suavis & (quod inprimis movet) in me amicus. Joci, sales, & lepidi lætiq; sermones & facta manent, & animum hunc tenent ac tenebunt, quàm diu ego illum. Nec ita mel (in imagine eâ perstem) linguam aut pueri palatum, ut me ista affecerunt. Unum in mœrorem fuit, invitasti etiam illuc & in domum tuam: non factum. Quàm voluissem, mi Linæe! & Musas testor, ad nullum in eâ viâ animo magis ibam, qui sciebam, affectum antè ad me misisse & adhuc tum non visum commendasse. Tempus non dabat, quod tunc elapsum, munus hîc vocabat, quod scis arduum assiduumq; nobis esse. Iram in me si sumsisti, pone, occasionem distuli, non omisi. Inclinamus semper, sicubi suaviter & jucundè fuimus, certè ego ad vos. Et non spero solùm sed aspiro, nec longiùs differam, in æstatem erit. In eâ novâ

videbo vos noves ibi & veros amicos, &, cum Poëta dicam, ſuaviabor. Te in viâ, & inter primos, quem inter primos amo, ita me ille Primus & Æternus. Sed ad alia? Mœrorem qui mentem tuam deijcit jam & deturbat à noſtro diſceſſu, mœſtus ipſe mentis audivi: qui ſcio quàm hoc grande vulnus, ipſe expertus. Quid tamen eſt? non poſſe tantum hæc talia, ſed debere evenire jam ante ſcimus. Et te videmus non permittet ea ſapientia abjectionem nimiam hic & dolorem; quæ in illis alijſq; adverſis, quæ crebræ in hanc ætatem, pacatum tranquillumq; reddat: Ac alij ut volunt, ut ſolent, tu (cum Poëta)

ἔνεγκε λύπην καὶ βλάβην ἐῤῥωμένως.

Hanc inprimis, nam aliquam tui partem ad læta præmiſiſti, nullam amiſiſti. Vitam enim mutamus, non finimus; & qui pij ſumus ad meliorem vitam imus. Ut aurum & argentum non perditur aut perit liquefactum, in melius magis eſt ut ſic mutet; ita hic eſt, ad optimum ſtatum tum primum venimus, & quæ optemus informes ante & infirmi. Cogita etiam quod aliæ proles ex eadem radice; hoc eſt honeſtimâ relictæ. Has inſpice, has intuere, gaudium ab illis & ſolatium ſume, quod dabunt, ſi vitam aliquam ijs Deus, & Parcæ

in

in aliquos tantum annos parcant. Habes, mi Linæe, non prolixas, sed à prolixo amore litteras; quem in te tuosq; nunquam deponam, neq; cum hanc vitam ponam. Vale ab eo qui te dejecit, iterum & citò erigende, quod corde eum rogo. Ad Olaum si invisis, de me insperge, valetudinem jam bonam aut brevi futuram. Et si ibi aliquid quod scire nos delectet aut juvet fac consortes. Malmog. Kal. Octob.

EPIST. LXXVIII.

Christianiam,

JOANNI ANDREÆ.

DE amore tuo diu scivi & prono faventióq; quodam sensu, nunc vidi in nupero ad vos adventu. Lætatus sum de serio in me affectu, eundem jam defero & devergente lance. Nec aliter causa est: in te sunt quæcunq; magnos omnes erectosq; alliceant, ingenium altum & supra istos annos, doctrina quæsita & pro meo sensu, puri placidiq; mores & vel ad antiquum ævum, & plura quàm nunc tangam; ut dolor meus sit alio loco ibi non esse, aliâ lege. Sed ævum hoc vides & morem in eo aut morbum: taceo. De me, alta illa contemno, te vellem & bonam etiam mentem habere in fortuna non bona aut magna. Deus

cum volet mutet, at nunquam meum in te amorem. Ille vel nunc eò deverget, ut nec divellam adhærentem. Nam ut pueri respectant eò semper & aspirant, ubi ad voluptatē omnia habent, & quæ prima illa ætas amat; ita mihi jam factum: conversatio vestra tàm amica retrahit ad se semper & reducit, nec suavitatem eam deponere ex animo adhuc fuit, etsi disjuncti sic sumus, sic erimus: ut vitam hanc non ducere tantùm sit suave apud tàm amicos, sed finire. Quod quia non datum, animo semper junctum habeatis, nec ulla dies aut vis disjungat. Quæ poscebas ad virum illum magnum, hic adjungo, utinam sint quæ debent & exspectationem expleant perlata. Ad laudem hanc & plausum omnes aspiramus; non valdè ego, excipio, si magni ipsi & laudati eum donent. Inter eos verò quis ante hunc mihi sit? Stirpem inspicio? juxta proceres est. Famam? ea altum petit & se tollit. Prudentiam & virtutem? utrâq; maximus est nec leviter, quem præponam, reperio in hoc ævo. Itaq; me erigit & excitat hac censurà: & jam demum scriptum id mihi placet cum sic vobis. Nec absistam hæc dare, quæ apud probas istas mentes proba. Nam judicia hæc iniqua dimoveant? nihil. Vos ab altiore venâ favete:

de

de plebe hac securus sum. Ut eadem fragrantia homines oblectat, vultures irritat & turbat: ita eadem virtus, magnos animos afficit, pravos non tangit aut movet. Hospitem ibi per te saluto, insignem & æstimatum mihi virum, cui gratias à me age pro benivolentiâ, comitate, affectu. non omitto parentem tuum, à te mihi carum. Malm.

EPIST. LXXIX.

JOANNI GEORGIO.

SI quisquam in eo tractu, mi Georgi, affectus meos possidet, eum te esse ex animi mei sensu possum fateri, ita me cepit humanitas tua & virtus, de quâ gustum sensi nuper, etsi transiens & per viam. Amica omnia inveni, & pro antiquo more & amore. In reditu adire volebas, nec ego sanè nolui. Alia vetabant, & subsistendi nec copia nec causa fuit, quod pro affectu in te meo dolet. Et quando iterum illuc iter, (erit spero brevi) te videbo, amplectar, nec affatui solùm sed mansioni dabo. Litteræ jam excusent, & animum in te ostendant, tu agnosce, me in tuum mitte, si non factum. De munere quod mihi fecisti, habeo pro dono ita caro quàm si gemmas à te vel aurum. Oblectat me hoc genus, & à puero affectum huc dedi. Mihi serva, & in occasione mitte. Ita tibi Mu-

ſæ noſtræ debebunt & carmen etiam, ſi aliud non ſit, in ἀντίδωρον ſolvant. Quid etiam? ab Heroe tuo nunc accepi, ut ego à vobis; in admirationem ivi cum legi, in amorem: illud ob ſcriptionem tam acrem, tam altam: iſtud ob effectum quem pleno modio it in me effuſum. Et noſcerem vel ſic ac viderem altum, magnum, ſupra eos annos, ſi aliter ignorarem. Nam ut urbis aut domus magnitudo in parvâ chartâ ſe prodit exſculpta; ſic animus & vena è tali ſcriptione. Et quem non attollat ac diffundat cum iſtos ab ortu alto & ſublimi dignos eo videat, & non jactantes majorum laudem ſolum ac lucem, ſed à ſe dare & incipere eam aptos cum poëtâ:

Perit omnis in illo
Nobilitas cujus laus eſt in origine ſola.

In eo non ſit, & plus gloriæ à ſtirpe hauſerit, an addiderit haud facile quis dicet. Quæ pro eo petebas hic mitto, utinam ſpem non fruſtrent inſpecta. Nam quod in magno ponit hoc neſcio quod doctrinæ in me eſt, metuo ne effectus ducit in errorem. Volui ſanè quædam in publicum, ſed juvenis & infirma adhuc tum mente aut annis. Quibus in lucrum reputem ſi venia ab hoc ævo dabitur, nedum

elogiorum iste acervus. At ille tamen calulum dat & cum magnis priscisq; scriptis iscet, Qui me novi, hoc scio hanc tam beignam censuram non meruisse, quam tamen egare mihi non possum esse gratam. Plures altem ita de me meisq; aut errent aut ceneant, nec in primis annis judicia ea morianur. Quidquid erit, addit ad reliqua ita stimulum, quo egere me cur negem ob censuras quorundam valdè à nobis aversas?

EPIST. LXXX.

Uraniam.

TYGIO PETRÆO, S.D.

DEbeo tibi, mi Petræe, & benivolentiæ tam amplæ tam effusæ, quam dedisti in immerentem, certè insperantem. Venus sanè & gratiæ loca illa vestra insident: multas terras lustravi & remotas, humanitatem ubiq; & meliores mentes, etiam non meliore cœlo inveni, nullibi magis quàm in eâ viâ, & te habui inter primos volentem in me & benignum, gratias jam habeo & habebo donec me hæc terra, referam etiam si occasio se dabit. A Georgio litteras inveni reversus te mittente, plenæ sunt in me affectus & puri amoris, nec potuerunt hanc mentem non delectare sic profusæ. Ego quod unum possum, amore non

erd

ero infra istum, & quidquid ab Eurialo Nisus sperare unquam potuit, à me habebit, nec erit ut fidem hanc frustrà tentet aut requirat. In notas illas nostras imminet & eas cupit? utinam desiderium expleant acceptæ, nam hic mitto. Vellet in hoc stili genere me persistere, nec probat demutare. Ejus punctum amor mihi donet, pauci sequantur & consentient, aut istis novis pretium aliquot ponant. Mihi leve alia sequi, si magnis visum, & si ijs visum non grave sic præstare. Sed omitto. De Fectelio jam audiveris ivisse ad plures & felicitatis illam metam. Ingenium fuit altum, rectum & candidius hac nostrâ nive, quod dolorem ijs jam auget, qui amarunt. Ego certè feci, & quamvis hic in aliâ vitâ, tamen in animo meo vivit & vivat quàm diu ego. Sed reliqua in vestrum adventum. Nam ita Laurentius mihi de te recepit, juvenis altus & sublimi mente. Fac & propera in hæc tranquilla loca, id enim jam sunt & à commercijs ac studijs remota. Apud me (ita jubeo) diverte sobrium, continentem, Sed qui tàm molliter, tàm magnoperè te amplectar, quàm Ulyssem ipsa olim Circe. Cistam quam reliqui, ad me deferat, qui has ad te, trade. P. Tygium amo, ante etiam inno-

innotui, si scribis corde à me saluta Malm.

EPIST. LXXXI.

Gudmandiam.

JOHANNI GOTHO S.D.

NIhil dubitavi, mi Gothe, quin gratum accideret, ad domum tuam & hospitium ire. Ita mihi notus & verò creditus verus tuus amor, tàm amica omnia tamen non speravi & supra vulgum hunc & mores qui certè abierunt ab illis priscis & alio ævo; In primis cum tâm diu nos non vidimus; & posuisse poterat vetus calor, dum per tam longa viarum & tàm diu absum. Sed id sic abfuit, ut etiam carior fuerim, quia post intervallum. Nec filius diu jactatus, & in longis dissitisq; locis ad matrem & suos gratior redit quàm ad te ego. Altiore hospitio usus sum; nunquam quod magis me cepit. Benè amori illi, qui sic in me vivit; nisi in te meus ab hac flammâ accensus, parum sim, qui sum virtutis & sapientiæ mysta. Gratias corde habeo, ore dico, pro benivolentiâ & affectu in me isto. A me si quid voles aut optes, scriptum factumq; cense in nullo fallam aut me subducam, si opes viresq; erunt.

Atq;

Atq; isthæc dicta te experiri & operis
& factis volo.

In longum hæc ferrem, si vena & stilus ferrent; jam illa delinquit, hic jacet aut se non attollit. Occupationes faciunt, quæ magnæ, & quis par non sum in hoc luctu. Ut scias quàm immaniter occupor (nam eo verbo utendum est) quindecies ad populum hic dixi, non octo adhuc diebus; qui instant, id sæpius fortasse poscant. Nam funera hic adhuc crebra, & ægroti sunt etiam nunc è collegis. Quid mirum, si nunquam vel serò ad famam venio? Nam commentarium meum in duos Evangelistas damnavi ad tenebras; non quod non placet, sed quia variæ inter Theologos lites; utinam non ludi, qui me terrent: laudem ego in alijs sequar, hic cum periculo obtinendam. Tu lætum illud ocium diu sic habe; & quietis Musis vaca. Tibi à fatis decretum.

——— jre per ora
Nomen in æternum.

Mihi non contigit vix contingat. Quod idem de alto eo juvene censeo, cujus versus donum mihi fecisti. Non sæpè nunc, ut ævum est, habemus hæc mella: in contemptum venit, in despectum melior omnis Musa; & ad

obvia tantum nunc imus aut vulgata. Hoc isti nunc cariores, quos video ad alta & recta sic affectare. Major opinione nostrâ illa vena & de eo verè clamem cum Poëta:

Ante annos animumq; gerit curamq;
virilem.

Tantum sic eat nec sistat nisi in meta. Sed tu litteras sic crebrò sic cultas mitte mihi excitando vel recreando. Nulli è nostris illuc eant, si sciam, cum quibus meæ non eant. Malmogiæ. ∞ Ic c. X V I.

EPIST. LXXXII.

Asloam.

NICOLAO CLAUDIO, Episcopo.

UT scribam, mi Claudi, & amicitiam jungam, aut petam, amor impellit quem jam antè in pectus hoc doctrinâ & de ea famâ velut philtro, immisisti. Famâ tantum? Imò aspectu & contactu. Portuæ enim innotuisti, me sublimior, sed virtus tua & gratia adolescentem adhuc cepit & arcto robustoq; nodo junxit. Longè postea abfui, latè erravi, sed vetus affectus firmiter mansit, nec te aut temporum aut locorum intervalla excusserunt. Hæres adhuc in hoc pectore, quod ostendere sæpè voluntas, occasio nondum fuit. Oblatam

nunc arripio. Est cur literas eò mittam, ad te unà placuit duplici causâ, & ut amorem indicem aut renovem, quòd scriptione eâ factum cupio, & ut negotium, quod illic habeo, si sine molestiâ tuâ potes, promoveas. Id tale est. Tingit se ibi his studijs (utinam imbueret & mergeret) adolescens nostras. Eò venit patre (quem optimum habet & magnum) non inscio tantùm sed invito, manet & præter spem & votum. Plures enim annos jam abfuit. votum nobis est, ut redeat ad te preces etiam ut efficias, si commodè potes si ingravatè. Ad te voca, persuade. Pater annis jam gravis revocat, amici desiderant, ego opto, omnes ei volumus, si veniet. Tu, mi Claudi, in hanc lætitiam nos da, ut sospitem læti lubentesq; habeamus. De statu meo, si in hoc ad amicitiam reditu aliquid voles: Cætera mediocriter agimus, nisi quòd inter eos, quibus Musæ & hæc studia pro spreto sunt. Morbi etiam & languores, quibus aliquot jam annos destinemur, fieri non potest, quin interdum turbent & tangant, nam quatuor tresvè hos autumnos fragiles valdè habemus & imbelles. Si de studijs, Commentatium in Matthæum, & plures libros sacros, paramus. Limam adhuc non dedi, ultimum laborem, qui maximè quidem mihi

in

in labore. Nam ſine eo longo diffuſo nihil dono, aut in pugnam ac aciem me mitto. Ævum hoc novi, rixas & deſcrepantia hæc judicia quæ obtinent, & ut rectam viam ſemper teneam (non enim unquam, cum Deo dicam, deflectam) videndum tamen, ut verbis & loco faciam oportunè. Quod moram & annos paſcat. De Epiſtolis intereà cogito. & ſtatim duas Centurias in guſtum dare. Haud ſcio quid prætereà in Poëticis iſtis permittam ad manus, & alijs quæ in prima ætate tenuerunt: Tu illi meo, ſi tenebunt ea loca adhuc, benignè meâ causâ fac & amplectere, ego te animo, & tuam, cui oſculum etiam per te mitto; Sed quale dare Caſtitas vellet, & ſumere ipſa Pudicitia. Malmogiæ Poſtr. Id. Octob. ꝏ Iↄ c.XVI. Exempla PERICULORUM ad te mittimus, ſpero perveniet, miſſuri brevi alia, in quib. ingenium & venam invenies.

EPIST. LXXXIII.

Asloam.

OLAO BOETIO. S.D.

IN famâ & favore eſſe hominum, mi Boëti, homo aſpirat, magis apud claros, & qui utrũq; abundè habent. Nam doctrinam & ſapientiam hoc ſequitur, & trahimur ad eam co-

lendam, eosq; qui sibi divinxerunt. Diu tibi facio, mi Boëti, prosequor amplectorq; grato faventiq; affectu, in tesseram & signum manum hanc habe, quam in id hîc inscribo. Quid tu? in animum amoremq; mitte, & locum aliquem inter caros tuos vel infimæ classis assigna. Hoc unum. Alterum quod te volo de L. Olao est, imbuit se ibi optimis artibus, felicem quod sub te, qui nihil dicis aut facis, quod non sit in exemplum. Parentem hîc habet virum magnum & inter Scaniæ nostræ lumina; præter mentem ejus fuit, præter expectationem, quod in loca ea iret; unum solatur quod te Rectorem invenit & Doctorem melioris ingenij & judicij virum, quod esse non potest nisi ejus bono. sed unicus est, parentibus in declivi ætate & ævo fessis. Videre ante obitum & amplecti desiderant; & vitam hanc certam, non dicam in annos, sed dies non habemus, votum eorum est, ut redeat, preces etiam ut dimittas, consilio juves & auxilio si usus. Si eum aliquod debitum ligat; (crediderim in tot annis quod ibi fuit) pro lubitu refundamus, pro lucro. Quid dilato? da hoc mihi, ut excites, instiges si tardat aut resistit: me si tua causâ quid possim lubentem iterum invenies & volentem. Ut scias,

OTIA

OTIA ET PERICULA nostra muneri mitto. Alia nunc non licet, in scrinijs enim adhuc pleraq; nostra. Parata mihi in suprema hac sapientia (Theologiam dico) quædam: Sed consilio differenda. Cætera profundere possumus, & ut adhuc calent à recenti manu in diem ferre. Ista præcipitanda non sunt, aut ante nonum annum, ut cum eo dicam, ad lucem tradenda: In Critica & his alijs studijs non ego, non alius, qui ante aut nunc famæ nos permittimus, extra culpam sumus; alibi aliud fallit & nos præterit, nec plenè perfectum aliquid prodit ad scientias has imperfectas. In istis aliter, exacta certaq; esse omnia debent, nec tantum benè dicta sed etiam cautè. Itaq; differri id omne debet quidquid ferè jam affectum & gestit exire. Tranius est adhuc ibi? Ubicunq;: Inter eos est, qui rem non speciem in doctrina habent. Saluere à me jube, dic calere in eum hanc mentem & spirare. Postr. Id. Octob. CIƆ IƆ c.XVI.

EPIST. LXXXIV.

Asloam.

LAURENTIO OLAO.

IN dolorem nos das hac absentia, mi Laurenti: votum & mentem huc tandem flecte, cogitatus dispone ad reditum, ad patriam, ad

tuos. Inter eos me ſcito & inter primos, qui te vel diligunt vel tangunt. Id ab amicitiâ eſt, quæ mihi cum tuis eſt ac fuit, ut tu ab illis. Tibi itaq; cupio, tua ſi poſſum promoveo, &, verè dicam, commoda tua ſupra mea habeo. Tu tantùm redi, & te Deo, patriæ, nobis crede, ille favebit, iſta ſedem dabit, honores, opes: nos juvabimus. Longi dies ſunt in tuum adventum, ſatis exilio, (quid aliud eſt?) ſatis erroribus ſic datum; diſcurrere, vagari, luſtrare quivis poteſt, tu ad meliora te da: quietem, Muſas, te ama. Vaga ac vulgata ſepone ac ſperne, etiam peregrinationes longiores. E re tua & uſu id erit. Ætas ita diſcedat, reliquæ vitæ parum ſic conſulis, amicos in te alienes, niſi audis, parenti canos inſpergas, quo invitó, non dicam inſcio, ibi hæres. Sed ut in eo maneam, ubicunq; tu terrarum, illum cogita, parentem dico, annos tuos, ævum hoc. Illum vides? nihil carius aut amœnius facies, quàm ut ferri te videat ad res arteſq; honeſtas. Iſtos? in flore ſunt & vernant, ætas ea ad omnia ſequax: quidquid jam infundis tenet, & diffundet olim ad tuam & patriæ laudem, quidquid jam videt, arripit, ſervat, niſi jam ſementem jacies, ſapientiæ dico & doctrinæ, meſſem fru-

ſtra

ſtrà exſpectes. Ad hoc deniq; attendis, ævum, in quo ſumus, turbidum eſt, & omnia in abſceſſu, & declinatione; non eſt tranquillitas, quies, integritas, quæ fuit: mihi crede, expedit, ut tempora nunc ſunt: Aonijs aquis (ut cum poëtis hoc dicam) non tingi tantùm, ſed imbui, & tu vel mergi velis. Nam inde robur & conſtantia in aſperis, felicitas & ſplendor in lætis. Ad utramq; autem fortunam te formes. Et ſi te literæ, neq; ſecunda ſupplantent, neq; triſtia deijciant, utraq; ſic diſcas cum modo ferre. In me habebis rectorem & ductorem, qui infundet. ad nos tantum animum verte & iter; Quod utinam tibi per te liceat, mihi libeat & juvet, vivere tecum & convictum diſponere ingenijs noſtris & inſtituendis & excitandis. Voveam ego, quid ex uſu ſit tu vide, & quacunq; tamen in terra me ama. Literas unà, licet pauci hodie eas. Vale, & de itinere aut manſione (ſed ſi nos amas, iſto) fac me ſcitiorem. Malm, poſtr. Id. Oct.

EPIST. LXXXV.

Ripas.

SEVERINO VELLEIO.

GRatulabor? mente feci, & nunc literis; etſi ſurrexiſſe in illam fortunam rumor

 adhuc

adhuc non ſcriptio tua mihi dicit, ſed gratulor & certum hunc rumorem quia valde opto, ſpero. Lætor ſuper eo reditu & manſione, amo quotquot eò produxerunt. at non hoc valdè, quod tu Portuæ nuper & tam propè, nec ad nos neq; litteris veniſti. Iraſcerer niſi amor retineret & ſiſteret. Sed feciſſes, ſi te novi, niſi ſubitus tuus & juſſu Regis (ita audio) abitus eripuiſſet hanc facultatem. Interius votum meum ſit, (quandò ita cedidit & tu non ad nos) Phunduſiam veſtram curſim ſemel & te in eâ viſere magnum tractus illius lumen. Valdè velim, & de te tuiſq; videre quæ opto. Et quid ſi nos illuc cum Tauſano, cum Martinio, cum ſorore ad æſtatem inſtantem? decrevi & animum ſic perfundere, ſpectandi te & tuos honeſtâ voluptate, & alios ibi magnos & plagas tractuſq; diu amatos nobis & cultos deſidero, nec me mei aut mea teneant; ſi tamen valetudo & fatum non ſiſtant. Multos annos has literas tracto & indefeſſè, ad levamentum aliquod & inducias hoc iter mihi ſumam. Deus ſucceſſum & fortunam det ad finiendum. Ab N.N. mihi ante hos dies litteræ, quæ de te habebant inſperſum. Quid cenſes? Melle & nectare non attramento ſcribit: Ita oblectantem quandam Vene-

rem

rem & amorem in me teq; ſpirant. Me affecit nec cariores à Principe v[illegible]ſent aut Rege. Surge Dania; Clara ſic aut nunquam futura à tam claris, tam cultis, In alijs admiror hanc elegantiam, & qui ſupra eam ætatem, in eo quomodo non faciam? qui juvenis, & in ijs, qui has Muſas deſpiciunt, & tingere ſe ijs ſatis putant, non imbuunt; nam quotus quiſq; in eâ altitudine, in his litteris ſe ſic dedit? Dicam quod cenſeo, & quod res eſt, alium mihi in hac juventute non dabis, qui ſic ſcribat, non inter eos qui litteras profitentur, & præferunt. penetravit in Muſarum hunc cœtum non adijt: nec ad patris tantum famam, ſed ſuper eam ſic veniat, etſi ille in ſummo fuit. Tu iſq; ita pergite æternum vos & familias eas facere, in quibus jam lucentes ſtellæ; Pergite me & mea ſic amare; in gratiâ apud alios ponere, ſed magnos altoſq;: & vos in eâ ſemper manete. Vale & perpetuum in hac mente geſta tu, penè ſcripſerim, perpetue. Certè doctrinâ jam effeciſti ut vita tua finiri poſſit non fama. Ea

Ibit in æternos non moritura dies.

quâ ſe ortus qua occaſus dilatant. Malm. ∞ Iↄ cXVI.

EPIST. LXXXVI.

Portuam.

CHRISTIANO FRISIO Cancellario.

CUm faventiâ hanc manum vide, nomen lege, & ignosce quòd ad te scribo sic altum, sic eminentem. Amor & ille duplex à me extorsit, sive quem tibi, sive quem patriæ debemus. Ad summa es evectus & culmen, quô hic nullum altius, nisi unum, Regis. Gratulari hunc honorem tibi, te patriæ debui. Illa enim meliorem invenire non potuit, cui salutem suam & se crederet, nec tu terram, cui te impendere & (id enim in te jam cadat) servire. Ad novos Reges dona olim ferebant devotionis signa, & ij à minimis etiam non spernebant. Imitor, mitto, quia absens, in novo munere quod magnus Rex tibi donavit, sed Versus, inclinati animi & amoris testes. Et quid aliud facerem? Alia ipse habes, das, sicubi usus, non sumis: talia magis mentem altam subeunt & tangunt, quod fama & æternitas ab istis. Reliqua post mortem nostra non sunt, alij ad se trahunt; talia nulli à nobis, & æterna sunt aut certè diuturna, & nos faciunt. Tu accipe, me unà in tuum favorem, qui tàm diu, tàm industriè studia hæc tracto, nec magnâ nisi à me ipso mercede. Tu

ut

ut animum & ingenium, ita voluntatem habe tollendi; id est, altam, indefessam. Cogita: magna laus, non esse tantum magnos & felices, sed fecisse: in me declara, alleva & tolle. Sic Deus te ad illa summa & æterna. Spes mea & vota in humili consistunt, nec optata ad alta & splendida mitto. Nam hæc mea beatitudo, in paruis esse beatum, da tantùm, ut te propitio regem habeam. Quidpuid erit, attentem tibi conatus meos approbare; quos dirigere deinceps in honorem patriæ & Regis mei, voluntas largiter mihi est, spero quòd & facultas. Venientes anni aliquid dabunt, DEUS mihi vires ad emoliendum det. Et hæc illi ac fatis permitto, longam tibi vitam & jucundam precatus, atq; ego,

ILLUSTRISSIME HEROS,

tuum pronum mihi favorem. Eum ad me da. Ita ad te Rex, & iste & æternus alter in ætatem, alter in ævum.

EPIST. LXXXVII.

SIGUARDO GRUBBIO, V.N.

LOngum nobis, mi Siguarde, durum sit te carere, & in dolorem jam est absentia, cum tàm diuturna. Nec pulli magis

gis dum adhuc parvi & in nido parentes diu absentes optant reverti, quàm nos jam te diu non visum, qui salvi & læti te salvo & præsente, mortui ferè & mœsti te absente & mœsto. nec Augusto olim magis acclamatum revertenti in urbem, quâm tibi hîc erit tacito quantumvis affectu & silenti. De Tito olim jactatum, delicium generis humani fuisse. Certè tu urbis tuæ & præfecturæ, quam uberem, amplam, magnam habes, & ita in eâ ab omnibus amorem, quos Deus aut Virtus amant. Desiderio hoc jam plures languent absentis, quibus, cum tu hîc,

gratior it dies
Et soles melius nitent.

In mente eram, ferè in viâ ad vos: Magnus Rosæcrantius invitat diu & requirit; & tu nunc ibi trahebas ante illum adhuc amplectendus. Sed quædam nunc ligant & tenent, etiam hæc hyems, nunc talis non sperata. Eâ tam durâ non commodum sit me commovere novum adhuc à morbo aut in eo, nam remittere eum debes scire non reliquisse, & in abscessu videtur & migratione, plenè non factum. Reditus tuus & ab eâ lætitiâ totum pellat, tu tantum ne differ aut prolonga. De

Gar

Carmine, quid per flexum sic ducis & velut timidè ac cunctanter rogas? Omnia in tuam gratiam volo, etiam discedere & abjungi:

——Si mors tua posset cedere morte
Et redemi vitâ si tua vita meâ.

Ita excitet cogatq; tua virtus & (quod rarum in eâ altitudine) in me favor: ad minora hæc officia cur volens non irem? Sed ne dilatem. quod volebas in VIVARIUM magni Regis, quod ibi paras, factum. Etsi subitò ac in calore, ut ejus placitum sit, ad tuam laudem opto. Vis ne etiam inscriptionem? nam talia magis huc faciunt. Habe, etsi hanc & illud ipse posses dare, ac alterum jam fecisti. Sed id adde, si ad salivam sit, utrumq; vivat & ævum ferat, voveo, & me tibi devoveo ill. me Heros clientem. Malmogiæ Id. Januar.

VIVARII Regis LEX
B. F.

Quisquis es STA, AUDI, SERVA
GENIUS LOCI sic EDICO.
K. I. DIANÆ hîc lucus est,
ACTÆON exesto:
Sed & NYPHARUM locus est
Et quid si VENERIS sed Musεæ?

Qui

Qui turbas te EFEER,
Heic ludunt, heic lavant, CERVOS
DAMAS fovent & ſervant,
Sed REGI.

K. II. Is dicavit,
Illis in ſedem, ſibi in fructum.
CICURIBUS clauſit
FERIS RECLUSIT;
ADITUM dedit,
EXITUM negavit.

K. III. Qui accedis, hîc SISTE;
TRANSIRE tibi jus eſto, non
INTRARE;
ADIRE licet
INIRE non licet;

K. IV. Si tamen hoc detur;
ARCUM prius pone & SCLO-
PETUM:
CANEM nec comitem habe, nec
FALCONEM.
OCULOS paſcere licet & ANIMUM:
Illos ad adſpectũ, hunc ad voluptatẽ.
Niſi ILLIS quidquid hîc vivit aut
volat, ne MORATO.
MANUM ſi effers ad PARTUM ca-
ve ſis, ad TACTUM licet ſed leviter:
Si aliter tibi volupe etiam PERIRE.

Quum

K. V. Quum VIVARIUM emensus es,
GRATUS esto, te Verte:
REGI VITAM, SALUTEM;
Illam longam, istam æternam
VOVE, & te ei DEVOVE.
Unà in TOGA bonam Mentem;
In SAGO Felicitatem, Victorias,
Triumphos,
HÆC in ætatem, ISTAM in ævum.
K. VI. Qui aliter FAXIT aut AUDET,
CLUSI occursa,
Imò VENATUS & SALTVVM
PRÆSES vindicato.
Habes? hoc etiam
QVIDQVID HEIC AGIS REX
VIDET.

EPIST. LXXXVIII.

Vejos.

GEORGIO CHRISTOPHORO.

LAtè ivi, mi Georgi, regna, terras, tractus vidi & lustravi, in ijs homines, regiones, urbes, & eas (sine superbiâ dicam) primas & præcipuas Europæ. Ibi multæ placuerunt, me devinxerunt amore, benivolentiâ, cultu, ad se traxerunt: nulla aut vestrâ, mi Georgi, illa ante omnes placita mihi & placet, & si ulla in his Scanijs ea affectus meos possi-

poſſidet. Multa huc invitant. Genius loci, homines, locus, benivolentia in me nupera (ſed quam tibi debeo) & plura quam hîc dicam, aut ſcribam. Genium inſpicio? altus, felix, alacer eſt, & ſumma præfert ac ſpondet. Jam qui tenent, virtutis amantes ſunt & cupidi, in Muſas & qui eas habent, neſcio quâ propenſione (in me vidi) inclinati. Ubiq; altitudo & alacritas quædam animorum ſe oſtendit, in difficili eo initio, quod mens præſagit ex uſu & commodo ſuſceptum & ſucceſſum fore ad ſpem & votum, imò & voluptatem veſtram. At ipſe locus quis? (extra jactantiam dicam) ſine pari. Ad fluvium formoſiſſimum, formoſiſſima planities, juxta illum imo in illo formoſiſſima urbium, quas Dania, Norvegia SUECIA videt. Non aſſentior, poſitu, mœnitione, culturâ, vijs & omni decentiâ, parem non habet aut ſuperiorem. In aliquo obſervavi, in univerſo nullam excedere: qui videt, ſuffragium ſententiæ meæ dabit. Ibi urbem; hoc eſt in medijs aquis & ut alteras Venetias: & in eam magnitudinem venire, ſplendorem, commertia (nam hæc quoq; mihi crede accident) priſcum ævum non negaſſet, ſed riſiſſet. Ego faveo, & ſurgere in frequentiam, opes, famam voveo,

veo, & culmen cœlo (erit si sic pergitis) inferre. Vides amorem meum in istam urbem, & qui mihi in te est, expressit: quo auspice videre mihi eam fuit & quidquid in eâ. Vide etiam signum. Panegyricum, quem in laudem vestram scripsi, & quasi omen rei ad summa venturæ, crescere, florere, tolli, te tuos, urbem & opto & ominor & altè suspiro. Tu in gratiâ me retine, apud consules senatumq; vestrum pone, magis (si fas appetere) apud Illustrem Sparræum, cui novos honores gratulamur & felices, longos, salutares in hoc & illo ævo, optamus. da ut me amet, fide & obsequio valdè in spe pronum & magnis ejus virtutibus addictum. Malm. XVI. Kalend. Jan.

EPIST. LXXXIX.

Ripm.

SEVERINO VELLEIO.

ITa Deus spes & optata tua dedit, mi Velleie, in portum duxit ab aliqua tempestate & motu, & Alcedonia jam non ostendit, sed in ea immisit. In alto otio es, in quiete, in patriâ, tuos ibi, & quidquid nobis carum, habes, gratulor, ut amorem etiam mei habeas velim foveamq;, nec derelinquat sic & obscuretur. Nam is nescio quomodò in suspicionem à te

nit, qui tàm diu nil ad me & tot meas, quartas à me hîc habes, ut tu à nobis, & ultimas si sic pergis. Tolle eum morem, te ad nos mitte & litteris affare, cum aliter vertamur. Immisisti te in hoc pectus, non emitto prius quàm vitalem auram. Sed nec sine responso me ad te diffundo. omitto. Historia Orcadica ubi tardat? quando lucem, nos eam habebimus? Emolire, & educ ab oblivione altas animas ac facta? da lucem illis, ut tibi des. Nomen id accendat, si aliud non sit; tu fructum velles? non spero, ut altum ingenium tuum & animus est. Tu vel sine eo decurre hanc viam, quò? ad sublimem famæ arcem. Ita debemus, aliter laudati tàm diu Cimbri ad Cimmerias tenebras eamus oblivionis. Nos etiam in his talibus, & aliqua dabimus in lucem, si Deus tamen mihi eam aliquantum: de successu hæc aut veniens ætas judicabit. Juvaret frui te & hos sermones serere, utinam & mihi calcare ea loca fas, & ibi tecum liberè & licenter etiam garrire animo facio, qui valdè in te pronus & jam nunc affectu & cogitatione fideliter se jungit. Nam ut aliter fiat ne nunc exspecta. Spem dedi postremis literis, sed spem; nunc ponenda ea, certè protollenda. Nam ego nec dum firmus. Labores hoc faciunt, per

quos

quos nec ipsi validi. sic eant. Excipio, si tuum ingenium habeant, hoc est, magnum indefessum. Septimana, quæ jam fluxit duodecies, eduxit ad dicendum, quæ sequetur, sæpiùs id est factura: certè minatur, In sano hoc alij mirentur, & quem una Theologia habet, quid in ægro sit, & qui ad tùm multa alia mentem mittit? Sed ne te celem, si longum sic sit,

——————— hoc evenit
In labore atq; in dolore, ut mors obrepat interim,

Ut cum Plauto meo hoc dicam: Hæc igitur me retrahunt & tardant ab ijs quæ vellem. An finem sit exspectare, & sortes firmasq; semel vires? status hic non valdè facit me sperare

Quidquid erit superanda omnis fortuna ferendo est.

Salve salve, amantem redama, & jam semel ostende. Malmogiæ CIↃ IↃ c XVI.

EPIST. XC.

Rosafontem.

CHRISTIANO MARIAGRIO,

GRatæ mihi tuæ literæ, etsi non omnia

 grata

grata continebant. Illud ſanè mœſtum de M. Paullo, vixiſſe. quid tamen eſt?

Debemur morti nos noſtraq́;

Fuit ingenium altum, inſigne, magnum, & longiore vitâ, ſed in bono ævo dignum. Nubes & mœſtitia temporum impendet, ij ſoli beati, quos ad beatas ſedes mittimus: non enim eijcimur, ſed ad alia & meliora loca invitamur, felices qui citò perveniunt. Et quis non hæc infima hæc terrea; hæc (ſed deſino) cum ſuperis & ſolidis permutet? Excuſa ut vis aut prætexe, in vinculis ſumus, dum hic ſumus: ſolvat, qui nos in ea miſit, & in libertatem aſſerat, ut poſſit, lethum mittat, ut eo velut vento perveniamus. Jucunda & ſperata omnia à nobis abeunt, & nos cum ijs: cur nollemus, noſtros non permittamus? Decretum à Deo quomodò & quando nobis hoc fiet, & ex uſu noſtro decretum. Quæ talia prudentiæ eſt ſcire, ſapientiæ ferre. De ſcriptiunculâ eâ non facio ut ſtatim ſenſum meum promam. Tu hoc vis cupidè magis in me quàm prudenter, & ſi ævum hoc noſti, non ultra urges. Quid in vitâ meâ ſit quod damnum habeat neglectum aut non tractum in lucem? Et ſi maximè in eâ ſit, ac quod ſcire alios juvet aut interſit, ambitiunculam habeat aut faſtum

ſtum minuta hæc & tenuia in ævum mittere. Animum aliquis habere poteſt juxta Reges ipſos aut Dynaſtas, & cupidinem ad Honeſtatem & virtutem. Occaſio eanon eſt exſerendi, magis cum fortuna ab alto omni conatu detrahit, ad vilia & minuta alligandum. Ut ſcintilla, etſi maxima, ſi materiam non habeat & ligna, quæ arripiat, ignem magnum non dabit aut diuturnum: ita in nobis eſt, animus ſit qui volet, cum abſint quæ exerceant, fama ſequi non poteſt aut aliquid in reliquum ævum ſpargendum. Ad alta & magna non permittimur, quia in tali loco non nati. Quacunq; tamen ſorte ſumus, tollere nos poſſumus & anſam præbere laudi, ſed ut facta ipſa, ita ea humilis & Hiſtoriâ non digna. Uniforme illud ac æquale ſcribere, dicere, quietum eſſe, quam famam mereatur, niſi illam ipſam ſcriptis & doctrinâ eâ propagatam, in ijs poſſumus & licet vivere. Hiſtoria magnis & Dynaſtis relinquenda. Fateor, *ut Coloſſi magnitudo* (verba Lipsî ſunt) *vel in brevi ſigillo ſe oſtendit*, ita virtutis circa parva & tenuia poſſe, cum naſcendi ordine aut fortunâ non licet ad altiora ire; Et laudandos non qui magna patrarunt tantùm, ſed qui vo-

iuerunt, si fortuna permisisset aut fatum, Tu tamen crede, quidquid hoc est factorum, quæ nos molimur, nulla apparitura, aut non magna, ad aliorum comparata. Alij potuerunt facere, de se & vitâ scribere cum veniâ cũ laude? breviter illi & per summa tantùm iuerunt. Ego diffusior eram, & addo confusior, ut in morbo, in melancholiâ, in alijs, quæ tûm non ad mentem: & magis est, ut Historiam sic dicas, quàm vitam. Ingressus non potui egredi, cùm volui, & finem facere ante annorum illum finem. Etsi uno die & non toto ea omnia fusa. Eum dirigere volui, qui in funere meo dicat, quando id erit: & in initio ipso vides, publicandi isto fine non factum, ad quem tu me ducis. Possem interludia mea eo velut corollario claudere, sed carpant alij magis quàm ignoscant, Et ego invidiam non provoco à se venturam, modò in lucem à me veniant eâ digna. nam ad alta tantùm & summa intenditur, alijs præteritis & velut non visis. Vos, qui mei aut in me proni, sic scripta legite; amicus mihi non est, qui publicata velit & typis sparsa. De Dallensi negotio, de Faxæo inijcis, optas: an etiam spem facis? non mihi. Fata aspera nos premunt, & prement, ut tempora adhuc se vertunt. Ego animo dives & sapientiæ decretis meâ

——meâ
Virtute me involvo, probamq;
Pauperiem sine dote quæro.

Multa in hoc ævo, non pro altis magnisq; ingenijs feramus, & sine præmio aut ejus expectatione boni simus. animum curabimus sedulò, imò tantum; reliqua Deo relinquamus, ei innitamur & virtuti, cui nos demus. CIↃ IↃ cXVI.

EPIST. XCI. *Rosafontem.*

BARTHOLOMÆO HANSENIO.

DUlces mihi tuæ literæ, mi Hanseni, hoc habuerunt acerbi, quòd mortuum nunciârunt, cui longam vitam omnes optassemus, & supra Priamum aut Sybillas. Quid tamen lugemus? quicunq; sumus, eò imus, & ut ævum jam est, gaudere in abitu nostrorū possumus, dolere vix debemus. Adversitates, lacrimæ, inconstantia rerum densè nos premunt aut cingunt, & meliora non restabunt: quis sapiens optet inter ista non dicam immortalē, sed longævum esse; aut suos diu sic videre? Ut nautæ, ubi ubi sunt, ad portum aspirant; ita nos debemus. nec queruntur illi nimis citò ad eum pervenisse, & cur nos faciemus, qui felicitatem tùm primùm tenebimus, cum eam stationem? Salus sic aspe-

xit, & sibi vindicavit : gratulabimur, non revocemus aut optemus. In valetudine tuâ affectâ mihi suspirium, in restitutâ lætor, & eam longam opto. De me idem licet nunciare; litavi tandem pro eâ firmâ, meliorem Dei beneficio sentio & restitutam. Hunc mensem totum non titubavit, nec spero facturam. Vires & ingenij vigor non est, qui fuit, Deus reddet, si salutare. Certè pœne fuit ut nos non vidissemus, antequam in æternis ijs locis. Vel in elapso meo natali, ut longius non eam, mihi vitæ ψυχικὰ μὲν ἐλπίς. Quàm certa de morte cogitatio! postremum eum mihi putabam, nec magis unquam peracturum. Et quod mireris, perscripsi quæ in funere vellem dici, quæ debebant, & viam ei prævivi, qui in eo me laudaret, ut mores jam sunt & pœnè leges. Et si contemno jam ipse qui scripsi, qui patravi, nam ut morbus tùm erat, & vena in eo turbida ac non læta, dilatavi nimis & per minuta etiam ivi, quod hæc terra non ferat, vix hoc ævum. Alium ista magis vellent scripsisse, quàm ut de me ipse. Quod illi tamen sciant nullum potuisse. Nam in magnos & altos oculos omnes mittimus, in facta, verba, mores inspicimus & servamus; in privatis non fit, & de se quisq; tantum scit. Nam ut

flam-

flamma aut ignis sensum & mentem semper ad se trahit conspectus, obscura negleguntur & latent: ita de claris & qui in sublimi sunt, non arduum referre. Nam ubi sunt, semper adsunt, qui observant, narrant, reliquis non visis aut attentis. Nec refert scribas ipse, an alij de te te narres spargenda, modò vera: & facilior postrema ea via ad fallendum, si qui ea non amant. Ego certè feci, & magnum aliquid dixi, nihil falsum: minus fortasse alibi quàm cum fide possem, & conscientiâ hac teste, ac eo, quem nihil latet. Sed tu arbitrare, nam hîc includo, & de te etiam hic lege intercurrente sæpè & insperso. Spero sine tua mala gratia inspecturum. Literas à Christophoro nostro lubens vidi, librum nondum legi, nec otium est per hos dies. Ab Alstedio multa in me amica nunciat, nimis me amat, mea tollit, scribam & amicitiam ineam. In Bageso miratum me licet dicam: jam diu doctis magnisq; insertum novi, sic altè ferri jam cognosco ex Epistola longa læta ad me data. Ut doleam esse qui inquietent & turbent. Etsi quid mirum sit? nam ut mare qui intrat & se permittit, fluctus exspectet: ita qui Rempub. tangit, hos motus. Quæ visum reponere hîc

habes in occasione submittenda. M. Christianum saluto virum summum, &

—*Cujus se pectore multa venustas*
Concidit;

sit & mihi in eo per te locus, in meo illi erit δι' αἰῶνος. Malmogiæ CIϽ IϽ c. XVI.

EPIST. XCII.

Rosefontem.

ANDREÆ SUENDIO.

IN dolore de te sumus, mi Suendi, quia tu es. luit re magnus tuus socer, quo omnes debemus (aiunt, abnuunt, in speramus non esse, jam certiora de eâ re habemus, sed certiora non lætiora. Quid tu jaces? â natura est & consuetudine, quæ ita suadent aut permittunt. Sed tu tempera, & quia eâ sapientiâ es, debes. Ut in prato aut Silvâ, cum densè floribus suis vernant, alij subitò & vix nati, alij serius, sed omnes moriuntur; sic in nostro hoc genere, in senectute multi cadunt, &, ut sic dicam, deflorent, plures eam non attingunt. Nec dolendum hic valdè, aut remittendum, nam qui ad felicitatem aspirat, etiam ad hanc metam debet. Quis non velit, & ad eam vitam non dicam volens, sed libens, ire? sive sortem nostram aspicit sive ævum hoc. Sortem; multa injucunda, gravia, adversa aspergit, & ut optimè in ea ce-

das

dat, rugæ, ventus, fumus est, præ aliâ illâ rectâ & verâ vitâ: & diem aliquem suavem aut lætû, plures amari & tristes excipiût & pellût. Jâ tempora si consideras, & ævum, in quod venimus, sic turbidû est, & non pro veteri formâ, ut neminē paulò majoris, &, ut sic scribam, altioris animi afficiet, vix abjectos & humiles eos delectat, aut sustentat, in hoc virtutis & literarum contemptu. Qui abit, adversa omnia post se relinquit;

Τὸ γὰρ θανεῖν κακῶν μέγιστον φάρμακον:

mori malorum nam remedium maximum. felix, qui instantia & impendentia mala effugit, & in portum it, ab his ventis & procellis tranquillum. Obvertas quidvis, quis, cum halcioniaDeus ostēdit, eligat jactari? fortes simus, dum hîc simus, obnitemur, & constantiâ nos muniamus; sed ijdem sequamur, & cum is ad se vocet, celeri pede imò aliis eò eamus, nostros non teneamus, aut revocemus ablatos. Vivere suave nobis sit, si Deo visum, & si illi visum, non insuave mori. Ego vitam hanc novi, & cupitor longæ illius nunquam ero, de te scio idem sentire, de tuis facies. Defunctos sæpè non vidisti tantùm, sed deduxisti: in alijs tibi non injuriû aut insolitum, nec in te erit. Vita hæc mare est, semper in motu, sæpè procellæ, iterumq;

tran-

tranquillitas & lepor. Tale in nobis, fluctuamus, dejicimur, curis lacrimis, & iterum hæc cum malacia & risu mutantur, de te spera, tristia jam habent, læta mox pellant, & oculis usurpabis amœniores multas luces. Me etiam imprimis, patriam enim cogito, in via te invisere & tu hæc ad multum sermonem libabimus. Jam incido. Vale, &, cum nihil hic firmi, nos in amore maneamus. Malmog. CIO IϽ cXVI.

EPIST. XCIII.

Asloam.

LAURENTIO OLAO. S. D.

OPtamus & exspectamus, mi Olae, jam tuum adventum. Nec ita Ulyssem suum Penelope, ut nos te vocamus. Scripsi in hanc rem ad te nuper; nunc iterum ut excitem & manus inijciam sic erranti. Amici ita optant, ego inter primos, sorores ad lacrimas vovent, parentes desiderio torquentur & languent.

Quare, si sapias, viam vorabis

diu inversari & hærere in ijs locis, quod commodum verum tibi gignat? veni ad quæ vota nostra te vocant. Auxilia nostra & voluntates non adsunt sed supersunt; Adsis tu tantum. Sed hoc autumno, qui jam in exitu est,

ut

ut fiat, nisi terra posses, quod magis suadeam, nam pericula maris & varios eventus sub hyemem non ignoras. si non antè, da ut in vere eoq; ineunte habeamus, & providum adhuc tùm te velim, in magno & longo eo itinere; aliàs casus varij interveniunt, inopinati, sæpè etiam insperantibus, & res nostras & nos ipsos sæpè invertunt aut turbant. Uno verbo, metam impone, & ad nos tuos ex longa peregrinatione redi: satis visioni; satis alijs datum; & facies, si scias quàm amplexum in adventum tuum laxamus:

Et non antè novis veniat mihi floribus æstas

velim, quàm tu ad nos venias non vocatus solùm, sed optatus. Lamb. Antonius estne ibi? Ad plures abisse opinio fuit, ac in vera jam vita diurnare. nam anni decem sunt, cùm nihil ab eo habui; nihil de eo, hoc est, ab adventu meo ad Scanos. Jam literæ ejus longæ, latæ, & in me pronæ eum, amorem, Ingenium, omnia superesse ostendunt & spirare. Atq; ut longum sit Deum oro & in annos. In me is amor adhuc aut major, non robur aut alacritas, quæ fuerunt. Valetudo jam libavit & fregit, quæ supra menses non amica, &

videor

videor sensim certò tamen ad metam ire aut certè non venire, quò animus & spes fuit, hoc est, ad sapientiæ & doctrinæ metam. Et is in magnis & summis tamen ponit? non è vulgo fateor & supra eum semper surgebam. Qui de altâ scientiâ & litteris præsumsit, mutet: medij in istis sumus. Occasio nunquam fuit ad Musas, nisi quam ipse feci, & ubi alij non sperarent. Quid mirum ad magna non venisse? si vita adhuc erit, & hi anni non me tollunt, ad optima vel nunc pleno gradu incedam. Nam ætas adhuc non gravat, in quâ parvâ adhuc sumus & vernanti. Sed omitto: ad eum hic includo, & tu trade, si adhuc ibi; si non, mitte. Vale, me ama, te & patriam magis, ac ad eam & te redi. Anconæ Kalend. Novemb.

EPIST. XCIV.

Rosafontem.

ALBERTO CORVINO.

LÆtitiam aspersisti ijs literis; dulces, non solùm charæ sunt, affectus magis qui dictavit: eum reddo pari vel auctiore modo, sumsi in te nunquam mutandum. pergamus tantùm in hac curâ, in virtute simul. Sed ô quàm paulatim ab eâ discedimus! quàm ad alia sed pejora delabimur. recta & proba à nobis

nobis abeunt, Fastus, jactantia, addam etiam inscitia succedunt. Quid nos? illa amabimus & asseramus, ista fugiamus & extincta aut mutata velimus, nec à recto flectamus, etiamsi à nobis omnia læta, Hæc talia mæsto, sed constanti animo videamus, & opem cum non possimus ferre, à Deo optemus. tollenda ad eum non suspiria tantùm, sed vota, & ipse animus optandus, ut feramus nec coacti, nec aversi, quæ emendare non possumus. meliora non restabunt, nisi cum ad meliora illa & æterna loca dabitur venire. Sed quomodò in hac Philosophiâ me mitto? occasio apud me erat, bilem mihi aliqui hic moverunt jam modò, jam in momento; inde hæc digressio. ad te redeo; ad literas, de valetudine quærunt, ea bona: de statu meo, is mutavit, & benè est quod fecit, ad optatum mea jam se vertūt. De Christ. Bertilino, is adhuc Hellisponti, brevi tamen discessurus. Ante mensem mihi ab eo literæ, quæ indicabant. Vindicam quales? melle non colore scriptas. Vena etiam languida aut sepulta suscitetur sic & vivat. Amavi semper ob inclinationem & cupidinem ad doctrinam, ad alta & honesta: nunc magis avidum ac ad ea euntem magis amo. Et verè dicam, menti huic suave videre terras istas,

sic

sic excoli, ac has velut stellas accendi, quæ post nos veteres hîc jam & paratos abire, eam illustrabunt. Is tuq; inter primos facietis aut à nullis unquam sperandum. Tantum scitè vos è vulgo non esse ingeniorum, surgere debere, atq; eò contendite. Ad superbiam non voco. Absit. Odi ego, cum Poëta principe, vel magis inferni portis. Te jubeo non hortor tantùm facere. Jam carmen tuum mihi nimis probum, nec voto melius optari potest. Invidiam tamen habeat me vivo, quam, si me audis, non provocemus. Profusùs in alios, temperans & parcus in me eris, qui tuus. Cornelium consulem quòd salvere tu avunculusq; jubetis. Ille verò salvus: nunc dudum à nobis discessit in æternam illam terram, idq; inexspectatâ morte. Nam à morbo jam liberum & plenè firmum recidiva sustulit nec opinata. Alia præsentes libabimus, Decrevi (si Deus vitam & valetudinem) Selandiam vestram, in ea urbem istam verè instante revisere, quò amor in eam terram & meos, sed & cupiditas aliqua, verè dico, vos iterum videndi invitat. Si erit, adeam, amplectar, vale. Mariagrium saluto, brevi fruar ἑνὸς τῶν ἀληθινῶν φίλων. Malmogiæ ꝏ Iↄc XVI.

EPIST. XCV.

Tyelseam.

JOANNI ANDREÆ. S.

IN lætitiam fuit de reditu tuo scire, magis quòd salvo & incolumi fato. Recreat & movet, quòd illic vivunt, & mei non memores tantùm sed volentes. Certè tales mea amare, mihi cupere (utrumq; tuæ dicunt) pluris facio,

Quàm si me liquidus Fortunæ rivus inauret:

Eos redamo, te pereo, annon ita trahat cogatq; tua virtus, sapientia, candor, & (quod magis tangit) in me cultus? quæ omnia meo sensu pectus tuum habent. feci, & faciam, quàm diu mihi erit, ut cum eo dicam,

— Ζώειν καὶ ὁρᾶν φάος ἠελίοιο,

—Spirare & cernere lumina solis.

De Avunculo tuo, dedi effectum quod volebas, in re aliâ maluissem, sed lætâ, & quod ipse legisset: sed ævum vides, in eo nubes & tempestates rerum & quæ mœror est cogitare; beati, qui cursum decurrerunt. Venti hîc, fumi, nugæ, â rebus serijs & rectis solitudo, adversa invalescunt, tædio & metu labimur, erigere nos debemus, qui aliquid scimus aut sa-

pimus & literis solari. sic tamen, ut, si evocemur, non resistamus, nec nostros revocemus præmissos. Hunc gratâ memoriâ prosequamur à se relictos amore. vale & vide.

BONÆ MEMORIÆ SACRUM.
PAULUS PETRÆUS,
DELITIUM SUÆ URBIS, DECUS MUSARUM,
INGENIO, SAPIENTIA, VIRTUTE:
SOL SUORUM, AMOR OMNIUM,
FELICI FATO EREPTUS,
ET LENI LETHE SOPITUS,
QUOD CLAUDI POTUIT HEIC DEPOSUIT;
CUM VIXISSET LUSTRA TREDECIM,
ANNUM UNUM:
O RELICTÆ DOLOR! TUUM, HOSPES, ADDE,
QVISQUIS MVSAS AMAS, IMO,
QUISQVIS VIRTVTEM AVT HVMANITATEM AMAS,
QVORVM ILLE MYSTA ERAT:
ABI, VOTA PONE, SI NON LACRIMAS.
MARGARETA SVENDI,
OLIM (HEV!) VXOR
B. M. P.

B. M. P.

VII. ID. NOVEMB. CIϽ IϽcXVI.

Ita ei monumentum meo ſenſu inſcribatis, & hoc cum antiquis, & cum ejus famâ. Carmen pauci legant, nullos capiet, & ſi unâ mitto. ſed vos â vulgò abite. Ita functus meretur, qui ſupra eam fuit. Aliam addo, alteram ei date, ſed meo animo primam.

QVISQVIS ES, STA; VIDE; NOSCE.

V. C.

PAVLO PETRÆO:

MAGNO, MVSARVM, HEROI,

MERO SECVLI ORNAMENTO,

AD ÆTERNITATEM, ET FAMAM, NATO:

QVEM PATRIA SIBI PRÆSIDIVM,

MVSÆ SOLATIVM;

HAE ET ILLA

LAETITVDINIS, GAVDII, CLARITATIS

MAGMENTVM HABVERVNT OMNES;

HVMANITATIS VIRTVTIS. EXEMPLVM:

QVVM MERITIS, PATRIAM; FACTIS DANIAM,

 FAMAM

FAMA EVROPAM IMPLEVISSET:
IN BONA SENECTA DENATO:
LONGIORE VITA, SED IN MELIORE ÆVO, DIGNO;
MARGARETA SVENDI,
HOS TITULOS; HOC MVNIMEN,
VT VLIXI, PENELOPE,
SACROS, ET, ÆTERNOS, DICAT,
VII. ID. NOVEMB. CIↃ Iↄ c. XVII.

Heus vis nunciem, in quo læteris? Cras celebro XXIIX. meum natalem, nisi quòd languor plenè adhuc non reliquit; Cætera hilaris ac lubens. Te invito ad cænam & voco, sed pro more meo & instituto tenuem, frugalem, & cum fame dimissuram. Si venias, lætitiam invenias, & ad quæ animus adsurgat. Jam exspecto, jam intra noctem tu veni.

EPIST. XCVI.

Antonam,

ANDREÆ BREMERO.

GAudium mihi in tuis literis & festinatâ hac scriptione; magis in amore, quem vivum, verum, in me ostendis. Ita mane (cur non dicam?) in merentem propensus, magis in Pietatem & Virtutem; quas & seculum coli magis vellet. Pervenisse te gaudeo, esse jam in optatis diu Musis spero. Certè debes,

debes, ut dies multæ sunt, postquam tu à nobis. Si non factum, diu ne differ, ad magna facti estis. nam Laurentium etiam includo, & si cultus accedat, ut cœpit, & rursus ad veram metam, mirum, si magna non dabitis, & paucis attingenda. Tantùm ita pergite, dona mentis & venæ vestræ ostendite, quæ largiter magnus ille Phœbus in vos contulit & effudit. In consortio nonnullus mihi metus, & ne flectaut alij, aut ad vana trahant. Vos cavete. Ut mulsum dulcedinem & saporem servat solum, mixtum amittit, nisi ex pari aut meliori addis: ita vobis erit, & vulgares, ac in quosvis proni, mutetis. cogitate, paucis & bonis assuescite: nisi facitis damnum olim & dolorem habituri. De me, spondeo tibi hunc affectum, non cum vivis tantùm, sed cum hîc non vivas, id est, verè vivas. Ad Wormij illas jam diu à me rescriptum. Hos tales colere non ego neglegens, & ille meretur non affectu tantùm, quem largitèr & sine modo it in me effusum; Sed ingenio, sed sapientiâ, sed lenitate, quæ tria apud summum illum virum summa. Spernam ego eum? non differam aut protollam: apud alios ut possum, in eum amor meus non quiescat, donec perpetuum tandem quiescam, & factis

 ver-

verbisq; declarem, ubi rescunq; feret. Atq; utinam assidua hæc functio concedat, brevi has tantùm, & vel in paucos dies profectiones: Solem hunc nunquam videam, nisi vos ibi citò viderem, & mulsum illum sermonum vestrorum biberem cupidâ mente. Sed nos ligamur. studia iterum pergunt, sed, quod ille ajebat, testudineum gradum. A discessu enim vestro supinus, & aliarum meditationum contemptim adhuc in litteris erro. Regulum ibi saluta, dic litteras accepisse; responsurū in brevi, nunc per alia non posse. Anconæ. Id. Decemb.

Priusquàm has obsignabam, alteræ postremæq; quæ allatæ huc nobis sunt. vidi ibi, quæ de me Amor tibi dictavit. Accipio, non quia affectus sic meretur tantùm, quem in me ostendis, sed quia vena & animi sublimitas, quam carmen totum præfert. Ita perge, utraq; illa orna, Venam dico & animum, sed omnia ad rectum modum. Vt arbores, preter fructum, folia etiam & flores habent, & quamvis carere istis sine damno possent, sine despectu non possent: Idem in studijs, ornatum ferunt & poscunt. sed qui fructum promoveat non retardet. Talem Poëticam habe, ut poscis cum modo habe, etiam meas laudes, quas tantas jam audio, sed non imbibo. Placet id studium

in juvene, sed non solum: si alia jungis, non laudem sed famam dabit. Heroi illi Di omnes benefaciant, qui sic ad me propendet, & ad laudem vult tractum: nam ita monita ejus interpretor, & dirigētia hęc præcepta. Amo amo à talibus viris profecta, quamvis non semper sequor. Nam de stilo tàm citò non muto, aut nova hęc pono. Ego sic judico ut in vultu pauci assimilant, & alius aliter pulcer est & formosus; ita in stilo esse nec discrepantiam aliquam damnandam, si à vitioso non sumat nimium, & planè pravo. Quod Lipsium non credo, non concedo fecisse. De N. verè censes: ingeniū magnum, erectum est: judicium est, ubi requiras: & addo ordinem, quem hæc talia poscunt. Vt claudam de istis, anni tui fugaces, nunc utere, notam sic eorum (nec enim aliud scripta sunt) relinque, quæ extet, cum non illi; ita meus in te amor etiam, cum ego non extabo.

EPIST. XCVII.

VVittebergam.

CANUTO ALAUDÆ.

TVas volens legi, & cum lætitiæ tactu, ita ego altis summisq; sim, ut tu & eæ, mihi caræ. Ita debes, ita literis etiam adire, quem animo soles: illum enim ad me mittis, scio, ut in me fuit ac est tuus amor. De valetudine tuâ

timui in afflictâ (audivimus huc) in restitutâ jam lætor. longum ita sit & ad senium. Gaudeo, te in studijs sic esse, atq; ibi esse in altâ illâ arce Musarum. Animo formando & judicio excolendo valdè est ea locorum hominumq; inspectio aut usurpatio. Gaudeo suscepisse, opto conficere. Sicut qui hortos colunt, arbores teneras adhuc movere à primo loco in alium solent, ut feliciùs & faustiùs crescant: sic juvenes ex usu est aliò alioq; transferri; &, ut apes, sapientiam latè imbibere, ut virtuti & honori magis jurgantur. Tu fac. Sed & finem cogita, qui est, tibi, tuis, patriæ prodesse. Sicut qui flores & herbas foràs legunt, domi spargunt, ut ij odorem & fragrantiam; ita debes doctrinæ & sapientiæ flores apud exteros quærere, domi spargere, & tibi alijsq; voluptatem & commodum dare; Ita natus es, ita à tuis destinatus; ut voto nostro, ut conceptæ spei fiat satis, à vano nihil trahe, ad utilia aut profutura non ad famosa aut splendida te mitte

ὁ χρήσιμ' εἰδὼς, οὐχ ὁ πολλ' εἰδὼς, σοφός,

Non multa, sed qui utilia novit, is sapit.

Ita lauream manu & capite feres, non ab invidiâ aut odio tollendam. De summo eo juvene

vene præter mentem fuit, præter votum, quod tàm diu dilatum. Musas testor, occasionem me non invenisse sæpè quæsitam. An aliter neglegerem, ut in me est fuitq; ejus amor? Nam Persæus mihi scribit de magnâ illâ inclinatione, & quàm sæpè effundit in meas laudes. In illâ lætor, & (pœnè dicam) triumpho, istas non agnosco. Nam quid sumus, mi Alauda, quid præstamus? morbus jam diu delibavit, si quid in me erat melioris illius venæ. Locus etiam, in quo sum, & functio retrahit ab ijs, quæ vellem. Nec conqueror valdè aut doleo:

Sæpè summa ingenia in occulto latent,

Ut ait Comicus; in me cur damnum sit tegi semper & ignorari? Diu habui adversos illos ventos, nec unquam occasio ad studia fuit, aut facultas, nisi quam ipse feci in servitijs, in castris, in alijs, quibus primam hanc ætatem dedi. & mirabuntur alij, si vitam meam unquam in scripta mittam, quòd à Vulgo unquam surrexi, & me levavi. Fatum meum est, frustrà resistam, aut ad alia aspirem. Vos, quos læta fortuna aspexit, ad altitudinem ipsi sic addite, & ad claritatem, quam à sanguine, ab opibus, ab alijs habetis, hanc quoq;

jungite doctrinæ & litterarum. Eâ viâ

—multis gloria terris
Tradat & omnes fama per urbes;

Vt cum Senecâ meo hoc dicam; sed iste nunc abit, & longior essem, nisi hoc esset. Malmog. ꝏ Iↄ c. XVI.

EPIST. XCVIII.

Asseroam.

NICOLAO OLAO.

ITa ego Musis sim, mi OLAE, ut mihi tuæ literæ valdè gratæ: volens legi, totas altæ, &, ut rem dicam, sublimioris in dolis ac doctrinæ. Conversatio tua suavis nuper & amica, nunc facta mittis quæ magnos ipsos caperent & devincirent. debere me tibi obstrictumq; esse & fateor & testor: exolvam, si Deus mihi vitam viresq; dabit. Nisi facio, à me abeo, & mores ac ingenium migro; Sed verbis parco, res ostendat. Stilum aliò verto. Ad Laurent: Olaum, ego nec ab ipso quicquam adhuc, nec de ipso. Sitio videre. Terrâ venire optem, securitatis aut lustrationis causa. Veniet, collum ei invadam, ad os apprimam & ad pectus, & Cyathos vel tum, vel nunquam, sumemus memoriæ vestræ.

vestræ. Literas ad eum dedi ante Septimanas, & spero reducent. Voveo ad optima pergere, non enim dicam ire, & ad candidam calcem pervenire. Deus hoc dabit; ego, cum venerit, juvabo, ducam, & invia demonstrem, & linguâ & stilo sistam ad salutarem metam. De Severinio penetravit imum hoc pectus, & commovit eâ humanitate infimas istas venas: se sic offert, officia ita addicit, & tàm ignoto, tàm immerenti, tâm remoto, ac qui non possim in commodum iterum & usum esse, cum sic disto. Nisi iterum in amorem ad eum eam, & liquescam, eum Deus ad me non ferat & dimittat. Amicas mentes, & in me pronas, alibi inveni, etiam non propiore terrâ, nullibi tàm profusam: & benigniorem inter meos vix possem sperare, etiam qui propius tangunt. Sed, ne cum damno hoc det, & in benivolentiam hanc sic se effundat, sciat jam me, quæcunq; sors erit, ejus esse, & ad omnia promptum, quæ in adstrictum cadere, quæ in devotum possunt. Nec prætercam aut omittam, si ad commodum ejus, ad honorem, ad voluptatem addere ac adferre in me erit, nec mihi amicus æternus ille erit,
nisi

nisi ego in eum ero æternum. De judicijs ijs parum in me amicis: Non morari te valdè velim, non moveri. An nos ex leges inter eos sumus, qui sunt, qui discesserunt? Omnes, qui altum spectare aut tendere proposuerunt (non dicam qui tendunt) mox adussit invidentiæ ille fumus. Sub oculos trahe priscos? invenies. qui nunc sunt? magis id fateare. Quid in me mirum sit? In Lipsium tamen indignor, non sedare adhuc livorem, qui solet nisi ad sepulchrum sequi. Cur autem? Sicut pueri plumbum, argentum, stannum uno loco habent, adulti discernunt: ita illi altas infimasq; scriptiones ex æquo laudant, & honorem respectumq; habent. Sæpè calculum ad ea donant, quæ apti altiq; arbitri non tollant à luto conspecta. Et de illo premant, ut volunt, non opprimant, aut tollant;

Ceu nescia falcis
Silva comas tollit, fructumq; exspirat in auras:

ita invulnerabilis in oras orbesq; eat, nullo ævo vel annis obliterandus. Linæum ibi saluto, quem jam diu habeo magnum, altiq; & melioris illius Phœbi germen: amplectere me animo. Malm. CIↃ IↃ c. XVI.

EPIST.

EPIST. XCIX.

Jenam.

MARTINO PERSÆO, JCto.

VIdi literas, vidi affectum tuum, & à tanto silentio & disjunctione spirare adhuc & vivere in te amorem, quem cum ego pono aut migro, etiam à me hæc vita, adeò te in hoc cor misisti. Et bis scripsisse & dedisse scito, post discessum tuum à nobis, sed Francofurtum, eò enim iturum dicebas. Grave fuit & in dolorem tàm diu nihil suavius pœnè in hoc anno accidisse. Jena te habet, quam hoc nomine magis amo, quòd tu sic amas: at non illud, in morbo sic esse, quamvis animus mihi dicit, jam surrexisse. Ita opto, & quia valdè cupio, spero. In meis quid factum? audivisti, aut sanè audies, antequam hæ ad te venient. In priotibus etiam scripsi nunc non iterandum. SYMMYSTA dedi, ut tu à nobis, nunc ad Regem aliquid, quod mittam si sit tanti. Discessisse magnum illum juvenem, valdè mihi contra votum. Amabam eum jam diu puræ mentis, nivei cordis, & destinabam eum in corruptâ hac nostrâ juventute velut Sydus. Sed hæc tristia, illud lætius, quod in me ibi tàm amici. Nam quid doni inde mittis ad immerentem, certè inspe-

insperantem? Non ita lætatur, qui in thesauros & gemmas, ut ego, quod in id devini, & ab ijs locis missum, ubi non videbatur sperandum. In multorum benivolentiâ sum gavisus, in nullâ ut in istâ: & irascor jam tibi, qui tàm diu de eo celasti. Doctrinis his tinctum hoc sciebam, de tàm magnâ & altâ non licuit rescire. Nam literæ ejus ostendunt inter tales esse, & jam in summo. Certè si quid ille de animo declarant, paucos ibi habet, non superiores sed pares, quamvis Musarum ille tractus & Phœbus ibi pullos spisse habet; ac

Ut amœna rosaria flores,

Lætor in illo amore, meum iterum addico æternum, & quidquid ab Eurialo sperari posset, aut Oreste. Quod idem Arumæo volo dictum & adscriptum. Nam Musæ omnes, qui illi ad me versus. Mentior, si à longo tempore Venam vidi magis cultam. Infusam Herculis profundâ scientiâ mentem illam oportet, à quâ fiunt tàm scita. Quidni dicam? periti pictores ex levi linearum ductu artificem agnoscunt. Ego à scriptiuncula virum. Saluta, ex has à me trade, ferrum si componant ad eorum aurum. Hæc scire te volui. Ego per te, quid Ramelij illic mei, & qui agant. Saluto, & animo amplector, quem

eis

tis diçavi. Bernequoum etiam ibi altum, eximium, & pro meâ mente, qui verè dicam, ut illa ætas est;

πάντ' ἐφύλαξε νόῳ πολυιδρείῃσιν;

prudenti vidit cognovitq; omnia mente.

dic cupientem ejus esse, & in ævum fore, Malmog: V. Kal. Decemb. ∞ Ic. XVI.

EPIST. C.

Asloam.

LAURENTIO OLAO.

ITerum scribo, sed invitus, videre mallem, affari, jungi. accepistine meas tàm crebras? non erit ut nullæ, licet in aliquo intervallo, penetrarint. Expecto, occurro, & amplexum pando ad tuum adventum. Siste te nobis. Terram eam hâc causa minus amo, quia tu sic amas; frui nunc aut nunquam debemus. Parentes tibi hîc, sorores, affines, & omnia, quæ naturæ ductu ames: ego inter eos, qui foveam & formem, & apud quem eris rebus bonis, etsi non laxis, pro meo tamen voto magnis. Si tamen mora adhuc erit, & tardes, Deum & Musas ibi cogita, ut sis etiã, cum non sis, & vivas in omne ævum. in literis jam vive & ad Parnassum non i, sed propera, sed per rectam viã, quam pauci ibi ingressi. Ut possis, excerpe te turbæ, paucis altisq; junge, Nomen tuũ vide;

à lauru

à lauru est, merere: & facies, si ad alta & honesta aspires, ego juvabo; sed si ipse te & dignum geris ortu, à quo es. Hoc hortor, hoc opto, mi Olae, & si literas (neq; enim aliter) me amare, ego te æternum ac tuos. Vale & semel scito, nobis injucunda absentia tua sic longa. Malmogiæ. CIↃ IↃ c. XVI.



EPISTOLARUM
CENTURIA
II.

Ad Magnum Heroëm
LAVONEM UR-
NÆVM.



ROSTOCHI
Curante Jo. HALLERVORDIO.
ANNO M DC XXIII.

ILLUSTRI V.

LAVONI URNAEO,

Montis Beltici

DOMINO,

Et magno Scaniæ

PRAETORI;

BERTILUS CANUTUS

D. C. Q.



Unus aliquod ad te mittere affectus cultusq; signum, diu
—— κέλεταί δέ με θυμός·
—jubet me mens animusq;.
amor ac beneficia huc ducunt, ille in me largus, ista multa. alijs enim super alia me cumulas, nec scio facilè magis promptum in me, magis pronum, aut cui debeam hunc honorem, Vitam tuam inspicio? ea juxta Socrates omnes aut Catones. ortum? eo es in summo. Ingenium & doctrinam? splendes inter Daniæ primos, & in magno ac illustri statu, amplexas semel Musas non dimittis, & (verè de te proclamem)


Aut

Aut curam impendes populis aut otia Musis;

Prætoritiam poteſtatem ſuſtines, arduum & addam invidioſum munus, & in quo, non dicam, laudem mereri, ſed iras vitare non facilè. Quod tu tamen, longum jam tempus eſt, cùm ita geris, ut talem hîc optare ſemper poſſint, vix ſperare. judicia hæc tractas & cauſas, tàm diligenter quàm tuas, tàm devotè quàm ſacras, & quæ magnum illud cœlum tangant. Quod ab iſtis curis vacuum habes, ad ſtudia confers & litteras, & ſapienti hoc limen non adijſti ſed penetraſti, & ſupra multos, quos hoc ævum dedit, in eo culmine: in uno aliquo pares habeas, aut, ne fallam, ſimiles; qui in omnib. ſit, non novi; ita bibiſti noſtros fontes, non libaſti. Venam & Verſus videmus? illa fluida, iſti elegantes, ut ſi mea poſteritas ſic amet, ut ego iſtos, non aliud precium optem, aut certè non majus ſcriptioni meæ. Melodias tuas? (novum non rarum tantum in tali ſtirpe) fateor melius hîc non vidiſſe ab aliquot annis, & habeo (ex animo ſcribo) ut Mœonij ſcripta Rex ille magnus. Ad alia flectam? quæ multa magna ubiq; ad me dediſti; amo ac (qui affectus paucis à me

datur) miror. Ita sententiarum sanguis & color hîc spirat, sine cerussâ & fuco, & plenæ eæ non suavitate quâdam solùm, sed dicam ambrosiâ. Quid quòd Theologicas etiam scriptiones à te vidi? ad quas nos solentes hîc & veteres nihil addamus aut mutemus, atq; utinam plures huc irent, & in rectam viam, non de pietate tàm varij hodiè sensus & dissensus. Date mihi alium ad has laudes, ab ævo prisco, cum flos & acumen ingeniorum fuit. Vix aliqua ætas ferat aut tulit, in eo gradu, qui huc contingat, vix qui accedat, certè non in hoc solo & munere, sed desino. mirari ista malo, quàm laudare. ad me & librum redeo. Vtrumq; tibi dedico, me in virtutes tuas largitèr proclinatum, illum impolitum, &, ut genus hoc est, à cultu nudum. Sed tibi consecro & debeo, utinam laudis tuæ tàm æternum, quàm mei amoris fideiq; devotum monimentum. Malmogiæ

CIϽ IϽc.XVII.



INDEX.

INDEX EPISTOLARUM CENTURIAE. II.

S 3 Io.

EPISTO-



BERTILI CANUTI

EPISTOLARUM CENTURIA II.

EPIST. I.

Lovanium.

ERYCIO PUTEANO V. C.



Uod in hilaritate suavis concentus, hoc mihi tuæ literæ, mi Puteane; surrexi, &, ut ad aspersam frigidam deficientes, respiravi, ita recrearunt & lætitiæ imbuerunt magno sensu. Quid Versus? juro tibi non vidisse suaviores aut doctiores hoc ævo, nec me aut mea posteritas magis amet, quàm ego istos: quod voveam, si Deus aures votis meis donet. Sed ne dilatem, in gaudium me das, qui ad meas sic ultrò, sic amanter respondes, amorem sic defers & poscis. Capio doq; & vel gelidum lentumq; pectus moveat ea demissio & candor ad tàm humilem, tàm obscu-

rum, tàm insperantem. Hæc apud me quid effecerunt? illud,

Pocula lethaos ut si ducentia somnos

sumam; non oblivio tui capiet, nec humanitatis tàm diffusæ. Mors propè aut longè absit. veniat, me auferat; amorem tui non debet, menti inclusum secum illa ad beata loca (ita opto) ferat. Sed supra eam jam sum: mortem dico, à te sic laudatus, & verè quod scribis, æternus sum. Apollo sum, sed à te, qui sic jungis; & ut lunam Sol accendit, ita tu me radijs tuis, & clarore aliter obscurum. Non enim sunt mea, quæ dicis, neglegenter & animo aut manu parùm alacri scribo, & Venerem fortè habent non splendorem. Cupido aliqua est & voluntas ad sapientiam & virtutem, sed non pro eâ laude aut precio, quod mihi affectus & amor tuus indixit. Quid tamen dissimulem? dulce in longinquis illis oris mea aut me nosci. Quid accipi aut laudari? quid à viris tàm prudentibus & magnis? dulce & affirmo tibi, attollit, non in fastum, aut jactantiam (absit) sed solatium & constantiam, atq; ut reliqua etiam spatia in hoc sapientiæ campo decurram. De imagine tuâ, cariorem habui, quàm si aurum à te aut gemmas, & verè dicam, ad os appressi & ad

pectus,

pectus, nec donum carius ad me datum hoc anno, in quo ſic te video, cùm non video. Meam remitterem? non meruit in ære, per id in oris alijs eſſe. nec cultum in eâ quidquam aut clarum. in animo aliquid eſt, quod magnum ſit, ſed minus opinione veſtrâ qui favetis, & ſi quid ſum, introrſum ſum, ibi fortè decor aliquis circumfunditur, & mihi adeſt, in geſtu, vitâ, verbis, nihil ſplendidum aut ad ſuperbiam, & mores hujus ævi. Tu utrobiq; habes, quod Puteanum decet, hoc eſt, doctorum Principem. Ille enim es, & eris quàm diu literæ & ſtudia. ſed nolo hæc apud te. Ad finem. Deſiderium excitâſti eâ ſcriptione; imple, & ſæpè ad me ſic veni, ut ſaties. De Dipſade ſerpente ajunt, quòd inde læſi perpetuam ſitim habent, & potu non extinguunt, ſed irritant: ſic mihi à ſuaviſſimâ hac Epiſtolâ factum. tù rivos ad me duc, & ſapientiæ tuæ rorem huc ſparge; felicem me ſic facies & æternum, ut te & tuam ille Æternus voveo, & talem hunc amorem. Anconæ. X. Kal. Apr. quo die tuas accepi. ꝏ Iↄ c. XVII.

Heus tu, Epiſtolarum centuriam Auſpicalem hîc emitto, & jam in eo ſum, ne

 lon-

longiùs etiam producam. Quid despicies? credo, & ita mereor, qui post te & Lipsium audeo, causas habeo, quæ eò trahunt, unam dabo in gustum & periculum, vel tres jam possem. Cur non facio, & semel damnor aut laudor; Typographi apud nos parùm scientes aut periti, id avertit. Si Flavium aliquem habeam, lubentem id faceret & excitaret. Poëtam eum video & vin' dicam? supra multos. Tu à me saluta, & si fas tempera ac junge.

EPIST. II.

Heidelbergam.

JANO GRUTERO. V.C.

A remotis & dissitis his terris litteras etiam habe, doctrina tua & de eâ famâ elicuerunt, amoris & animi in te proni testandi causâ. Multa à te vidi, pleraq; legi, placuerunt. Voluptas ibi, non solùm fructus mihi crevit; veneratio & affectus in authorem se junxit. Quomodò non inclinem, qui litteras tâm diu, tàm industriè tractas, & ad posteros signa mittis? facio, daretur modò sæpiùs, daretur propius vobis frui. Dulce huic animo foret, & talibus convivere, judicia miscere, Sed vix est ut sperem: functio ista me non tenet, sed ligat, nec permittit, mentem aliquò mittere.

Absq;

Absq; eâ esset, in optatis foret, imò in facto celeri curru ad vos volare, videre tractus & terras in quibus litteræ, &, qui eas præferunt, sic florent. Quid videre? imò pectori applicare, collo astringere, te, mi Grutere, inter primos, ad cujus mentionem etiam moveor sæpè & liquesco. Sed si me video, si meos, non datur. Illud tamen, animi alà visere, affari; jungi; id est, supremâ & meliore parte nostri. Et ego voluptatis hac umbrâ me pascam, quia verà non licet, non licebit. Fatum meum vetat; jubet inter tædia & hos labores senescere: si tamen hoc datur, & non lethum antè me tollit, quidquid aut ubi erit, affectum meum ex eo habe magnum, stabilem, & ferro ac ære firmiorem. Tu ejus aliquam auram ad me mitte; si non merentem certè cupientem. Ita Deus ad te felicitatem & quidquid speras. Vale V. C. & semper Pyladæum in modum meus. Malmogiæ III. Id Martij. ꝏ Iↄ c. XVII.

EPIST. III.

Assertoam.

NICOLAO OLAO. S. mitto.

Citius abijt quàm advenit, hoc est, moram non posuit, qui has ad te fert. Quia tamen illuc voluit, placuit has ipsi ad te dare bre-

breves potiùs quàm nullas. Valemus ego, tui liberi, te optamus. ad vos etiam aſpiramus, & erit hoc in æſtatem. Illi eunt, quò debent, ad virtutem & ea quò deſtinaſti. Lætitiam tibi debent, & dabunt, ſi ſic pergant. Quid etiam? de me audiviſti aliò evocando? ne metue. Mihi tàm certum & firmum hac ætate ad alta; id eſt, mala non aſpirare, quàm ad ſupera illa aliquando ire. Quando tantùm dies ille aderit, qui nos ab his inferis auferat, melioribus terris ſedibuſq; dabit. Ibi votum, ordinem, locumq; habere, & inter illos verè magnos cenſeri. Hîc nil opus. Sed dedi literas de iſtis ante hos dies ad Linæum. quid ijs factum? nam ego nihil à vobis ab eô tempore, nihil de vobis. Noſtra ex Horatio credo legiſti, nunc alia damus, & intra ſeptimanas videbis. Etſi ſcriptio ſubita, & nata mihi per remiſſiones, ut ſtilus ipſe inſtillet. Sed feſtinat, qui ferat, & poſcit. Salve, Salve. Malm. CIↃ IↃ c. XVII.

Laurentius ubi ſic tardat, mecum nunc ſit ut volet & quando. volet.

EPIST.

EPIST. IV.

Merzamo.

ZACHARIÆ LINÆO. S.

DAbo te in gaudium, si amorem tuum novi, mi Linæe. quâ re? meô ad te adventu. spem certo do. ante feci? nunc non erit ut fallam. Statui (si Deus & fatum) in Bergiam iterum venire, visendi & regustandi causâ. quando? sub primam æstatem me illuc dabo, lubet esse in novo vere apud vos tàm novos, tàm volentes amicos. Meus Olaus cò invitat in primis, sed etiam viri quidam proceres vocant, & vos tàm faventes trahitis: certò in aditu videndi; & tùm de occupationibus, litteris, institutis, garritus nobis sit vel in galli cantum, si dies non suppetit. Hæc præmitto, ut plenioris sermonis promulsidem. DEus det me implere te, mi Linæe, incolumem amplecti. CIↃ Iↄ c. XVII.

EPIST. V.

Montem Belticum.

LAVONI URNÆO.

TVas tradidit, mi LAVO, cui tu, ipso aspectu delectatus sum. Quid cum legi? affirmo tibi arrisisse, & motum me, ac admiratum esse. Eam suavitatem cadere in tàm altum,

altum, in Heroëm, suave fuit & ad hanc mentem, illud magis in eâ fortunâ me tibi curæ adhuc esse, ut etiam hunc honorem mihi habeas litterarum. Dania nostra vel hoc nomine etiam magna, quòd tales quosdam, sed quosdam in eâ altitudine habeat, qui litteras sic amant & habent, in amore etiam istos, qui præferunt; ita perge. Musæ languent, & invalescunt, qui eas & sapientiam extincta volunt. tu non permitte cadere, aut abire à nobis hanc laudem. nulli rei minor quàm artibus ingenijsq; honor, sed apud hunc vulgum. me non deijciet, etsi multos, aut ad alia porrò mittat. Sum in litteratis militiæ sacræ castris, Deo & Musis dicatus, & ero quàmdiu hîc ero. Crescit earum cultus cum ipsis annis, nec transfuga unquam ad remissiones ullas aut vana ibo. Animus est, ejus ingenijq; dotibus ornamentisq; magis quâm fortunæ eminere. quia ista vana, levia nihili. Sola illa firma æterna. Optem in sermone hæc tecum delibare, & fiet, si valetudo, aut fatum meum Montem Belticum non invidet, ipsum videbo, te amplectar. Valdè meus Genius eò dùcit, qui ea loca, & te, nescio, quâ naturæ inclinatione amat. Quod significare cultus hic animi adegit, animi perpetuum ad te pro-

propenſi, ita mihi propitius ſit ille Perpetuus. SYMMICTA noſtra ad te mitto, cenſe, me & ea ama ſic proba. Malm. VII. Kal. Ap. ∞ Iↄ c. XVII.

EPIST. VI.

Amonæ,

JOANNI TAUSANO.

DIſſenſus mihi tecum eſt, mi Tauſare, magnus ſed jucundus,

——ἔρις τε φίλη πόλεμοί τε μάχαι τε,

——*lis & amica & pugnæ bellaq; blanda;*

de Grammaticis preſſè ſequendis, deq; non ſequendis, niſi cùm illi rectam viam. Tu illud præfers, ego iſtud. ſermones jam miſcuimus ſuaves, delectantes, & qui me affecerunt; niſi quod nimiùm illis das, & Deos facis, à quib. abire nefas ſit, etiam cùm illi à recto. Non conſentio. nihil in nobis perfectum, nec artes quas diſcimus aut docemus. Cottidiè videmus alia ab alijs emendari, & multa veteres pro vero habuerunt, quæ hæc aut prior ætas vidit, non eſſe. Grammatica omnib. numeris abſoluta, & ſola ſine labe? & in quâ non æquum ſit aliquid addi, demi, mutari, poſt antiquos? errat non qui pro eo pugnet, ſed dicet. quid Senatores, Principes olim iviſtis

stis in hanc arenam, & tu Scaliger, Lipsi, qui mihi non infra illum magnum & altum sanguinem, quid invertistis hunc agrum & runcastis, si nihil in eo impuri? Invenerunt, mi Tausane, quod ibi juvarent, ante & post illos multi, & nos faciemus, si oculos aperiamus. ut enim hortos & flores qui depurgant, etsi intenti sint, aliquid non vident aut prætereunt: ita ibi fit, & non manipuli, sed mergites adhuc relicti. Labuntur, qui hoc genus extra lapsum putant. Frischlinus dedit in lucem inter novos non esse. Errores multos ostendit, aliquos non vidit, per quosdam parùm cautè ivit; & fecisset, si acerbitas abfuisset, & de iracundiâ non sumsisset. Sed ne circumeam quidquid damnaturi me Orbilij nostri sunt; illud dico, magnus nunquam erit, cui Grammatici ita magni, ut dissentire non liceat & deflectere cum illi à veritate. Per me tamen sint, qui sunt, & ligent se suis decretis, modò non me. non servio aut sequor, ubi rectum judicium aliter suadet. & rationi magis dabo quàm consuetudini. Vnum nobis tangam; (otium enim mihi & libentia) unde dissidium nobis factum, & hnnc campum decurram stilo libentiùs quàm linguâ. sed breviter, & nec multa dicam, nec omnia quæ hîc possem.

Di-

Dictiones ad plures formas sæpè eunt & se variant. aliquæ etiam migrant. In ijs FAMES. Quintæ olim fuit, nunc in tertiam flexit. Illi hinc decretam, quod violare non fas sit *ablativum ejus produci*. & si quæstio est: an liceat producere? accedo, si brevem ponere interdicunt & vetant. habeo eo loco quo est; id est pronugis. In Quintâ (ut melius me capies) declinatione, longum cum priscis: In Tertiâ brevem sine vitio ponas. Ego jam facio & exemplo præ eo, quod alij sed docti & qui harum Musarum aut sequamur aut probent. Cum enim declinationem, etiam naturam mutavit aut debuit. Vis exemplum? dabo, in alio verbo, sed eâdem litterâ. *Feruere* ad secundam (cur consuetam vocem spernam) conjugationem inflectunt. Usus ad Tertiam etiam duxit, utrobiq; exempla. Sed tu mihi ejus Imperativum in istâ non brevem scribas? etsi in illâ longum. In aliâ dictione non licitum idem aut liberum? firmo hoc ex Martiale:

Si quando veniâ quærant? responde Poëta
Exierat, veniet cùm Citharœdus erit.

Observa in tertio ibi breve, quod in secundo ordine semper productum. Nam & hoc verbum ab isto aliquando abire, Raderus ad Mar-

tialem acutiſſimè vidit & monuit, & illud c
tavit in hanc rem non inſcitè:

----- toto reſpondere cœlo.

Adeò ab E longo ad breve facilis lapſus,
idem in unâ dictione alibi utramq; affecti
nem admittit. In *Victus* in alijs vides. Jam
quod in uno, & in alijs debemus aut poſſ
mus. at exempla ſunt aliter? rideo. illis
Quintâ iſtud, mihi in Tertiâ hoc licebit ſi lib
bit. Quotquot hactenus produxerunt,
priſcum modum & declinationem non reſp
xerunt tantum, ſed in eâ retinuerunt; niſi
cerunt, errarunt. Ut regna & ditiones ſuas
ges & mores habent, aliæ ab alijs diverſos; du
in illis es, ad iſtos te formas, & ut terras, it
conſuetudinem & mores ponis aut ſumis:
hîc fit, novam quantitatem cum inflexu ſu
ſit aut oportuit. Et in aliam gentem cum
nimus (maneam in eâdem imagine) retinen
aliquando habitum & veſtitum antiquum
paulatim ponimus, & aſſueſcimus ad ea, in
quæ ſumus. Ita ablativum hoc verbum,
mus, longum habuiſſe, etſi ad alium mod
juit. Jam ponere & migrare eam affection
juſtam, non tantum decorum ſit. Fluvij c
in mare veniunt, ſalſuginem ſumunt, p

rem & nativum ſaporem amittunt. Ita dictiones variant, quod dixi, & in alias formaſſe flectunt, mox ijs aſſimilant, quibus ſe jungunt. abijt à quintâ inflectione *fames*, etiam à conſuetudine poteſt, *Pater*, *Mater*, *ego*. & alia apud Græcos ultimam producunt Latini ad ſe traxerunt, & eo abſceſſu in aliam quantitatem. Addo diſſenſum etiam aliquem in talibus nō improbari, ſi citra convitium & iram. In *Edonius* ſecundam longam Virg. Propert: quia ab ἠδωνοί. Lucanus, Ovid. brevem ponunt, quod vocem latinam tùm factam ab origine abire non nefas aut indecorum; ſervire eſſet. Idem in *Crepida Scoria Polypus* vide. ſed Martialem adducis?

Quod ſi contigerit fame peribis.

Jam dixi, *Senati, ſumpti, tumulti*, ad Plautinum ævum inflectunt Bembus & alij longè poſt id ævum. Martiali aut alijs idem non liceat? ſi animus (ut pertinaces ſolent) nihil largiri, ad cæſuram hîc te ducam, quæ quam licentiam in Hexametro, etiam in Hendecaſyllabo cur non habeat? ſed rumpo hoc filum, niſi quod illud addo, quidquid horum ſit, errent, alij oſtendant:

Grammaticos contrà relligioſus amas.

Verba tua audis, nimia in hanc rem, mi T
ſane, nimia. amo tecum (pecco niſi facio) c
tum & religionem non volo, non debeo
dicere. Deo hoc verbum damus, & magnum
lud cœlum tangit. Iſtis vilius aliquod ſuff
& è terrâ. Coronidis etiam loco pono, qu
Prudentius ipſum nominativum brevem:

Pignoribus ſpoliatq; ſuos fames impr
nato.;

an conſentio? ignoſco magis quàm carpo,
tis & nimium ſenſum meum ita habes. H
unà amorem utrumq; non fallentem aut p
vum. Vale, & ſcito, ijs hæc ſcripta, non
præceptum id dederunt, ſed qui malè utun
& contra eorum mentem, produci hunc al
tivum juſſerunt: non juſſerunt, nunquam
ripi, ſi alius videret poſſe. Scripſi ad lychn
& feſtinanter, ſtatim ut à te diſceſſi. lectu
quæro, pono ſtylum; tu ſalve & dormi.
IↃC XVII.

EPIST. VII.

Malm

FADERO MATTHIÆ Con

AD læta veſtra & hilaritatem non inv
tantum, ſed trahis: gratum habeo, (a
rem enim id oſtendit) ut tu, quæſo, Epiſto

q

quam qro me ſiſto&excuſationem. Non enim venio, tu cauſam vis. diſtractio eſt, quæ cauſam ibi ſumat. Scio mores noſtros cum tot jungimur, ſcio ut

ἀπάντων, ἐςὶν ὁ μεθύειν κακῶν
μέγιςον ἀνθρώποισι καὶ βλαβερώτατον,

malorum intemperantia omnium
et maximum eſt hominibus turpiſsimum.

Jocos, ſales & comes cultosq; ſermones prætendis. Ego hoc non puto comitatem. Peribit mihi ita uſus veræ vitæ, & (quod tum certum & ſolemne) ſanitas & valetudo per hos dies. malo ad altiores illas lætitias ire, litteras & doctrinæ exercitationes. Invitum, inquis, nemo cogat aut teneat? hoc novi: ſed parùm reſiſtere me & obſequentem naturâ eſſe, hoc quoq; novi, & ad rogatus facere quæ obſunt & lædunt. Nec obverte ultra quidquam, benivolentia tua me mihi non permittat, ſi adducat. Sed tu iraſceris? in tali re non moveor; alij ad inſolentiam trahant & auſteritatem? cuiq; ſui ſenſus aut diſſenſus; mihi in hac re mei. Muſas habeam volentes, quid de alijs fiet, in talibus ſecurus ſum. Vos hilaritati, vos ludis lætisq; litate, & ne planè abſim pro ſalute meâ poculum. è Muſæo meo, ſtatim ut tuas legi.

EPIST. VIII.

Lundiam

PAUL MARTINIO

ITaq; quacunq; vitam aut vota flectas, deg
ubi voles, & sis!

——*medio de fonte leporum*
Surgat amari aliquid quod in ipsis florib
angat.

Censebam in tranquillo, & altâ malacia v
vehi, omnia ex cogitato ac voto fluere. & tâ
subitò (quis putasset eo die!) in dolorem itis.
medijs nuptijs & hilaritate ab ijs abductur
quam tùm ibi

Surgere jam tempus, jam pingues linque
mensas:

Heu vitæ legem, cui adjunctum angi & tris
ri in omni sorte. Sed quid mœreo? quo stilu
aut mentem flecto? non satis constare fate
& facio tamen, Est ne Casus ille, qui te &
os concussit? an vana fama hîc se fundit? u
nam istud sit. Sed ecce cum in curâ de te
mus, mœstior iterum rumor, & qui ad aud
illa annuit & certius edicit. Sed nec nunc p
nè lubet adsentiri, & tamen adfectus hor
tur, ut in non ignoto casu, mœrentem sola
O si vultu adspectuq; liceret; id momentu
aliqu

aliquod adferret, & ea septimana nisi instaret & teneret, apud te ponerem & levamento ac adjumento, pro meâ copiâ venirem. Non enim dubito, quin jaceas & langueas, ut fuit & est desiderium tuum in optimum senem, quem æternus ille Rex ab his fluidis violarijs ablatum misit in beatos hortos, & immotum illud ac perenne rosetũ. Sed temperare quoq; te luctum hunc optem, & meliore pedamento à sapientiâ fulcire. Triste id & amarum primo vultu videtur. sed si quam reliquit vitam, quam recepit cogites, & quam hîc inter imbecillos miseram, illic inter felices felicem nunc agat, non cadat in te luctus. Videbat sanè vos magnos natos & celebres, in quibus gauderet. Videbat adhuc superstitem sociam vitæ, delicium simul & præsidium. At hîc & ibi bono numero affines amicos, qui solatio & gaudio essent. Sed tamen, si ad hos mundi fluctus & insperatos ubiq; motus oculos verteret, quid jam delectabat & movebat? præsertim qui aliud ævum viderat, & pietatem olim ac virtutem florentem quæ nunc labitur ac ruit. Quod certè ille non sine tristitiâ intuebatur, magis quòd sine spe medelæ. Et mens cœli amore flagrans (cujus ille sedulus & summus mysta fuit) aspiravit in aliam illam terram, cui natum

natum & factum se sciebat. Huc accedit, quo
præter ætatem nihil passum credam, quan
magnam (nec enim dubito) attigerat. S
cum omnia dixi ingenij & mentis perenni l
nitate & summâ illâ virtute meruerat suoru
votis longius mansisse. Fateor & mœreo ip
tuâ causâ, quasi in vernanti ævo ablatum, n
enim fuit (Vellejum excipio) in toto eo trac
carius aut honorabilius mihi nomen. Veru
cum omnia discutimus, quid fecit? quod tu
ego jam brevi, obijt, & si oculos per lata ter
rum mittas, invenies quàm multos fecisse
tristiore sæpè letho. Longævi hîc aliqui su
nulli æterni. semel huc venimus, etiam em
gremus, & præstat ad læta illa citò transire
quàm in his turbis diu tardari. Deo volent
nascimur & disponente, & jam moriemur
feramus hanc legem, & sequamur læti lube
tes, trahendi nihilominus & cogendi, id m
gis, quòd sciamus, hæc omnia ad nostram
lutem se vertere & propendere. Ista conso
tionem dabunt, quam per salutem, per illu
ipsum, quem ploras, admitte, & ad læta iteru
adsurge. Quod si modo præsens & in os t
possem, sublevatum irem hunc luctum, si n
sublatum. Atq; utinam dura hæc fata perm
tant, in unâ urbe morari, sicq; invisere semp
&

& alloqui; amœnior ætas esset & vita hæc ipsa jucundior ijs alloquijs & convictu mixta. Sed non datur non dabitur, si aliquid introspicio in fortunam nostram, quæ certè obliquat & se inflectit. Scripsi, & si commoditatem habeam fortasse uberiùs. atq; ô utinam hæc non sic esse; suspiro & finio. Vale Malm. VII. Kal. Novemb.

EPIST. IX.

Anconæ,

DAVIDI PATRICIO,

Consuli.

AD hilaria vestra & convivium vocas, mi Patrici? vellem, sed non mores mei non Musæ, quæ distrahantur sic & langveant, aliter inclino ipse tuâ causâ, qui tàm benignè invitas, imò trahis, & fateor jucunditate illa nihil suavius, tamen si nimis diffusa, ut fit, nocet & quod utilissimum in vita temperantiam eripit aut finit. scis quàm mihi semper id votum & studium fuit, sobriè esse, animum ad læta illa non dare. Quamvis, non etiam nego, ut hæ regiones sunt, & illecebræ, quin aura aliqua ridens, & alliciens eò duxit, sed hoc apud alios; apud te excusari oro, & pro amicitiâ nostrâ jubeo ac illud Poetæ cogitare:

ſtis in hanc arenam, & tu Scaliger, Lipſi, c
mihi non infra illum magnum & altum ſa
guinem, quid invertiſtis hunc agrum & ru
caſtis, ſi nihil in eo impuri? Invenerunt,
Tauſane, quod ibi juvarent, ante & poſt il
multi, & nos faciemus, ſi oculos aperiamus.
enim hortos & flores qui depurgant, etſi
tenti ſint, aliquid non vident aut prætereu
ita ibi fit, & non manipuli, ſed mergites a
huc relicti. Labuntur, qui hoc genus ex
lapſum putant. Friſchlinus dedit in lucem
ter novos non eſſe. Errores multos oſtend
aliquos non vidit, per quoſdam parùm ca
ivit; & feciſſet, ſi acerbitas abfuiſſet, & de i
cundiâ non ſumſiſſet. Sed ne circumea
quidquid damnaturi me Orbilij noſtri ſun
illud dico, magnus nunquam erit, cui Gra
matici ita magni, ut diſſentire non liceat
deflectere cum illi à veritate. Per me tam
ſint, qui ſunt, & ligent ſe ſuis decretis, mo
non me. non ſervio aut ſequor, ubi rectu
judicium aliter ſuadet. & rationi magis dal
quàm conſuetudini. Vnum nobis tangan
(otium enim mihi & libentia) unde diſſidiu
nobis factum, & hunc campum decurram ſ
lo libentiùs quàm linguâ. ſed breviter, & n
multa dicam, nec omnia quæ hîc poſſem
D

Dictiones ad plures formas sæpè eunt & se variant. aliquæ etiam migrant. In ijs FAMES. Quintæ olim fuit, nunc in tertiam flexit. Illi hinc decretam, quod violare non fas sit *ablativum ejus produci*. & si quæstio est: an liceat producere? accedo, si brevem ponere interdicunt & vetant. habeo eo loco quo est; id est pronugis. In Quintâ (ut melius me capies) declinatione, longum cum priscis: In Tertiâ brevem sine vitio ponas. Ego jam facio & exemplo præeo, quod alij sed docti & qui harum Musarum aut sequamur aut probent. Cum enim declinationem, etiam naturam mutavit aut debuit. Vis exemplum? dabo, in alio verbo, sed eâdem litterâ. *Feruere* ad secundam (cur consuetam vocem spernam) conjugationem inflectunt. Usus ad Tertiam etiam duxit, utrobiq; exempla. Sed tu mihi ejus Imperativum in istâ non brevem scribas? etsi in illâ longum. In aliâ dictione non licitum idem aut liberum? firmo hoc ex Martiale:

Si quando veniã quærant? responde Poëta
Exierat, veniet cùm Citharœdus erit.

Observa in tertio ibi breve, quod in secundo ordine semper productum. Nam & hoc verbum ab isto aliquando abire, Raderus ad Mar-

tialem acutissimè vidit & monuit, & illud
tavit in hanc rem non inscitè:

—— toto respondere cœlo.

Adeò ab E longo ad breve facilis lapsus,
idem in unâ dictione alibi utramq; affecti
nem admittit. In *Victus* in alijs vides. Jan
quod in uno, & in alijs debemus aut poss
mus. at exempla sunt aliter? rideo. illis
Quintâ istud, mihi in Tertiâ hoc licebit si lib
bit. Quotquot hactenus produxerunt,
priscum modum & declinationem non resp
xerunt tantum, sed in eâ retinuerunt; nisi
cerunt, errarunt. Ut regna & ditiones suas
ges & mores habent, aliæ ab alijs diversos; du
in illis es, ad istos te formas, & ut terras, it
consuetudinem & mores ponis aut sumis:
hîc fit, novam quantitatem cum inflexu su
sit aut oportuit. Et in aliam gentem cum
nimus (maneam in eâdem imagine) retinem
aliquando habitum & vestitum antiquum
paulatim ponimus, & assuescimus ad ea, in
quæ sumus. Ita ablativum hoc verbum,
mus, longum habuisse, etsi ad alium modu
juit. Jam ponere & migrare eam affectione
justam, non tantum decorum sit. Fluvij cù
in mare veniunt, salsuginem sumunt, pr
re

rem & nativum saporem amittunt: Ita dictiones variant, quod dixi, & in alias formasse flectunt, mox ijs assimilant, quibus se jungunt. abijt à quintâ inflectione *fames*, etiam à consuetudine potest, *Pater, Mater, ego.* & alia apud Græcos ultimam producunt Latini ad se traxerunt, & eo abscessu in aliam quantitatem. Addo dissensum etiam aliquem in talibus nō improbari, si citra convitium & iram. In *Edonius* secundam longam Virg. Propert: quia ab *ἠδωνοί*. Lucanus, Ovid. brevem ponunt, quod vocem latinam tùm factam ab origine abire non nefas aut indecorum; servire esset. Idem in *Crepida Scoria Polypus* vide. sed Martialem adducis?

Quod si contigerit fame peribis.

Jam dixi, *Senati, sumpti, tumulti*, ad Plautinum ævum inflectunt Bembus & alij longè post id ævum. Martiali aut alijs idem non liceat? si animus (ut pertinaces solent) nihil largiri, ad cæsuram hîc te ducam, quæ quam licentiam in Hexametro, etiam in Hendecasyllabo cur non habeat? sed rumpo hoc filum, nisi quod illud addo, quidquid horum sit, errent, alij ostendant:

Grammaticos contrà relligiosus amas.

Verba tua audis, nimia in hanc rem, mi T
sane, nimia. amo tecum (pecco nisi facio)
tum & religionem non volo, non debeo
dicere. Deo hoc verbum damus, & magnum
lud cœlum tangit. Istis vilius aliquod suff
& è terrâ. Coronidis etiam loco pono, qu
Prudentius ipsum nominativum brevem:

Pignoribus spoliatq; suos fames impr
natos;

an consentio? ignosco magis quàm carpo,
tis & nimium sensum meum ita habes. H
unà amorem utrumq; non fallentem aut p
vum. Vale, & scito, ijs hæc scripta, non
præceptum id dederunt, sed qui malè utunt
& contra eorum mentem, produci hunc ab
tivum jusserunt: non jusserunt, nunquam c
ripi, si alius videret posse. Scripsi ad lychn
& festinanter, statim ut à te discessi. lectu
quæro, pono stylum, tu salve & dormi. C
Ioc XVII.

EPIST. VII.

Malmo
FADERO MATTHIÆ *Cons*

AD læta vestra & hilaritatem non invi
tantum, sed trahis: gratum habeo, (am
rem enim id ostendit) ut tu, quæso, Epistol
qu

quam qro me sisto&excusationem. Non enim venio, tu causam vis. distractio est, quæ causam ibi sumat. Scio mores nostros cum tot jungimur, scio ut

ἀπάντων, ἐστὶ τὸ μεθύειν κακῶν
μέγιστον ἀνθρώποισι καὶ βλαβερώτατον,

malorum intemperantia omnium
et maximum est hominibus turpissimum.

Jocos, sales & comes cultosq; sermones prætendis. Ego hoc non puto comitatem. Peribit mihi ita usus veræ vitæ, & (quod tum certum & solemne) sanitas & valetudo per hos dies. malo ad altiores illas lætitias ire, litteras & doctrinæ exercitationes. Invitum, inquis, nemo cogat aut teneat? hoc novi; sed parùm resistere me & obsequentem naturâ esse, hoc quoq; novi, & ad rogatus facere quæ obsunt & lædunt. Nec obverte ultra quidquam, benivolentia tua me mihi non permittat, si adducat. Sed tu irasceris? in tali re non moveor; alij ad insolentiam trahant & austeritatem? cuiq; sui sensus aut dissensus; mihi in hac re mei. Musas habeam volentes, quid de alijs fiet, in talibus securus sum. Vos hilaritati, vos ludis lætisq; litate, & ne planè absim pro salute meâ poculum. è Musæo meo, statim ut tuas legi.

EPIST. VIII.

Lundian

PAUL MARTINIO

ITaq; quacunq; vitam aut vota flectas, deg
ubi voles, & sis!

——— medio de fonte leporum
Surgat amari aliquid quod in ipsis florib
angat.

Censebam in tranquillo, & altâ malacia v
vehi, omnia ex cogitato ac voto fluere. & tâ
subitò (quis putasset eo die) in dolorem itis.
medijs nuptijs & hilaritate ab ijs abductur
quam tùm ibi

Surgere jam tempus, jam pingves linque
mensas:

Heu vitæ legem, cui adjunctum angi & trif
ri in omni sorte. Sed quid mœreo? quo stilu
aut mentem flecto? non satis constare fate
& facio tamen, Est ne Casus ille, qui te &
os concussit? an vana fama hîc se fundit? u
nam istud sit. Sed ecce cum in curâ de te
mus, mœstior iterum rumor, & qui ad aud
illa annuit & certius edicit. Sed nec nunc p
nè Iubet adsentiri, & tamen adfectus hor
tur, ut in non ignoto casu, mœrentem sola
O si vultu adspectuq; liceret; id momentu
aliqu

aliquod adferret, & ea septimana nisi instaret & teneret, apud te ponerem & levamento ac adjumento, pro meâ copiâ venirem. Non enim dubito, quin jaceas & langueas, ut fuit & est desiderium tuum in optimum senem, quem æternus ille Rex ab his fluidis violarijs ablatum misit in beatos hortos, & immotum illud ac perenne rosetū. Sed temperare quoq; te luctum hunc optem, & meliore pedamento à sapientiâ fulcire. Triste id & amarum primo vultu videtur. sed si quam reliquit vitam, quam recepit cogites, & quam hîc inter imbecillos miseram, illîc inter felices felicem nunc agat, non cadat in te luctus. Videbat sanè vos magnos natos & celebres, in quibus gauderet. Videbat adhuc superstitem sociam vitæ, delicium simul & præsidium. At hîc & ibi bono numero affines amicos, qui solatio & gaudio essent. Sed tamen, si ad hos mundi fluctus & insperatos ubiq; motus oculos verteret, quid jam delectabat & movebat? præsertim qui aliud ævum viderat, & pietatem olim ac virtutem florentem quæ nunc labitur ac ruit. Quod certè ille non sine tristitiâ intuebatur, magis quòd sine spe medelæ. Et mens cœli amore flagrans (cujus ille sedulus & summus mysta fuit) aspiravit in aliam illam terram, cui

natum

& alloqui; amœnior ætas esset & vita hæc ipsa jucundior ijs alloquijs & convictu mixta. Sed non datur non dabitur, si aliquid introspicio in fortunam nostram, quæ certè obliquat & se inflectit. Scripsi, & si commoditaten habeam fortasse uberiùs. atq; ô utinam hæc non sic esse; suspiro & finio. Vale Malm. VII. Kal. Novemb.

EPIST. IX.

Anconæ,

DAVIDI PATRICIO,

Consuli.

AD hilaria vestra & convivium vocas, mi Patrici? vellem, sed non mores mei non Musæ, quæ distrahantur sic & langveant, aliter inclino ipse tuà causâ, qui tàm benignè invitas, imò trahis, & fateor jucunditate illa nihil suavius, tamen si nimis diffusa, ut fit, nocet & quod utilissimum in vita temperantiam eripit aut finit. scis quàm mihi semper id votum & studium fuit, sobriè esse, animum ad læta illa non dare. Quamvis, non etiam nego, ut hæ regiones sunt, & illecebræ, quin aura aliqua ridens, & alliciens eò duxit, sed hoc apud alios; apud te excusari oro, & pro amicitiâ nostrâ jubeo ac illud Poetæ cogitare.:

as

ὃς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσιος μέτρον, οὐκ ἔτι κ
τῆς αὐτοῦ γλώσσης καρτερὸς, οὐδὲ νόου,

In potu quicunq; modum non diligit; i
Haut linguæ compos pòst erit haut an

Neutrum me deceat & vitæ genus quod e
Sed excessus, inquis, non fiet, ad hilarita
erimus solùm. novi ego quàm non sicci s
bitis, & jocos ac sales vestros nimio vino s
tis, non temperabitis. Sed me non cogas,
& rideo, quid alij? quibus durus & super
ego, nisi me jungam, ubi factum, non irror
sed impleant. Ignosce non venio, nec fru
tibi à re eâ, nisi distractio mea erit. Vos v
te vos diem læti lubentesq;, cum Com
dicam, comburite & pro memoriâ mei eti
Cyathum. E Musæo meo.

EPIST. X.

Hellesor

MAGNO MARTINIO.

CApe, mi Martine, ad te litteras, quod p
tulimus uterq; nimium diu. Cupitè
novimus in formosissimâ Insularum. Co
ter cumq; fructu ibi fuimus & læto ac lat
mite ad Musas nos immisimus. Tu certè; n
mihi non ea occasio, non animus fuit. A
citiam illam priscam ruminor cum interi
an

animi motu, & ad primos illos ignes ſuaviter adhuc liqueſco. Dedecus noſtrum ſit, cœptam ibi notitiam ita mori, quod erit, ſi ſic pergimus. Ut enim in æſtu herbæ ſine rore & irrigatione languent ita illa ſine his litterarij humoris guttis, ſurgit & floreſcit, ijs humectata & perfuſa. Ut poſſit, noſq; novo ſed firmo fuue nectere, mitto ad te INTERLUDIA noſtra, mitto PERICULA, ut videas, de te legas: nam tu mihi ab eo tempore ſemper in animo, &, quod ſequitur, in calamo ſcriptisq;. Paro nunc alia, ſed altiora & extra has oleas, nam, ne de nimia abjectione ſenſum habeas, non ſum ultra in hoc ſtadio & Muſis, ut nec decent hanc ætatem, quæ ad virilem nunc inclinat. DE RELIGIONE aliquid cœpimus ab alijs, & pertexuimus, utinam probum. In POLITICIS etiam tentamus poſt Lipſium cãdem facie. Videbis inter primos, utinam & probes Hiſtorijs patriæ nos manum admoviſſe, credo te ſcire. Progredimur, quantum permittit hoc munus, de quo non potes non audiviſſe, quod niſi liget & retrahat, fortitudinem ſuam, Victorias, laudes Dania brevi leget. Voveo & tibi pronum & conſpirantem mecum in Virtutes & ſapientiam animum. Vale. Saluto Junonem tuam, & amorem Spondeo. X. Kal. Maij.

EPIST.

EPIST. XI.

Omani

HECTORI MALTANO.

HUc etiam se penetravit fama nomini & virtutis, quam claram cultamq; i esse, & supra multos supra magnos audio audio cum animi motu. Quæ res allicuit scriptionis hac alâ ad te volarem & innote rem, quod apud quemvis non ambeam, a te etiam optem. In amicitijs enim non va mihi placeo aut lætor, ad quietē propensu obscuritatem. In tua (vero verbo) triump bo. Ita multa de doctrinâ tuâ & alto ani Persæus, ille

πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος

Desumptus de JOVE ramus:

Ita multa jam inaudivi, ac ne prolonge *Accipe daq; fidem*, imò amorem, quo nos i gemus auspice & teste excellenti eo juven

τοῦ δὴ νῦν γε μέγιστον ἐπουράνιον κλέος ἐστι,

Cujus in immensum se tollit gloria cæ qualem adhuc alium, in virtutes ita pron in studiis ita cultum, in me ita proclinatu opto magis, quàm spero. Mitto POEMA nostra & offero velut arrhas; nam intelle &harum te esse Musarum. utinam odorem

ret

rent & ſuavitatem, quam tu requires. quidquid erit ἐῤῥίφθω κύβος habe lege, arbitrare, & vale, & cum Poëta dicam,

παντοίης ἀρετῇσι κεκασμένε,

Tu cunctis Virtutibus exornate.

Malmogiæ CIↃ. IↃC. XVI.

EPIST. XII.

Vomium.

N. TRYGGONIO PORTÆ, P. L.

INjucundum mihi tàm longum ſilentium, tàm inſperatum, mi Porta; ut nimis quàm libens ſermones tuos libo, ut te diu amo verũ & veterem Muſarum myſtam. Quid tardat aut ligat? ſtudia? credo, ut tu ſemper in libris, Chartis, nec dies tantum impendis ad hanc curam, ſed noctes. Fero itaq; moram hanc, & morem tuum licet haut probum. Id inſtillo: *Sæpe amor eſt viſus per longa ſilentia ſolui.* Cave, & ne per hanc viam fiet, te aliquando læto animi rivo huc diffunde, & ſitientem hunc affectum benivolentiæ aliquo liquore irriga & humecta, qui jam aret & optat veſtras lymphas: Si ita forte hæc vena redeat & fluat, ingenium ſaneſcat & ſurgat, ac ſtudia noſtra quæ languent. De Religione tamen aliquid meditabamur è priſcis. Sed premimus, ut alia noſtra;

noſtra, ob cauſas quas ſcis, & quas non ſ
In POLITICIS etiam aliquid daturi videmu
poſt Lipſium, modo quo ille, colligo enim
conſarcino ab antiquis. Hoc differo, ill
Principem, ego populum formo, Hæc ap
me. tu quid? ſcribe, ſcribe, nec, quod levite
fiventes ſolent, amicitiam levi caſu rump
ſubitò, motu ſolue aut muta. Vellem plur
ſed quæ defert, adſtat & poſcit, & ea tibi di
commoditatem nō fuiſſe ad longam ſcript
nem. Vale & ſcito me tàm amare quàm ſp
re, & hoc (verè tibi affirmo) deſinam pr
quam illud. Malmogiæ. ꝏ. Ioc. XVI

EPIST. XIII.

Hosleбium.

MATHIÆ NICOLAO.

IN tantum atræ & aquoſæ dolorum nube
per te cojuerunt? tua ægrotat à domo à
remota, languore immiti & tenaci:

τίς ἂν κλύωντῶν δ' ὄσσων ἐκβάλοι δάκρυ

Quis audiens hæc non lavet ſe lacrim

Illam tàm formoſam, tam rectam ſic affl
doleo ejus & tuà cauſâ, qui ſemper in me
amici, & non opem tantùm, ſed opes huc c
ferrem, ſi in me eſſet, ut miſeriam hanc ſu
tum irem aut quovis modo ſublevatum.

Deo hæc committenda & eventui. Tu ad ea quid facies? feras, sperans ad salutem tuam hæc fieri, licet non ad optatum. Qui nubila ea induxit, idem pellat & in serenitaten te dabit, quin utile nos ita tangi utile, Vitem si sibi relinquas, in frondes & folia ibit solum ita à nobis nisi tollantur vana illa & circumfusa voluptatum, ejusmodi concussionibus & scissuris, fructum non dabimus. Flores à se odorem spirant, tactu tamen & compressione fragrantiam suaviorem emittent, ita pressi ad Deum magis nos diffundimus & ut pa ma in cœlum altius nos tollimus, sub mole gravantium curarum. Itaq; per hæc tristia, tanquam per nimbos fluctusq;, ad felicitatem ducit ille parens adeoq;

--- Per varios casus, per tot discrimina re-
-------Tendimus (rum,

in cœlum & æternam illam terram: cui nos servemus, & hæc talia sinemus suâ sponte fluere, certi ad salutem nostram omnia dirigi. Scripsi, ut dolorem meum ostendam, tuum demam aut levem. Quem per DEUM per illam ipsam sic afflictam, oro, ut habeas cum modo, cogitesq; quod, qui dejecit & stravit, elevet iterum, si expedit, & restituat, cum volet, cum

è re

è re esse & salute videt. Vale. Sebastiano
maximo adolescenti, salutem adscribo, &
no Scredero, si adhuc illic. ∞ Iↄc.XVI

EPIST. XIV.

Portuan

JOANNI HENNINGIO.

A juvene tàm altæ doctrinæ notæ ven
vix est ad fidem. Hæc ne, non dicam
vitas & decentia, sed sublimitas & sapi
cadunt in illam ætatem, in istos annos? E
tàm suaviter ad me scribis, tàm peritè, qui
nuper à nobis? Bullam jam posuisti, ja
tra annum, & nunc stilus tuus tàm lepidu
vus, venustus est, & delectantem quandā
tiam Veneremq; redolet. Commovisti
&, verè dicam, excitâsti. Non patrem
magis afficit, si sublimis supra annos su
Vulgum, quàm tu me & in te merito mih
ceo, si tu magnis. Quod futurum om
video. Sed si hic non desistas. Licet
ἐκ τ̃ κρασπέδȣ τὸ ὕφασμα γινώσκειν. te a
magnum ex Epistolâ tàm lepida & litt
Ad quam quod brevius respondeo, quod
ligentius à negotijs meis est, non volunt
Quod hîc ambis, per me debes (neq; enim
lat) exambire. Præsuli tamen non litera

ostendere potui, non optatè. Ivit in ulteriorē Scaniam, occurram tuâ causa reverso, & eum tibi devinciam. ac multos in te proclinatos habebis, quia me. De Bartolino video literas meas non perferri, nam scripsi de omni istâ re jam dudum. Negligentia ubiq; & incuria, unum remedium ferre. Mirum nec Interludia mea vos legisse, ante annum jam emisi & tu illeq; in numerum venitis. In Matthæum nunc aliquid nitor; si Phœbus & Fatum eniti dabunt & absolvere, disidiæ me absolvat sequens omne ævum. An addam, quòd nolis, fluctuare me, quónam vitæ cursum dirigam. ut tibi dicam, fluant hæc nostra, ut possunt, mihi certum non manere causâ tibi nō ignotâ

---- ὐδ' εἴπερ τε σιδήρεα δεσματ' ἔχῃσι,

---*Non si me vel ferrea vincula habebunt.*

Quò ergo iter? quò animus it? non penè conclusi. fata viam invenient, & tu Virtus, cui me trado. ista, mi Henningi; ad te volui, & pro affectu acri debui. Tu macte & perge in hoc ad sapientiam & Virtutem cursu, fœcundum & felix arvum à cultu habemus; sic à doctrinâ pectus. Illud ad fer, & quod petis, nos facile aut dabimus aut curabimus. Imò alia & meliora adfluant. Vale, me ama, literas magis

ego redamem, istæ rependant, Malmogiæ ꝏ. Ioc. XVI.

EPIST. XV.

Portuam.

CASPARO BARTOLINO. V. C.

NOn est non fuit ea mens, mi Bartoline, & frustrà tu aliiq; suspicantur. Inclinamus in natale solum & terram, si generosi sumus, & naturâ velut incitante ad eam propendemus, quæ eò semper deducit & aspirat, ubi hausimus primam auram, ubi lusimus ubi, adolevimus, ubi iuventus & pueritia nostra effluxit, & verè

——————— ἀναγκαίως ἔχει,
πατρίδος ἐρᾶν ἅπαντας, ὃς δ' ἄλλως λέγει,
λόγοισι χαίρει τὸν δὲ νοῦν ἐκεῖσ' ἔχει,
——————— *Necessitas tenet;*
Amare cunctos patriam, qui aliud ait,
Sermonibus gaudet, sed animũ illic habet;

Nos floridos & salvos ducimus eâ salvâ & florente, mortuos ferè & labentes delabente & moriente ut patriâ dignus non sit, qui eam nõ amat, se illi, cum usus, non impendet. Quidquid alii, ego velut genio quodam trahente, eo in ejus amorem, & eum nunquam deseram, etsi eam. Ut injurii sint quicunq; id obvertant,

In-

In Academias & exteros aspiro, & cum Musis in gratiam redire, neq; causam potes nescire, patriam non prolevi habeo, non fugio aut contemno, quod eunt, objectum. Quid si laudes ejus ibi tentem? certè requiret. Majorum fortitudo, gesta, virtutes, vestigia sui vix reliquerunt, & sepulta jacet aut ignota nostrorum gloria, triumphi laudes. Nemo eruit, nemo aspicit, Venusinum quæ non præsumentem, quæ non promittentem fatum, cum non sperabat, evocavit. Quid reliquit? vix tot Chartas, quod Thebarum portæ. Sed fecisset, viam ad æternitatem stravisset, nisi eum Parcæ, nec puto majus aut vividius ingenium fuisse eo ævo, sed si rectè intendisset & impigre. DEO ita visum, magnos quosq; demittere ad magnam illam sedem. jacent res nostræ tenebris ignorantiæ obrutæ & longi ævi. Statui, me eò dare, mortuas sepultasq; protrahere, ut possim à meis subducere aliquantum & functione, quæ nimis hic ligat, nec est jam quod retardat, nisi quòd invidiam timeo, & ne alii carpant magis quàm ignoscant, non enim dicam laudent. Quid tu suades an avertis? scio trahas huc, non tantùm ducas. Sed damnas ne sejungere me à Vulgo sermonem &

διὰ τῆς λεωφόρου μὴ βαδίζειν per vulgarem viam non ire? Hanc viam & veteres calcarunt, & Lipsius nunc iterum præjvit, suavis, alacer, sublimis, plenus spirituum & sangvinis. Ad eum donare me cœpi; aut (ne fallam) natura traxit. & stilus jam ab eo colorem, spero, ducit, nec pœnitet ut jam tempora & mores sunt, & fama ac vita, spero respiciet. Quærimus in cibis non saturitatem modò, sed & saporem; in his scriptis, non rem tantùm sed dictionem dulcem, & cum venustate mistam. In inamœnos saltus & dumos ac vepres non imus; si in jucundos campos & vireta possumus; ita cùm animum lectione pascimus non ad asperos illos & duros, sed excitatos, lenes, plenos dulcedinis & suavitatis nos immittimus. adeò dulcore condi debent & melle, quæ vivere volumus & legi. & credo ad hanc rem quod optimum elegisse. Sed tu mone; quid fieri velis, quid hic vides facere. non adeò callum duxit hic stilus, & obduruit, ut flecti non poterit & in aliam formam duci Vale. Malm. è Museo, in quo patris tui, viri immortalis, Musę habitarũt.

EPIST. XVI

Portuam.

Jo. PAULO RESENIO Episcopo.

MAlmogiam huc, vir summe; me misisti amplam,

amplam, ut Daniâ ſunt, & (ô ſi verè) æternam urbē id ſine merito meo, ac pœnè cogitatu, ut
ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλὴν σοι πάντ᾽ ἐρῶ,
A pedibus in caput tibi omnia referam.
Placui & ut tenerent qui hîc primates ad alia extulerunt. propendebat tamen in iter animus & peregrinationes. Viam in Italiam cogitavi, ſed ſubſtiti, ſic volentibus aliis, ſic cogentibus in iis Paulo Martinio quem authorem fortunæ colo. Is favorem mihi excitavit, & multi in me proni, quia ille diu tenuit, etſi nunc non poteſt. rediit prior affectus, mihi certum decretumq; eſt ſedem mutare, pedes hos ſuper Alpes ferre. ſemel concepi hunc amorem, æternum alam, niſi ibi ponam; jam Rex ſtipendia dat, & in multos, qui in exteris. Vobis ibi in manu dare & ſi dignum habetis, vellem in me conferri. Si honeſtè poteſt, & cum gratiâ juva. Aliter nec peto nec volo. Sed tu diſſuades ab hac viâ & mente? nolim. Benè priſcus Sapiens & peritè, παρεπιδημίαν τινὰ εἶναι τὸ βίον: *peregrinationem eſſe hanc vitam.* Perinde ergo ubi eam vivimus, ſi in pietate & virtute. Opes meæ ita diſcedant, cui reſervem aut conferam? Non aſpiro ad eas magnas. erit tamen quod poſteris relinquam, ſi fama reſpexerit fortunæ bona alto animo contemnam, ut in-

genij habeam. qui ſcio in illis nulla fida, nulla firma & æterna in iſtis eſſe. Alij ut volent, me ſplendor, æſtimium, dignitas haud valdè tangunt: juvant ac commovent litteræ, quæ ſolæ felicitatem donant, ſi quæ in hâc vitâ ad eas eo, ad virtutem ad bonam mentem, ut feliciter poſſim cumq; fructu tu vove nec diſſuaſu jam morare non audientem.

EPIST. XVII.

Portuam.

JOANI MICHAELIO

UT non benè dirigunt & ducunt per obliqua viarum, qui locorum ipſi imperiti & inſcientes: ſic nec utiliter per ſinuoſos ad ſapientiam & virtutem flexus monſtrant, qui ipſi hîc veſtigia parum aut pravè poſuerunt, & ſe literis perfuderunt tantùm, non imbuerunt. Ac ut Sentinatores ac leves vilesq; illos ad clavum ſtare, non ex re navigantium erit, non ex uſu; ita in ſcopuloſo hoc rerum mari & ævi flexu, altis & acribus opus qui monſtrent & deducant, ac ad ſapientiam cum fructu præeant. Ad hanc rem ibi te non ductum, ſed tractum, tibi faueo, patriæ gaudeo, utriq; felix & ſalutare eſſe & opto & voveo, & altis precibus DEUM veneror. Hoc ut ſcires, & animum

mum huc planè in te pronum, ita libuit ſtilum ad te flectere, animo gratulari, quia præſentiâ aut hoc vultu non licuit, ut votum ut deſiderium eſt ac fuit. Ita multa enim de virtute & doctrinâ tuâ audio, ita magna ipſe cenſeo, ut diu illigari tibi cupiam æterno Muſæ & amoris nexu. Interea ut novos olim Reges donis demerebant, in lætum auſpicium & omen; ita nec placet, ſub hæc initia venire ad te immunem. Cape à me donum ſed litterarium, & quale dare comitas mea debuit & tua prævalio ſumere. Vix Quindecennis ſcripſi & edidi, ut verear an faciant ad tenerum tuum guſtum. Mitto tamen & velut qui in principum palatijs, res magnas oſtendunt, inſuetas oculis Chameras, vaſa, veſtes; lævia quædam præmonſtrant, ad majora mox ituri; ita è primitijs nunc lito & hoc quaſi promulſide demero, daturus mox altiora, & quæ me teq; diffundant. Si DEUS in tantum mihi vitam hanc prolonget. Sed anne nimis ego Epiſtolam, metuo, claudo. Vale, & manum hanc habe velut affectus animiq; mei in te pignus. X. Kal. An. ∞ Ioc. XVI. quem tibi felicem opto.

nimorum, quàm quæ ad delectationem, lasciviam, risus tantùm ducunt. & quamvis à divinis literis veram omnem virtutem, & sanâ luce nos imbui fatear veritatis; hîc magna tamen seriaq; multa monita invenio, quæ notas non vulgares & indicia præferunt majoris illius sapientiæ, in quibus non parum ad pietatẽ momenti, & quibus regi possunt & teneri labantes isti gressus, ut etsi folia sint, non fructus, si cum veris illis habeas, pro adminiculis & accessionibus haberi tamen possint. ut trahi debent & conduci omnia ad finem hunc salutis. Velut in morbis, preciosis & penetranticus medicamentis res geritur, sed levium tamen & lenium suus usus; sic in his animorum contra vitia & errores, morbis, non solùm supremâ & divinâ illâ medicinâ, sed etiam sapientum succis & liquore aptè interdum & utiliter ibimus. Possem hic plura, sed te audiam, & judicio tuo nostra stent aut cadant, nec magis Musæ Canutum ament, quàm ille te. Cogito ad vos brevi, si res hîc sinant, ideoq; (præter morem meum quando ad te) jam non diffusè. Malmogiæ. Kal. Ap.

EPIST. XIX. *Lundiam.*

LAURENTIO HOLMIO.

Sine Constantiâ meâ esset, has non ad te da-

rem, qui in hoc officio valdè non dicam rarus es, sed neglegens, & vivis ne ac vales? credo & metuo, ita in silentio senescis & nullum verbum ad tot meas. tolle consuetudinem tam inscitam; & dum hîc es (fuisti nuper) ne me sic insalutato discede, malo modo, malo more. Irascerer nisi arcta amicitia vetaret, quam tu tollis silentio & absentiâ, si pergis. Ne cadat in te factũ hoc, nolis id Charites audire, nolis amicitiæ Genium ut non scribas, nõ me videas ubi occasio, tàm charum tàm arctè habitum olim pectus. sed occupationes tuæ nõ sinebant. Has decebat præponere? Ego hoc officio placuissem venissem non rogatus, nisi citiùs abijsses (Scaliger alibi ait) quàm accesisti. Hæc emenda. Veni, quando huc venis, cum tuâ, nisi citius id sit & ante auspicatas illas (ita voveo) nuptias. Ecce tibi mea in Horatium; lege, proba. Scaliger unum dedit. Habetis ne tu aut è scholâ tuâ ullus? Exquire quæso te, & quidquid probæ notæ ibi reperies, mitte sed subitò & sine morâ. Redibit cum gratijs & qui miserit, me demerebitur. Vale magnum Scaniæ decus. Stisonijs salutem mitto, & cultum devoveo. Malmogiæ.

EPIST.

EPIST. XX.

Borrœam.

MAGNO BARTOLINO.

ACcepi Epiſtolam, opto plures, ita dulcis iſta, & ſi quæ alia plena ſuavitatem. Catharri tenuerunt, ſub hoc tempus ſtati mihi & frequentes, tuæ me allevarunt, & velut reddiderunt dejectum, nec ſitientes, hauſtus frigidæ magis quàm illæ me recrearunt & mœroris induxerunt oblivionem. De ſilentio accuſas longiùs uſurpato in juſtè. Jam diu hunc animum devovi in tui amorem, & ita virtus tua meretur, ita ingenium, nec aliter volent quos livor non avertit aut ſtupor. Nec deſtiti diſtulivè ſigna pro hac re dare verſibus litteriſq; ſæpè demiſſis. Quid poſſum, ſi non pervenerunt. Miſi ad fratrem Interludia nuper, miſi litteras ut ille ad te. Tuas (Muſas teſtor) nullas vidi ab abitu meo à vobis; hoc eſt, ipſis tribus annis. Nec Veſthovio ſæpè provocato. Quid vero? an res non ex voto? nolit DEUS. an oblivio mei? & hoc nolit, emendet me beet. PARODIAS noſtras ad votum tibi eſſe, mihi ex voto vivant. ſi talibus probo; Et in ævum ac annos ibunt. Ver ætatis flores iſtos gignit ut in autumnum det fructus. Eſt mens iſta indefeſſa

defeſſa, nec ulla laboris appetens magis aut-ferens. ſed quia

——— *vires inſtigat alitq;*
Tempeſtiva quies; major poſtq; ocia virtus;

ad hæc me do interdum, ſed per ocia, etſi ſunt qui id parum velint aut laudant. Vitium eſt? neſcio, dicunt, mihi non in veniam modo venit ſed laudem; ſi cum modo habeas. Quiſq; ut volet, ego ibo quò animus hic ſic aurigatur, ob iſta, alta non omittam. Militem litui & tubæ excitant recreantq;, me hæc levia, & laborum ac moleſtiæ inducunt oblivionem, & ad conſtantiam in difficili ad ſapientiam itinere ducunt aliter non habeo ſed tui amorem perennem. Malm.

EPIST. XXI.

Lundiam.

LAVONI URNÆO. V. N.

INtermiſi ad te ſcribere, præſes perilluſtris, non dimiſi, & cauſam dicam certitudine ſolâ amoris. Neglectus tui fuerit? ne crede, ſedes mihi tu & memoria tui in hoc corde. Pigritia mea? nec illa, quia alibi deſes, nunquam in hac parte quæ ad vos in me ſis pronos. Domo abſfui per has ſeptimanas, iter etiam paravi in Italiam; & ſi nunc abſcidi. Ea res diu diſtraxit

distraxit. Ad me jam redeo & quietem; jam primum nec differo longius aut protollo, scriptionis hac alâ ad te volare, & cùm aliud non habeam, scribo illud, amare me & facturum ætatem. POEMA recens hîc mitto, utinam ad salivam & gustum tuum sit: Invenies te in eo, & si parco hîc in tuas laudes sub manu aliquid est, & poenè adfectum;

-- *Venturum quod te demittat in ævum.*

Sed illud nunc vide, istud exspecta. Malm.

EPIST. XXII.

Sinclari Holmiam.

MARTINIO PERSÆO. ICto.

MEntem eam nosti, nives vestras vincit, ego illam in te mutem, aut demigrem, & si sileam? magnus hic solis oculus abeat in æternam noctem:

Et fractus illabatur orbis;

Ego fide & constantiâ perennabo, in Persæum meũ & Sinclarum. Litteras & doctrinam amo & omnes, qui illas: in te cur omittam? quem cerno alacri ad eas & felici pede ire. Nec dilatem. Musæ non magis me ament, quàm ego te, & cœlum antè suas luces, quàm ego affectum in te mutem aut amittam. Nec tu ambige hîc, quæso, te ultra aut accusa. De

advent

adventu ſpem facis, exſolve. & non animi ſed corporis illis ulnis admittam. Quando erit? menſes anni mihi ſunt, verè ſcribo, veni,&, ut legem tibi ponam, ante hyemem, dulces de ſtudiis,de Lipſio,de Puteano ſermones miſceamus, & Ciathos vel tùm vel nunquam ſumemus. Brunſvigæ victæ de me putabam ſecundis ventis ire hanc navim &jam læta quædam & ſperata vitæ ingreſſum cum vereor, ut ſubitò deſerant & demittant, nunc alii ſed immittes, grandes jam turbant ad quæquid dicam? ut cœlum non ſemper ſerenum eſt, caligine obducitur interdum,ſic qui in illud aſpiramus adverſitatis & mœrorum ſæpè nube. Vocabar jam nuper jam ante menſe in Selandiam à matre, quæ in morbo,& vereor ne ſit illi extremus. Adventus meus,& ex illo gaudium videbatur aliquid levaſſe, ſed vigore fluido & imbecilli. calores adhuc ſentit & æſtum, & utinam eâ viâ non eat ad mortem. Neſcio enim,an in abſceſſu & inclinatione ſit langvor; mihi non in optimâ ſpe. Sed quid futurum Deo in manu, non immuto aut everto

θεῷ μάχεσθαι δεινόν ἐστι καὶ τύχῃ

certè res meæ non in optimo ſtatu, niſi illa & ſi ea hîc non diurnet, nec ego in hoc loco. feſtinavit qui has tradet; itaq; præcipitare ſcriptionem

ptionem debui aut differre, Salve; Malmog. ∞, Ibc. XVII.

EPIST. XXIII.

IEnam.

HENRICO HAMILTONO.

DIu jam nullas misi, quia ipse parabam ferre, decreveram in Italiam; ac in exteros & Academias redire, Utilius nunc & jucundius, quo major jam animi & ætatis maturitas, quæ sapientiam hanc colligeret, sic & venaretur. Sed fata nolunt, hic tenent & ligant adstricto fune. Sepono ideo vel invitus hoc propositum. In patriâ hac senescam; utinam in favore tui similium; hoc est, qui virtuti & doctrinæ nomen dederunt. De te quid speremus? manes illic? an ad nos tuos ibis, post longam satis moram? ego istud optem & consulam certè etiamsi magna aliqua functio aut certa ejus spes ibi te liget. Satis pergrinationi, satis studijs datum, veni, vise nos ex longo inter vallo, & in gaudium da semel ac ludum, Triste est te non videre, tristius & morti erit, si in longum, quod nos veremur & multi (frustrà opto) ominantur. Status semel in patriâ vivere, citò in eam redire nisi lethum ibi (quod longum aberit) at ultimus somnus tenebunt.

Nec

Nec me diffundo. Si promissa, si præmia, si illecebræ & amores tuorum aliquid in eo animo possunt δρᾷν, εἴ τι δράσοις. *Age quid agas.* Omnia hîc te manent, quæ optes aut voles. Saltem iter nec tolle nec quod minus est, protolle in tempus brumæ. Nunc redi, cum omnia favent & arrident, in æstate jam proclivi. dulce jam erit te ad tesqua, saltus, fluvios nostros ducere, imò hortos; flores ac fructus ibi legere, cœnam salibus & serijs destinguere, omnia quæ ferent tempus ac locus. Quæ frustrà velimus, cum nives læta hæc tegant.

Inclusæq; gelu stabunt ut marmore puppes.
quid jnsto aut inpugno?]

Hoc habeat scriptum tota tabella, veni.

Malmogiæ Kal. Sextil.

EPIST. XXIV.

Sinclari Holmiam.

JACOBO & CHRISTIANO SINCLARIS.

AD sapientiam & virtutem, per eam viam ad immortalitatem aspiratis? audio, mei juvenes, & audio lubens. Placet is animus, quem agnatum scio non nisi herois quibusq; animis. Pergatis in hoc circo, quem currere cœpistis rectâ & felici viâ. Alia nobiscum abeunt

abeunt & senescunt, doctrina, prudentia, & ex ijs honor consistunt; & non tantùm diuturna, sed æterna sunt. Ut vos habeatis, in fructum hoc tempus cedat, & litteris virtutibusq; detur. Nam eæ solæ ad vitæ genus sacrum & salutare; solæ ad equestrem & seculi dignitatem ducunt, & in ijs succi, medelæ, odores, quibus ingenuum omne delectamentum in mentes inditur, quibus magnanimitas & fortitudo in omnes sortes. Ad constantiam & prudentiam momentum adferunt & ad robur animi, quo in hâc vitâ lubricâ egemus. Si tamen nō sumptæ, aut gustatæ eæ leviter, sed admissæ toto sinu, inclusæ fideli mente. Ne ipsi vos fallatis hac parte & tingatis tantùm, cum maximè putatis imbuere. semper promovisse vos sperare, non pervenisse: limen sapientiæ libasse, non penetrasse, aliter non curru ullo pervenietis aut cursu ad verum virtutis & doctrinę solium, quo itis. Solatium sibi spondet in vobis & honorem parentum senium (& opto, ut in id longum veniant) opinionem eam ne fallatis. Præceptor vos ducit, quem ipsa prudentia & virtus formarunt, è magno hoc pectore avidis ingenijs sumite altæ & veræ doctrinæ lymphas. Patrem habetis, cujus antiqua, potens, & amata gens splendet inter

Britanniæ primas, isq; in eâ, licet absens, per fortitudinem & Virtutem. Eum ad bella quoties occasio traxit, manu fortis, animo sapiens fuit, & quies cum est, subditi eum habent cum veneratione & amore. In hujus exemplum vos traho. Sed quid hortor & huc moneo? jam antè indole & robore surgitis supra vestros annos. Gratulor, istâ scriptione gratulor, & mente ac manu excito, ut solito cursu, hoc est, recto & firmo, laudis hanc semitam eatis. per eam ad alta & æterna illa læta. DEus vos, mei Sinclari, vobis annos, animos servet augeatq;. Ut omnia iterem, juventutem locate in studijs benè cœptis, ijs honos, ijs salus comes, ijs præsens & futura beatitudo. Valete, Valete insignes genere & indole adolescentes. Malm. ∞ IↃcXVI.

EPIST. XXV.

Sinclari Holmiam.

M. P. Musarum & Gratiarum ocello, S. dico.

VEnisse te, adeoq; esse in quiete jam & (spero) optatâ sede, quò DEus & fatum vocarunt, lætor, & opto commodam eam stationem futuram, donec idem ac virtus tua ad alia sed altiora ducent. Diffunderem me in mo-

nita

nita, & quasi cursum hunc præmonstrarem, ipse in eo jam vetus, nisi de doctrinâ tuâ & prudentiâ hic inspexissem. Pauci enim rectâ viâ juventutem ducunt; quia pauci eam ingressi, & tu facies inter primos. Unum infundam, successum, quem optas, meo sensu, tibi lenitas & asperitudo perficient aptâ quadam, & quam in brevi à me audies, mixturâ. nam gustato saccaro ac melimelis ad discipulos veniendum. sic tamen ut non mera mella, sed vinum mores habeant, quod jucundâ quadam γλυκυπικρίᾳ delectet. Absynthium & aloë abesse debet, amicâ tamen severitate & cautione comitas temperanda. Sed in juventute illâ multa vana, indecentia? tollenda sunt, sic tamen, ut ad aliqua conniveas & dissimules. fallitur, qui in primâ culturâ omnia ad spes & optata exspectat aut exigit. Delicata educatio, quæ per hæc regna se spargit, labes eas infundit, severitate opus est ad tollendas, sed & prudentiâ ut sensim & sine damno. Blanda asperaq; intervenient, ut ferat res & ætas, & primum id ad alacritatem mirum quantum producit. In cicurandis feris, si leniter tractas & demulces, proficies; si sævis & insurgis semper, exasperas, & ferociores dabis; ita hîc, inprimis sub initia & novo adhuc aut recenti cultu. Errat

quisquis calore utitur, si nimio, sub frigido hoc axe, duci debent, non trahi, alliceri non impelli. finiens moneo ad utilia eos magis quàm amoena ducere. Opto ut sit, ut crescant animo, virtute, & ad patris laudem surgant, qui jam in summo. Salveat ille, filij, natæ, Heroina ipsa, & tu, mi Persæ. Malmogiæ ꝏ Ioc. XVI.

Epist. XXVI.

Ienam.

HENRICO HAMILTONO, ICto.

INdicium mihi est constantiæ tuæ in amore ea scriptio, nihil jucundius aut acceptius mihi est, quàm suavibus illis, & à vobis talibus litteris refici & laxari. Certe tuæ fecerunt, & vivum, alacre, eruditum quoddam spirant, & Veneres ac lepores, supra multos melioris ævi addo & sublimes scriptores. vivant, quæ illâ pennâ spargantur, & ad posteros veniant. Ut indigner tàm multa protolli à te & differri. Nam ubi tàm diu Observationum libri? ubi de natali die? quem vide ne emortualem faxis, quando tandem dabis in lucem illas noctes? Quid paratam tibi famam, alijs voluptatem differs? judicia times & censuras, cum tàm diu premas, & mox in nonum annum. Teneritudinem eam ponas, ad omnes sermones concuti

concuti & moveri. non ad gustum tibi omne genus scriptionum fuit, nec tua speres fore. laudent te? fac gaudentem. notant? non curantem, omnes qui surgere & se tollere voluerunt mox adflavit invidiæ illa aura. Vide præsentes? observes, qui fuerunt? idem. Interim alij alti, alij jacentes & langvidi, à DEo est qui dat,

—— ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ,

---- *ut fuerit visum unicuiq;*,

tibi certè super omnes, quos aut novi aut hoc ævum habet, sed in eâ ætate, & majora in aliâ etiam erunt. Quod voveo & te ad nos redire. Vale, mi optime, mi fidissime Hamiltone. Malmogiæ.

EPIST. XXVII.

Sinclari Holmiam.

MARTINO PERSÆO, JC.

PEccarem, nisi me sistere tàm cupienti, multos jam annos litteras, sapientiam ex ijs urgeo, paucos dies mihi dabo ad oblectamentum aliquod & quietem. Ut ad te excurram, & videam mei dimidium, id enim es. Ipsæ Danaides non finiendi laboris damnatæ posuerunt, vate Rhodopeio ludente, suas urnas; liceat mihi pennam & chartas ad melleos tuos ser-

dā, illos animos virtuti. & deliberationes vobis non dilatas jam, ſed abſciſſas gaudeo. Cum bono Deo fiat, certè melior ratio calculos eò cōfert, natura veſtra, quæ florens, excitata, mores tranquilli & puri eò ſuadent. Vota amicorum eò, & (quod ſummum eſt) in ſede illâ felicitas, in æterna beatitudo eò vocant. Non quin extra hoc genus eò etiam veniatur, (non inficior nec ſi deliro) ſed quia plures in aliâ vitâ ad vitia occaſiones, à virtute & (quod caput eſt) pietate impedimenta & abductiones, mihi in mundo jam gnaro hoc credite. Ut quid in externis hæreatis? ſcite neminem ab his miſerum eſſe aut felicem. Nec tamen litterata hæc vita, honoris aut dignitatis expers eſt. habet omnia, quæ quis ſperat aut optet, delitias, divitias, & multa, quæ alibi fruſtrà quæremus. Si qui tamen talia optent, & me ſuaſore non optetis. Si à ſe affluant, aſſumite. finis ille non ſit, ſed Deo & patriæ vos impendere in id jam præparare & in felicitate & quiete collocare, inter iſtas fortunæ procellas, ut in Halcyoniis & malaciâ ſub initia aliqua aſperitudo ſe offerat, cùm aſſuevistis, & ad medullam vos penetraſtis; nectar invenietis & nepenthe ac omnia non modò levia ſed jucunda, & illi ipſi, cùm res feret, vobis non manu non mente

 deërimus.

deerimus. Vos Phœbo, vos vestris, vos mihi cordi curæq; eritis, nec vos destituam, aut demittam, si non vos ipsi, aut deponam sollicitudinem, do vobis & affectum. In flexu ipso ætatis estis. tollite jam vos, & alta spectate, & ponite supra terram etiam dum in terrâ estis virtute & doctrinâ. Date vos in secretiorem secessum, ad pulcrarum illum rerum Oceanũ, doctrinæ dico, quò ingenij ventus trahit, mea hortatio vocat. nec ripas obambulate, aut adnavigate littus, in altum ite; nec tingite suavibus ejus lymphis proni animum, sed mergite, ut doctiores, ut meliores sitis, ut acuatis mentem, pectus instruatis. Illa res commodum vobis & laudem patriæ trahat secum. ego voveo & vos sic pergere. Malm. ꝏ. Iↄc. XVI.

EPIST. XXIX.

Octaviam.

HELIO PAULLO.

POstremas tuas lubens vidi, & excitarunt solo aspectu. Locum illum ad placitum tibi esse ad votum lætor, & illud mihi quàm suave? Urnæum se ita demittere favore & humanitate. Vivit in animo meo ille Heros, & ad æternitatem veniet, si me scripta, quod dici illi

per

per te volo. De carmine non putabam te ſic in his Muſis eſſe; & in eâ ætate, eo loco eſſe, ſuave & melli mihi fuit hoc genus à te videre, in eo favorem in me & curam. Eſt hæc vera vetusq; oblectatio mea, & poſt ſeria cupidè ad hæc talia diverto auribus atq; animo voluptatem. Sed quàm diu eſt, cum nil tàm cultum aut alacre lego? tu me quæſo, ut cœpiſti, inter æterna nomina referas. Id enim erunt, quos ea vena in famam mittet. Optem alibi etiam in eo tractu tales eſſe Muſas has amare, factis ſic probare & oſtendere. Sed voti hoc magis quàm ſpei iſt. Quod adjungis de exercitationibus, quas paras, valdè inſtigo, totâ mente laudo, & illuc ſuadeo. Si indoles, ſi natura huc vocant, nihil eſt quod magis ſequi te velim. Ad famam, ad gratiam, & qui, huc accedat, patriæ ſplendorem & celebritatem ferat. In illam rem tibi ſtilum Lipſius dabit, ille non Criticorum tantùm eximius, ſed, me judice, Oratorum. in eo non oculum ponas. quin elegantiam aliquam cernas, aut ſpecimen ſentias doctrinæ priſcæ. Illic ſententias lætantibus oculis ſubijcias aut novas, legentis incitamentum, phraſes. hîc ſimilitudines & flores ac illuſtria lumina ſermonis. Ad conſtantiam alibi manuductio, & rerum mundanarum contem-
 ptum

bris, & electa multa dixerunt ipsi non tales. De Epistolis etiam colligendis ad editionem multi mihi suasores, an consentiam? non venit in mentem. Inuidiam metuo, sed quam nemo par mihi vitauit, nemo major. Plures contemnant, quàm ignoscant: sed qui aversi ab eà Musâ & modo. Studio autem melior esse, quàm celebrior, majoris rei quàm famæ, sed dubium consilij relinquo, non affectus, qui manebit æternum, ita apud me ille æternus. Malmogiæ ꝏ Iↄc.xvi.

EPIST. XXXI.

IO. SEVERINIO FYONO.

INsuave, mi Severini, injucundum tàm longum silentium. Ego jam quot mensibus à te aut de te nihil? scis quàm vestræ res in curâ, imò in corde, morti ferè sit, tàm diu à vobis nihil scire, ut desiderio vestri teneor, ut locorum, in quibus mihi transactum, quod in hac vitâ lætissimum, adolescentia. Nos hîc vivimus & valemus. Tu similiter, quid cures, quid cogites cum matre, cum sorore, cum familiâ nisi scribas, scito certo me. sed irâ tibi non ingratâ, cujus radix ab amore. De Bagero in postremis tuis aliquid fuit, id scito succedere nunc ut tandem indicem, quid sit ad

mentem

mentem. De Lundiâ tamen ſerum eſt, è ſuis aliquem deſtinavit, cui id in manu, alterum id ex facili parandum. Fectilius abitum propoſuit ante menſes. Præſul ſucceſſorem vocavit, ſed Senatu, ut ajunt, inconſulto; unde nonnulli motus & diſſentiones, non tamen apertæ. ita inſtante vere renovatio totius ſtatus erit. Locum illi dabunt ex meâ interceſsione honeſtum. Velim titulum ſecum adferat. Etſi rem mallemus & colorem non fucum. C. Grubbium ibi ſaluto, ſtellam (verbo dicam) Selandiæ veſtræ. Salve. Malm. CIↃ IↃC. XVI.

EPIST. XXXII.

Jenam.

HEINRICO HAMILTONO.

DE reditu tuo hîc ſermo, eſtne, mi Hamiltone? velim: ac ante hyemem, utinam ſit, utinam tu in viâ, aut ſubitò te des. quia tamen hic eò iturum dicit, in ſpem dare iſtas malui, quàm differre. De valetudine aliquid vis? nā rumores de eâ afflictâ ſcio ibi etiam turbaſse. Ea verò bona, tibi longam opto, & ut ad ſcenium decurrat illæſo pede. De ſtatu meo, is adhuc qui fuit, ab alijs audies, aut ipſe, quod malim, videbis. In ſtudijs illud. Theologiam

(utar

(utar eâ voce) ſanam, veram, totam oſtendo è Poëtis priſcis, &, quod miraberis, eorum verbis. Liceat ita ludere in ſancto hoc & ſevero Religionis argumento. tu quid credis hîc aut addicis? ſtupebunt

--- --- *omnes tentamina tanta.*
Conatusq́; novos;

Aliqui & amabunt. Linus, Orpheus, Pindarus ad eam rem contulerunt. & id genus Patres litterarum & heroës, qui quamvis non verum (nec contendo) ſenſerunt aut ſcripſerunt: magis tamen in eâ nocte oculos aperuerunt, quàm reliquum vulgus. Nec differere illi magis de Deo videntur, & ijs, quæ ad ipsū, quàm inſerere & inſtillare. Videbis in brevi, ſi ad deſcribendum (id enim ſolùm reſtat) aliquando aſſurgam, quod tamen hæc tempora & functio vix permittunt. Dedimus etiam PARODIAS hoc anno, dedimus INTERLUDIA, vide te in ijs crebrum & ſolemnem. mitto non ut legas ſolùm, ſed cenſeas. Etſi ſine ſtudio hęc ludo, ſine curâ, & verè ludo. quod ſcio te ſcire, nec in labores ea habeo, ſed remiſsiones. Intereà tu quid tentas? quid condis? ut enim alta vena tua eſt, non ceſſas. Propera, rogo te, in hoc ſtadio, quod ad immortalitatem tibi ſtraviſti,

fert illud sive fatum sive fortuna, laxat arctatq;, ut lubet, & quod ille aiebat: βέβαιον οὐδὲν ἐν βίῳ. crescimus, floremus, tollimur, & cum maximè ex voto sumus, mergimur, & ad hæc quid dicamus?

Τὰ θνητὰ πάντα μεταβολὰς πολλὰς ἔχει,

Mutationes hæc habent mortalia:

majori felicitati idem exitus & sæpè tristior fuit. feramus, & in cœlum aspiremus, ubi non tangat, aut perturbet omnibus machinis fortuna, sed hæc mittamus. Malm. CIↃ IↃc.XVI.

Exemplaria libri tui accepi jam, cum has claudebam. placuit, magis quòd meum carmen adjunctum. Perge in hoc & simili studiorum genere. Multùm Patria tibi debet, multùm sequior ille sexus, qui per te pulcherrimū scriptum jam legit. De pœnitentiâ, quod cœpisti, urge; animi pij talibus omninò ducendi & fulciendi. Me hæc functio prohibet ab ijs, quę vellem, tamen eripio semper aliquid & conor. ac nescio, quid ab hac manu brevi dabo, habebis inter primos: utinam & laudes. De Rosæfonte videndo in hoc vere cogito, si erit, vos invisam.

EPIST. XXXIV.

Portuam.

HENRICO HAMILTONO. V. C.

Dubitarem

DUbitarem (si cadere hoc posset in amorem) de constantiâ, de fide. quod tu Jenâ nuper, & ne tribus lineis ad me: Hæc peccasti, mi Hamiltone, quin si de te nihil, & litis decisione aut metâ, saltem de Senatu illo nostro aliquid Poëtarum. Quid Hæcchelshovius, quid Sagittarius, quid Gruterus tuus cogitent, & illi Duces hîc & dictatores. quæ grata vobis nobis scis intellectu;

--- --- ἀλλ' ἀνέμοισι
Δώομεν ἀμπλακίην,
----- *sed leve ventis*
Delictum dabimus,

magis, si veniam tibi jam paras litteris novis, diffusis, doctis, & quo magis diffusis magis dulcibus. Tales à talibus juvant, recreantq; me in perpetuo hoc labore. Tu autem quid? titulum cogitas & honores? ita nescio quæ fama ad me adfert. faveo & gaudeo. O Portua mih. semper sacra! O urbs sedes Musarum & Gratiarum! lux & laus tibi per tàm lucentem, tàm laudatum. Sit ex famâ tuâ, sit ex laude. Sed lætor, & voveo pro successu. De me in studijs sumus; sed progredimur haud multùm in hoc statu, tamen hyeme eâ, nescio, quid antiquorum versuum dedi, etsi vereor, ut

cum

cum Venere & Charite, quam hæc poſcunt. Mitto, ſi te forrè capiat iſta venuſtas, omnes non laudent? contemno. Ut iidem cibi alios allectant, multos à ſe vertunt & lædunt: ſic omne intellegentes oblectat, offendit invidos & imperitos, quamvis non pugno, ut in occupationibus his concepti & fuſi, quin referant aliquid inſvaue & mortuum, & langveant ipſi à venâ hac langvente. Paramus Hiſtorica & altiora quædam, ſed quid tibi aut mihi addicam per hoc ævum, & provinciam parum lætam? hoc ſolum amplecti me Muſas, ſapientiam, & omnes, qui eam nec deſiturum unqvam. De reditu tuo aliquid pangerem. Sed ſubijt ignauiæ quædam dulcedo, quod fero, & ceſſo, donec DEO viſum mihi quietem dare, me ſolitis Muſis, quod vovemus magis, quàm ſperamus. tu mi Henrice ſalve, & feliciſſimum Medicum Tancredum Lælium à me ſaluta, magnum, altum, & (quod jure gaudeo) in me proclinatum. Idem oro & judico de Friderico Severino, olim meo. Malm. ∞ Iↄc XVII.

EPIST. XXXV.

Sigenam,

ERASMO PHÆNIO. S.D.

COgitabam ad vos hoc æſtate, mi Phœni,

 ſed

deerimus. Vos Phœbo, vos vestris, vos mihi cordi curæq; eritis, nec vos destituam, aut demittam, si non vos ipsi, aut deponam sollicitudinem, do vobis & affectum. In flexu ipso ætatis estis. tollite jam vos, & alta spectate, & ponite supra terram etiam dum in terrâ estis virtute & doctrinâ. Date vos in secretiorem secessum, ad pulcrarum illum rerum Oceanū, doctrinæ dico, quò ingenij ventus trahit, mea hortatio vocat. nec ripas obambulate, aut adnavigate littus, in altum ite; nec tingite suavibus ejus lymphis proni animum, sed mergite, ut doctiores, ut meliores sitis, ut acuatis mentem, pectus instruatis. Illa res commodum vobis & laudem patriæ trahat secum. ego voveo & vos sic pergere. Malm. ∞. Ioc. XVI.

EPIST. XXIX.

Octavianus.

HELIO PAULLO.

POstremas tuas lubens vidi, & excitarunt solo aspectu. Locum illum ad placitum tibi esse ad votum lætor, & illud mihi quàm suave? Urnæum se ita demittere favore & humanitate. Vivit in animo meo ille Heros, & ad æternitatem veniet, si me scripta, quod dici illi per

per te volo. De carmine non putabam te ſic in his Muſis eſſe; & in eâ ætate, eo loco eſſe, ſuave & melli mihi fuit hoc genus à te videre, in eo favorem in me & curam. Eſt hæc vera vetusq; oblectatio mea, & poſt ſeria cupidè ad hæc talia diverto auribus atq; animo voluptatem. Sed quàm diu eſt, cum nil tàm cultum aut alacre lego? tu me quæſo, ut cœpiſti, inter æterna nomina referas. Id enim erunt, quos ea vena in famam mittet. Optem alibi etiam in eo tractú tales eſſe Muſas has amare, factis ſic probare & oſtendere. Sed voti hoc magis quàm ſpei iſt. Quod adjungis de exercitationibus, quas paras, valdè inſtigo, totâ mente laudo, & illuc ſuadeo. Si indoles, ſi natura huc vocant, nihil eſt quod magis ſequi te velim. Ad famam, ad gratiam, & qui, huc accedat, patriæ ſplendorem & celebritatem ferat. In illam rem tibi ſtilum Lipſius dabit, ille non Criticorum tantùm eximius, ſed, me judice, Oratorum. in eo non oculum ponas. quin elegantiam aliquam cernas, aut ſpecimen ſentias doctrinæ priſcæ. Illic ſententias lætantibus oculis ſubijcias aut novas, legentis incitamentum, phraſes. hîc ſimilitudines & flores ac illuſtria lumina ſermonis. Ad conſtantiam alibi manuductio, & rerum mundanarum contem-

bris, & electa multa dixerunt ipsi non tales. De Epistolis etiam colligendis ad editionem multi mihi suasores, an consentiam? non venit in mentem. Inuidiam metuo, sed quam nemo par mihi vitauit, nemo major. Plures contemnant, quàm ignoscant: sed qui aversi ab eâ Musâ & modo. Studio autem melior esse, quàm celebrior, majoris rei quàm famæ, sed dubium consilij relinquo, non affectus, qui manebit æternum, ita apud me ille æternus. Malmogiæ ∞ Iↄc.xvi.

EPIST. XXXI.

IO. SEVERINIO FYONO.

INsuave, mi Severini, injucundum tàm longum silentium. Ego jam quot mensibus à te aut de te nihil? scis quàm vestræ res in curâ, imò in corde, morti ferè sit, tàm diu à vobis nihil scire, ut desiderio vestri teneor, ut locorum, in quibus mihi transactum, quod in hac vitâ lætissimum, adolescentia. Nos hîc vivimus & valemus. Tu similiter, quid cures, quid cogites cum matre, cum sorore, cum familiâ nisi scribas, scito certo me. sed irâ tibi non ingratâ, cujus radix ab amore. De Bagero in postremis tuis aliquid fuit, id scito succedere nunc ut tandem indicem, quid sit ad

mentem

mentem. De Lundiâ tamen ſerum eſt, è ſuis aliquem deſtinavit, cui id in manu, alterum id ex facili parandum. Fectilius abitum propoſuit ante menſes. Præſul ſucceſſorem vocavit, ſed Senatu, ut ajunt, inconſulto; unde nonnulli motus & diſſentiones, non tamen apertæ. ita inſtante vere renovatio totius ſtatus erit. Locum illi dabunt ex meâ intercesſione honeſtum. Velim titulum ſecum adferat, Etſi rem mallemus & colorem non fucum. C. Grubbium ibi ſaluto, ſtellam (verbo dicam) Selandiæ veſtræ. Salve. Malm. ꝏ Iɔc. XVI.

EPIST. XXXII.

Jenam.

HEINRICO HAMILTONO.

DE reditu tuo hîc ſermo, eſtne, mi Hamiltone? velim: ac ante hyemem, utinam ſit, utinam tu in viâ, aut ſubitò te des. quia tamen hic eò iturum dicit, in ſpem dare iſtas malui, quàm differre. De valetudine aliquid vis? nã rumores de eâ afflictâ ſcio ibi etiam turbaſſe. Ea verò bona, tibi longam opto, & ut ad ſcenium decurrat illæſo pede. De ſtatu meo, is adhuc qui fuit, ab alijs audies, aut ipſe, quod malim, videbis. In ſtudijs illud. Theologiam

(utar

(utar eà voce) ſanam, veram, totam oſtendo è Poëtis priſcis,&, quod miraberis,eorum verbis. Liceat ita ludere in ſancto hoc & ſevero Religionis argumento. tu quid credis hîc aut addicis? ſtupebunt

——— ——— *omnes tentamina tanta.*
Conatusq; novos;

Aliqui & amabunt. Linus, Orpheus, Pindarus ad eam rem contulerunt. & id genus Patres litterarum & heroës, qui quamvis non verum (nec contendo) ſenſerunt aut ſcripſerunt: magis tamen in eâ nocte oculos aperuerunt, quàm reliquum vulgus. Nec differere illi magis de Deo videntur, & ijs, quæ ad ipsũ, quàm inſerere & inſtillare. Videbis in brevi, ſi ad deſcribendum (id enim ſolùm reſtat) aliquando aſſurgam, quod tamen hæc tempora & functio vix permittunt. Dedimus etiam PARODIAS hoc anno, dedimus INTERLUDIA, vide te in ijs crebrum & ſolemnem. mitto non ut legas ſolùm, ſed cenſeas. Etſi ſine ſtudio hęc ludo, ſine curâ, & verè ludo. quod ſcio te ſcire, nec in labores ea habeo, ſed remiſsiones. Intereà tu quid tentas? quid condis? ut enim alta vena tua eſt, non ceſſas. Propera, rogo te, in hoc ſtadio, quod ad immortalitatem tibi ſtraviſti,

fert illud sive fatum sive fortuna, laxat arctatq;, ut lubet, & quod ille aiebat: βέβαιον ὐδὲν ἐν βίῳ. crescimus, floremus, tollimur, & cum maximè ex voto sumus, mergimur, & ad hæc quid dicamus?

Τὰ θνητὰ πάντα μεταβολὰς πολλὰς ἔχει,

Mutationes hæç habent mortalia:

majori felicitati idem exitus & sæpè tristior fuit. feramus, & in cœlum aspiremus, ubi non tangat, aut perturbet omnibus machinis fortuna, sed hæc mittamus. Malm. ∞ Iↄc.XVI. Exemplaria libri tui accepi jam, cum has claudebam. placuit, magis quòd meum carmen adjunctum. Perge in hoc & simili studiorum genere. Multùm Patria tibi debet, multùm sequior ille sexus, qui per te pulcherrimū scriptum jam legit. De pœnitentiâ, quod cœpisti, urge; animi pij talibus omninò ducendi & fulciendi. Me hæc functio prohibet ab ijs, quę vellem, tamen eripio semper aliquid & conor. ac nescio, quid ab hac manu brevi dabo, habebis inter primos: utinam & laudes. De Rosæfonte videndo in hoc vere cogito, si erit, vos invisam.

EPIST. XXXIV.

Portuam.

HENRICO HAMILTONO. V. C.

Dubitarem

cum Venere & Charite, quam hæc poſcunt. Mitto, ſi te forrè capiat iſta venuſtas, omnes non laudent? contemno. Ut iidem cibi alios allectant, multos à ſe vertunt & lædunt: ſic omne intellegentes oblectat, offendit invidos & imperitos, quamvis non pugno, ut in occupationibus his concepti & fuſi, quin referant aliquid inſvaue & mortuum, & langveant ipſi à venâ hac langvente. Paramus Hiſtorica & altiora quædam, ſed quid tibi aut mihi addicam per hoc ævum, & provinciam parùm lætam? hoc ſolum amplecti me Muſas, ſapientiam, & omnes, qui eam nec deſiturum unqvam. De reditu tuo aliquid pangerem. Sed ſubijt ignauiæ quædam dulcedo, quod fero, & ceſſo, donec DEO viſum mihi quietem dare, me ſolitis Muſis, quod vovemus magis, quàm ſperamus. tu mi Henrice ſalve, & feliciſſimum Medicum Tancredum Lælium à me ſaluta, magnum, altum, & (quod jure gaudeo) in me proclinatum. Idem oro & judico de Friderico Severino, olim meo. Malm. ∞ Iↄc XVII.

EPIST. XXXV.

Sigenam,

ERASMO PHÆNIO. S.D.

COgitabam ad vos hoc æſtate, mi Phœni,

ſed cogitabam optatum id immutat is, qui ſapientius nobis, nobis it proviſum. In Italiam aſpirabam per eam viam ad vos, ſed non volente eventu. mens certè erat commovendi ab his locis: tenent quibus reniti parùm tutum. diſtuli itaq; ſcriptione quod ſpes erat vultu aſpectuq; jungi. Cauſam habes ceſſationis tàm longæ. de ſuperbiâ aut contemptu interpretaris? cave ſis. Oceanus citiùs ſuas lymphas, quàm ego relinquam tàm diu arctè habitum amorem. Tu verò quid vales? poſtquam dediſti te in jucundos (ita ſpero) nuptiarum nodos. Proſpera, opto, ea res & ſalutaris tibi ſit, & ut mare hoc naviges tranquillum, mite, nec adhæreſcat illa Cymba inter mœroris ullos fluctus. Quæ ſegnities tua eſt, cur non ſcribis? ego diligentior ſum, quod ſcis, niſi interceptæ meæ, aut, quod nunc vulgare, abjectæ; ſed non erit, ut nullas videris. Ego miſiſſe me teſtor, & POEMATIA, quæ varia dedi, per hos annos. Nunc ſegniores ſumus, niſi quòd de RELIGIONE aliquid dabo: ſed ut apes à multis libavi, & ab ijs ſolùm, quibus Religio nulla fuit, aut vana. In POLITICIS aliquid cœpimus, haud ſcio, an pertexendum, eâdem facie. Ad Hiſtorias patriæ jam velis

& re-

& remis feror, sed si functio hîc, remittat aut sinat. Alia vocant, tu salve. Malm. ∞ I)c.XVI.

EPIST. XXXVI.

Francofurtum.

CHRISTOPHORO HANSENIO.

DIu nec dedi litteras, nec accepi, mi Hanseni, redire in officij viam decet, quam neglegenter uterq; pressimus. Non fuit tamen remissior fides, aut leviùs & inconstantiùs amavimus, de me scio, de te, ut vir es, spero. Ut flores non semper se ostendunt, redeunt, cum ver & Sol aliquis serenior: Idem in amore, à silentio vires sumit, reflorescit, quoties aliqua necessitas. aut occasio. In iram nonnihil fuit (cur dissimulem?) quod tu in Daniâ, æstate elapsâ, & tàm propè, nec tamen videndi tui fas aut audiendi. Cur tàm brevem viam (cum eo dicam) non vorasti? aut quod omninò facile, cur non indicasti? & advolassem. debuisses sanè meâ causâ; qui ad amorem tui non caleo, sed liquesco, & quando occasio tàm insignis erit? quando fruar? & manus injiciam in tàm carum collum? dies hi vix spem faciunt, vix intervallum, quod sejungit, In alto hoc erit (nam de terrâ despero) ubi

ψυχαὶ δ' εὐσεβῶν ἐν οὐρανοῖς νέμονται,
μολπαῖς μάκαρα μέγαν ἀείδουσιν ἐν ὕμνοις,

Animæ piorum, quæ modò cælos habent,
Hymnis Beatum concinunt Magnum sacris:

tùm iterum dabitur, tùm vultus, & dextras jungere, & quidquid petimus aut speramus. Deus utrumq; eò, cùm tempus est, feret, hic servet. Malmogiæ ∞ Iↄc. XVI.

EPIST. XXXVII.

Portuam.

CASPARO BARTOLINO V.C.

UT in rosetis spinis flores intermixtos; sic in vitâ hac gaudia curis habemus. In vobis cum lætitiâ cerno, cum motu animi audio, tempestates & nubila satis experti estis. nunc ad serenitates & hilaria (cum bono Deo sit) facitis reversionem, ita decet, animum iterum attollere, & prævijs tristibus sequacia interfundere læta. Ea lex est venientib. in hanc lucem: non semper lætari, sed neq; lugere: verùm attolli & dejici, gaudere, & tristari, surgere, mergi, omnia ut ferant res & tempus. Adeoq; conditionem nostram & imaginem in aurâ hac cernimus, quam bibimus, & in quâ vivimus, modò clara, modò crassa venit, jam nubilat, jam serenat: Sic lætitiæ se miscent & fundunt mœrores. Et vos rectè his iterum

nova

nova gaudia, quæ Deum precor fausta & felicia novis nuptiis esse, & ad optatum ac vota. Ad solemnia ea vocatis? non venio, non meam mitto, nec nescis, quæ nunc non sinunt. Sed heus? quid tu mihi à Finchio? non debebas: ad amorem eius aspirabam, non aurum. Non in eum finem hæc scribimus. Splendentem illam terram non valde, te & illum magis æstimem, qui in me tàm proni. sed gratias meo nomine dic: juvenem istum vides, alti animi & studij est, vena, ingenium, mores vel ad antiquum ævum; Et verbo dicam, indoles, quæ meretur produci: Tu fac, nam ad vos abit, te audiat. Hoc petit, posse aliquando aspectu & (si otium) affatu tuo frui. Nam vos & vestra videndi, atq; ab ijs discendi itineris finem habet. Plura vellem, nescio an oculi, qui jam ferè (sine malo omine scripserim) cæcutiunt, & renituntur. ad lunam enim scribo & in horto. tu vale, in amore persta, æterna. Malmogiæ.

EPIST. XXXVIII.

Locum Regium.

AD PRÆSTITES PROVINCIÆ FAXEÆ.

Viri celebres, Viri prudentes;

INnatus amor & inclinatio cuiq; nostrum

 in

in patriam eſt, & tractum eum, cui primum inſitimus, ac tenerâ mole preſſimus. & immotâ

——— *natale ſolum dulcedine cunctos*

ducit: ut id amare & extollere, in eo ac pro eo perire, & mortem ſuſcipere, nemo recuſet aut detractet, non vivere tantùm optet & ſeneſcere, ut verè dixerit Pôeta priſcus:

ἐν γῇ πατρῴᾳ τερπνὸν ἐκπλῆσαι βίον,

Implere terrâ ſuave vitam eſt patriâ:

occultam enim vim pelliciendi, aſſumendi habet, ubi conſuetus oculis aër, amnes, arva, ubi latâ lineâ parentes, affines, ſocij & tot amoris incendia, quæ alia loca non dabunt. Bruta in latis ſiluis gaudent, certis earum paſcuis adfixa natali glebæ. Aves in diffuſo hoc aere amant, & obſervant illas partes, quæ dederunt. quid homines non faciamus? In me ſanè is amor diffuſus, in Faxeâ veſtrâ infantia mea repſit, adoleſcentia crevit florido & fœcundo ejus receſſu; nec elicuit amor, ira, divitiæ, aut quidquid patriæ amorem ſolvit aut rumpit. Fata aliò traxerunt ferè retinentem. In Scanijs conſedi

procul à patriâ amplexuq́; meorum;

Sicq́; aliquam mei partem à vobis ſors avulſit,

ſed

ſed partem, nam animum non potuit; illum ſemper habuit, & habebit ille tractus, ibi it, ibi errat, & cara loca luſtrat, laudat, quæ olim tenuit, vos in illis. Ut ſciatis, iſta à me ſumite non magna, præcipua tamen optimaq;, quæ hoc quidem tempore in omni litterario meo curſu ſumite, ſed vultu, quo mitto, hoc eſt, probo honeſtoq;; veſter ſum & ero, amari à vobis cupio, vos ſalvete. Malm. Non. Sext.

EPIST. XXXIX.

Portuam.

HEINRICO HAMILTONO JC.

ANimus meus ad eas litteras ſe explicat, & diffundit, & diu mihi hoc votum fuit, gaudeo de te reverſo, de mei ſic inoblito. Sic velis, ſic debes, ſi meum in te affectum inſpicias diu inclinatum. Duret is conſenſus, & cum propriores facti ſumus, non tantùm litteris eum ſuſtentemus, ſed aſpectu & vultu. Feciſſem jam, ut deſiderium meum eſt, veniſſem ſine dilatione aut morâ; ſed quædam hic ligant & me non permittunt. Aliter dulce eſſet, te videre veterrimum amicorum, & deſiderium explere, quod de te concepi, & erit hoc jam citò: Veniam, & urbi illi dabo ſeptimanas, te ad gaudium audiam

Narrantem loca, facta, nationes.

Intereà de te, de studijs, de vitæ genere intellegere aveo. Scribe, & lætitiâ imbuas. Etiam de Germaniæ illo tractu, quem Mars jam sic ciet, si quæ habetis, juvat intellegere, & si plerumq; incerta ea, imò vana. Nam ad nova libenter flectimus, ea quætimus, in ijs animo atq; auribus voluptatem. Multa inopinata, obliqua hîc audimus, ac non pro spe aut voto, nisi rumores illi magis grandes, (& credam) quàm graves. Tu scire debes, qui ita noviter ab ijs turbis; transivisti enim scio. fervente adhuc bello? aut quies est, & novæ cum principe induciæ? ita per Cæsaris authoritatem, alij magis quàm ego sperant. Utinam id sit, & cum rei precio. Valdè ad fulciendum principum æstimium, & vires in eo tractu & toto imperio sit urbis ejus possessio. Sed vereor, ut ex facili sumenda. & fallor, aut Saguntum ibi & Numantiam habebimus. Interim (ô dolorem) res intrà & extrà non dubito, quin labatur & ruat, & Fasta cum bonâ Fortunâ ab ijs abeat. quid tamen est? toleranda sunt fortibus & constantibus animis cœli Duci & fato sic visa. Urbes & regna metas suas habent, quò cum penetrarunt, consistunt, relabuntur, cadunt, ea cum venerit Brunsuigia

illa,

illa, quantumvis vetus & tot triumphis celebris, frustrà resistat. fata viam invenient, ij in principis manus venient, serviant, jugum sumant. Fatalis illa periodus si abest, manebit. In minimo aderit virtus;

tranquillaq; magni
vis animi, nulloq; levis terrore moveri:

tamen jam sermo firmus de pace, sed vereor, ut sermo. satis, tu vale & scribe. Saluto tuos, quibus nuncia votum hunc animum & dicatum.

EPIST. XL.

Glassacium.

MARTINO PERSÆO IC.

NEctar & mulsum non literas à te, mi Persæe, accepi. quod dulcedinis sensu me tangere debeo fateri; utinam pro merito reponã, & divinciar magis magisq; æterno aliquo nexu. Temperare te tamen, hæc blanda vellem, nec quod soles nimiùm dare in meas laudes. Ego quæ vis ingenij mei est, nec ignoro, mi Persæe, nec ambigo, suavia in eo quædam fortasse, exculta, dulcia, supra annos, supraq; sortem, sed non in eum modum. Is sum & eò veni, ut censere possim de altiore & rectiore ingenij cultu, de me cave censeas, cave dicas;

te veneramur, te suspicimus, imò ne fallam, invidemus. Cuius celebritas non ad eos, qui nunc florent, solùm, sed ad posteros se spargat, quàm diu in terris erit nomen Pôetarum. Et gratulor meâ causâ, tuâ, ævi. meâ, cui eum fautorem Deus dedit; tuâ, cui hoc ingenium; ævi, cui tantum decus. De munere quod tu ad me. Gratius mihi istud ab eâ manu, eâ mente, alio cuiusquam (verè dico) ex auro aut gemmis. Nam alti animi totum hoc scriptum, ut verbo dicam, & major opinione nostrâ, qui dedit, planè virtutis & doctrinæ summæ. Et omnia talia in eo videat & hauriat ingenium, sapientiam, venam qui non aspiciat tantùm, sed inspiciat & scrutetur. Quidquid alij, ego non libenter sed auidè lego, & nescio, an in succum mihi vertam, certè opem. Quid addam?

Quid nisi quod cupio me jam coniungere tecum?

ô tempus id, quod tacitis votis velles, quando erit? Quando meos amores & Sinclaros in Parnasso vestro videam & tangam? Quando floridâ eâ orâ & viretis ad pronas umbras jocemur, ludamus, loquamur, & alucinemur svaviter, & verè per studia nostra? Deus perfice

fice mihi hoc votum! Anhelo, & aspiro ad eos fontes suavitatum & nectaris, qui mihi ab eo afflatu; erit spero brevi, & occasionem aut habeam aut sumam. Sed hæc mitto. Ab Hamiltono ante septimanam ad me litteræ, omnia, quæ volumus, sospes rediit ab istis turbis: Lis abscissa, titulum sumat. gratulationem pro reditu ei scripsi, à te exspecto, ut iungam. Illustrem Sinclarum saluto, magnum virtutibus & natalibus Heroëm.

EPIST. XLI. *Marpurgum.*

JOANNI RHODIO S.D.

PArabam & apparabam ad vos, mi RHODi, sed parabam; propositum id deiecit is. qui prudentius nobis, nobis it prospectum. Cogitabam Italiam, vos in viâ videre. quod ipsum adhuc, si me vides? desidero si te? aspiro. cultum illum terræ tractum! utrumque. Sed teneor & ligor à magnis causis. Animo ergò adeo & litteris, eum aliter non licet, ut vivere adhuc ostendam, & (quod magis tibi in optatis) amare; nescio enim quomodo hoc quasi liquore irrigatur amicitia, etiam vetus & vera ac sopita resurgat, extingvatur eo fomento non sustentata. Quod tu contemnis, qui tàm diu siles, nec de statu tuo, de studijs, de successu ad me quidquam, ex tàm longo inter-

tervallo. Vivis ne & Hygijam pro voto habes? ego sanè, non autem meæ Musæ, eæ langvent per hos menses. JNTERLUDIA tamen dedimus mediocre opus ubi invenies memoriam tui, si ea res ad voluptatem: Nunc in alijs sumus magis arduis, magis altis, & de RELIGIONE aliquid daturi sumus è priscis. Historijs patriæ manum admovimus, sed progredimur haud multùm in his turbis, spes sustentat (ut in eam semper proni sumus) non fore æternas occupationes has nostras. si obtineo, Musæ meæ ad se redeant, cum ego. tu salve, ævi nostri (vive modó) novæ deliciæ, Malm.

EPIST. XLII.

Ysiadiam.

JACOBO IANO S. & amorem nuncio.

ILlum enim constantem & firmum virtuti tuæ debeo, qua tu in me usus supra omnes pœnè dicam hujus ævi. In urbem vestram vix deflexi, cum certa mihi indicia honorantis cujusdam adfectus & cultus, comiter tenuistis lepore & lætitijs non tinxistis, sed inundastis. Tetigit hoc & tenet imum istud pectus, nec depono unquam eam memoriam aut mitto. Hoc magis doleo, in reditu, ut addixeram, te non vidisse. Profectò ita tulit. festinabam nonnihil dejectus, quòd res ex voto non cessit, quam-

quamvis non magna, ut audio, in amissione eâ jactura. Meliora illum nostrum manebunt, spero, solo & sede magis aptâ, ad quæ Deus & virtus ejus ferat. Ille mecum gratias habet & refert tibi, uxori, familiæ, pro libentiâ, pro amore, quæ non parcè, sed ampliter in nos effudistis, ignotos, immerentes, solo impulsu altæ & sublimis naturæ. Utinam iter aliquando per hos tractus ferat. habebitis pari benivolentiâ & comitate publicè & privatim in vos utentes. Id dum fiat, saltèm scripti munus hoc sume, pro more & amore mitto. Sed favoris tui certus plausum non quæro, malo judicia & censuras: nec enim ætas eò duxit, ut discere non debeam, atq; ego eo animo sum, ut valdè optem. lege, cense, me ama. Malm. CIↃ IↃ c XVI.

EPIST. XLIII.

Collem-Vemæum.

LAURENTIO JACOBO.

ITa tibi fortuna cupiat & volet, ita Musæ & omnes Charites ament, ut ego tàm suaviter, tàm benignè nusquam diverti, qui jam tot annos Numidæ in morem erro, quàm apud te, non notum, nunquam visum. Lubens excepisti, lætus tenuisti, quo meo merito? nullo solo benevolæ & humanæ indolis impulsu. Viros

ros ille tractus habet magis opinione meâ (li-berè dicam) humanos: te inter primos. cujus ea virtus est, ea doctrina, ut censeam superiorem multis, qui diu in alto, infra paucos. Sed omitto; PARODIAS nostras ad te mitto, & alia, quæ multa dedimus his annis. Alia etiam tibi à me erunt. Si ego vel parùm adhuc ero. adventum ad nos addixisti, ubi ea fides? longi dies sunt huic desiderio, quid differs aut te subducis? spem & promissionem eam solve, ut dulcitatem&saccharum sapientiæ tuæ plenius degustem:

τοῦ καὶ ἀπὸ γλώττης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή

Cujus linguâ dulcior exit nectare sermo.

Veni, vise, bea nos. quod facies, si citò, si sine mora. Malm. CIƆ IƆ c XVI.

EPIST. XLIV.

OLAO VADSONIO.

MAgnus tuus candor in me, magnus amor, mi Vadsoni. Iter habui per ea loca, ut scis. frigus, quod intensum & insolens tùm erat, & aspera in eo profectio, ad te traxit: ut naturâ ad modestiam propendeo, non volentem, quia ad ignotum & nil obstrictum. Quid tu? opinionem delevisti, obvias, & in amplexum ruis, non venisset Rex ali-

aliquis acceptior aut princeps. non Vlyssem uxor libentiùs post tot errores, quàm tu me excepisti; nec liberaliter solùm, sed splendidè tenuisti. Ut nihil ad extremam benivolentiam deesset, & omnia præstaret; eâ lege demisisti, ut in reditu viserem. Id quia non licuit, has pro me sisto, & gratias ore & animo dico pro benivolentiâ tàm clarâ. POEMATIA nostra mitto, sed hujus anni: cyathis & cithara tempus fallunt alij: mihi joci & ludi hi placiti Pôetarum. Seria nostra non sunt, aut veræ curæ. Salve, & optimæ virginum à me osculum, sed quod Vestales sumere vellent, & dare ipsi Catones; hoc est, pro veteri fide & more. Amo enim, amo, & ò pergat in virtute, in pietate, & pudicitiæ omni cultu. Malm. ꝏ Iↄ c XVI.

EPIST. XLV.

Portzam.

JO. PAULO RESENIO Episcopo.

CEssatio quædam scriptionis per hos menses, haud scio, quomodò mihi dulcis non amoris, qui mihi in te magnus est ac fuit. tollere hanc jam fecit, qui has ad te fert. In Atheneum vestrum ite litterarum ac doctrinæ causa, quas fervidè etiam hîc habuit & decenter. Nam in juventute nostra aliquot annos

annos fuit. cum laude, quod sciam & fructu, ita vixit eo studio virtutis & cultu morum, ut eum Lyceum hoc habuerit ornamentum & Exemplum. Amanter tenuimus, nec cum gaudio adhuc dimittimus, qui melius novimus. Ita animum litteris non tinxit, sed immersit, nec inter eos erit, qui perfundere se doctrinâ non imbuere. laudem patriæ dabit & litteris, si pergat. Sed pro ingenio fortunam non habet, vulgare impedimentum ad alta euntibus. Ad te aspirat, juva, provehe, tolle. Prodijt à me ante paucos menses scriptum. Id de more & pro affectu sume à me donum. lege; te in eo, nec mirare, me adhuc hîc hærere, qui ad altiora fine & destinatione meâ eo. lubet adhæc deflectere, sed in ocio, & si levamento magis quàm sapientiæ conducunt, & usui non sunt, nisi ut oblectent. Sicut hederas, & id genus frutices, in arboreta recipimus, viroris & delectationis causa: sic licet in studia istos ludos, etsi tantùm adlevantes. Augentur mihi Phœbææ illæ divitiæ, non non valdè illæ à Pactolo. Sed acquiesco, & nescio, magnæ opes an delectent magis, quàm affligant, & oneri sint. ne ego prolixitate desino. Academiæ tuæ firmum & diuturnum te ejus usui, tuæ laudi, opto. Malm. ∞ Iↄ c XVII.

EPIST. XLVI.

Gieſſam.

JANO DIONYSIO JERSINO.

INvitus audivi, mi Jerſine, invitus parare te diſceſſum, & Germaniam cogitare, illam licet ingenijs, Viris, urbibus cultam, illam famâ illuſtrem ſcriptiſq;. Diſſuaſorem me habuiſſes à totâ eâ viâ, ſed prius cognovi, Gieſæ vos eſſe, quàm ituros, audiviſſem. Ita me alijs ſub id tempus merſeram, ut non adverterem, quæ adeò me tangebant, & vix, dum reſpiravi, adhuc curæ adſtant, lancinant, cingunt; & ducunt pertinaci pede, quò? ad ſepulcrum & veram quietem. Reluctor tamen, dum me tibi effundam, & affectum oſtendam, qui tibi vult & volet æternum. Feci, cum Soræ adhuc eſſes, neſcio, quomodò videris non cœpiſſe, qui nihil reddis. nam de contemptu non interpretor. In ſilentio amorem non amittes. *πολλὰς φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσε.* Fiat hoc apud alios, apud te nunquam. Cui animus purus ad hybernam hanc nivem. Quidquid erit? ego te conſtanter amo & colo, in animum ſemel miſi, nunquam ejiciam. Parodias dedi eâ æſtate in Horatium, vide te in illis leviter ſed verè laudatum, & ex animi ſenſu. Mitto enim, niſi gravabitur ferre, cui has dabo. Carmen ti-

bi in calore illo effudi, quod adjungo. te eo oblecta, dum alia à me videas, quæ magis ad Phœbum. nec enim ad hæc levia flecto, nisi per remissiones, quæ mihi temen non statæ in hoc loco & nimiæ. De RELIGIONE in manus sumseram & adfeci, sed rejeci & daturus me videor in quietem. Judicia aliquorum id faciunt, quibus succus hic ab Helicone non facit, faventia tamen multorum, quæ dulciter adhuc spirat, fortassè excitabit, & ferat ad alacritatem. Quod opto & te valere, imò redire, ab absentiâ enim illâ languemus, facturi id magis, si in longum trahas ibi mansionem. Malm. CIↃ IↃ c. XVI.

EPIST. XLVII.

Montem Belticum.

LAVONI URNÆO.

ITa me fama aliquando respiciat (nam ad eam semper proni sumus) ut mihi hæ postremæ valdè gratæ, nec moverunt solùm, sed delectarunt. Mittentem inspicio? laudem habet à tanto Heröe sic nosci, quid sic æstimari. Eas? plenæ sunt inclinati cujusdam affectus, & spirat, nescio, quis calor, in totâ eâ epistolâ, amoris, donas & addicis ea, quæ audacis propè animi sit à te sperare, cujus sistir-

ſtirpem videmus? Nobilis. Famam? celebris, Fortitudinem & ſapientiam? utraq; illuſtris, & inter gentis noſtræ primos. Seriò gratias tibi ago pro eximio iſto in me affectu, in eoq; ut perſtes, valdè rogo, Scriptum id noſtrum, quod probas, mihi dulce. laudes eæ meritò me capiunt, quas plebeas & à plebe non æſtimo, probas, & à probis cur reiiciam? Divitiæ, amplitudo, dignitas haud valdè me tangunt, afficiunt, & tollunt hæc judicia, quæ veniunt à talibus Muſagetis, verè dicam, & Phœbis. Cultum iterum conſtanter offero, juroq; tibi futurum prius, ut à me abeam, quàm ut ex corde meo tu, quam addictionem non erit ut fallam. De Helio meo nimis quàm ad votum ibi eſſe, ad votum tibi eſſe. Quod primum, utinam mihi liceret: Quod melimela pueris, quod ſaccarum,

Et quæ nectariis fragrant ab odoribus uvæ;

hoc mihi inverſatio eſſet tecum, & in lætitiam traheret ſolus vultus aſpectuſq; tuus. firmaret certè me, & animi induceret novas vires. Fortunam huic meo gratulor, aut ne mentiar, invideo, qui te jam ad optatum videat, & ſuavitatem illam ac ſapientiam cottidiè deguſtet: Quod abeſſe non poteſt;

(Τοὶ μὲν ἐγώ τοι ταῦτα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω,
Hæc tibi non valdè sine fuco fraudeq́ʒ dicā)
quin tibi voluptatem, ipſi æternum ferat fructum. Utrumq; voveo, & Deum quæſo. te etiam, mi Urnæe, carum eum ut habeas meâ cauſâ, & commendatum. Uxori tuæ, generoſiſſimæ Heroinæ, ſalutem adſcribo, pro quâ ô citò liceat Ζωάγρεια τίνειν. Malm. CIↃ IↃ. c. XVI.

EPIST. XLVIII.

Roſæfontem.

BARTHOLOMÆO HANSENIO.

EXcitarunt me tuæ litteræ, & animi adflarunt novam auram. gaudeo de te in ſanitatem dato de mei inoblito. Nam de commodiore valetudine tuâ audio, diuturnum ſit, & in eâ ætate vel cervi inſtar (ſi non ea opinio fallit) juveneſce. De puero, quem mittis, lætor, opto, proſperum & ſalutare ei eſſe. Vultus, qui animi ſæpè index, & indoles placent, ac ſermo modeſtiam (planè mihi ſcaturiginem & fontem Virtutum) prætendit. ſpero parem eum opinione noſtrâ futurum. Operâ mea & directio non deerit, & commodè mecum erit in meliore hoc animi cultu, qui in eo ſemper. Ab Angelo lætum quod nuncias, tempus longum jam eſt, cûm nos non vidimus, nihil in-

ternos

ternos dedimus. Rumpam hoc silentium ad eum me diffundam. Velim conspirare mecum in hoc Proposito, sæpè litterarum hoc iter terere. Vinclo adamantino me sibi sic nectet & ligabit, quod nulla vis, nulla dies laxabit. Certè modestiam virtutemq; eam ab eâ nente nulla delebit. In signum ac tesseram POEMATIA nostra mitto è multis pauca, & tantùm hujus anni. Is tuq; alia aut majora exspectastis. Placuit Adolescentiam hac vernâ cultu â præparare, ex mente veterum, quam pulcrè decoreq; Poëta promit:

——det primos versibus annos
Mæoniumq; bibat fœcundo pectore fontem.

Id ego. colui hæc studia, sed in juventute, immori non proposui non immorari. Videbitis in brevi quæ altiùs ibunt, vos aliosq; ferant. Magnum nostrum proximiorem brevi libenter videro. In eo discimus, quòd quidam merentur fortunam, quidam habent. Sed feramus, quòd ab omni ævo sic fuit, in omne sic erit. De M. Paulo ita me posteritas & vestrum in eâ similes ament, hoc est, magni & alti, ut cor mihi tangit tàm verus in me affectus, cum iterum & servitium omne defero ab animo non falso, me diffundo. Si is, si Urnæus, imò

si DEus vult, fiet. Sed ille videbit, ille dabit,& quod salutare immittat. Saluto ibi Suendium. certè Herôem illum Aonium amo, & colo. Malm. ꝏ IↃcXVI.

EPIST. XLIX.

Portuam.

JO. BLICCIO.

LItteras à te libens jam vidi, indices constantiæ tuæ in amore, & exhilararunt solo aspectu, respondeo serò, non meà, sed amici causâ, qui defert, is moras sic posuit & tardavit. PERICULA nostra ais vidisse, & laudas, vide ne fallat aut abducat affectus, sine studio talia damus, sine ambitu: & benè est, si venia erit, nedum ut laus tàm alta. gratum tamen est, me tibi eâ probare. faveat postera ætas, vivus multorum ingenia sentio in me amica. De Rosæcrantio, illi diu cupio ut nomen hoc innotescat, litteras ad eum versusq; hîc includo apud te morituras, an tradendas? illud teneritudo mea suadet, hoc jubet æstimium & ejus amor, quæ magna non apud me tantùm, sed omnes, in quos gustus aliquis immissus doctrinæ altioris. Ejus lenitas & demissio, in doctrinis peritia, in doctos amor, mihi spero, dederit admissionem. Quod id quæro nunc primum; fecit qui

Ἐπὶ γλώσσῃ τε καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἔπεστιν
Αἰδώς:

*linguæ atq; oculis cunctanter inhæret
Ingenuus pudor.*

Aspicietne sic tandem frontem commasculantem? Spero Sol radijs è luce non alta illa tantùm tangit; sed jacentem etiam hanc terram, ita non eos in summo, hoc est, pares, sed nos in humili quoq; & obscuro admittat. De N. N. diu amo & debeo hunc honorem, sed silentium, quid mihi imposuerit, non te aut illum fugit, excusa. ipse etiam faciam epistolâ longâ, lætâ, & silentium sic pensabo. Jam brevi jam intra hos dies cogito ad vos eo mense, si erit, cum & te amplectar. Malm. CIƆ IƆ cXVI.

EPIST. L.

GEORGIO CHRISTOPHORO.

Oblectant me litteræ tuæ ac diffundunt, & magis causa, quæ induxit ad scribendum. Candor enim & faventia est, quam nisi æstimem fluentem à tàm magno pectore, impius sim & inscitus. Ego te, mi Georgi (sine fraude dicam, sine fuco) diu inter magnos habeo, & quos amo, & colo. Nunc cum litteræ tàm faventes lacessunt & excitant, subeâ pleniꝰ

in hunc amicitiæ circum, nec superari me patiar officijs, quæ in manu meâ aut potestate erunt. De mutatione quod scribis, lætor. Gaudeo eo loco te esse, & in studijs sic esse, nec aberit, quin multis voluptatem, tibi æternam ferat laudem. Nos etiam in ijs sumus, sed languidè, & de editione multi jam suadent Epistolarum, tu quid dicis aut definis? laudas. Mihi nunquam hoc fuit in mentem. & certè si maximè eæ dignæ, non ferat hæc Dania, & alij in eâ mores, quàm Belgicâ aut Italiâ, ubi id meus Lipsius & Puteanus actitarunt. In alijs ut possum hic vix adducor. nescio enim an benè sperare de judicijs vivorum possum, qui in superstites plerumq; iniqui. Posteri faciant, si erunt tanti, quod ego optem, ac tibi in summâ æternâq; luce manentem famam. Tu litterarum hac aurâ sæpè affla, nunquam cedam in constantiæ & fidi affectus cursu. Malm. ∞ Iↄ c. XVII.

EPIST. LI.

Locum Regium.

JO. SEVERINO, FYONO.

Commovisti me suavitate scriptionis tuæ dulciter avidum, & jam diu ejus cupientem carmine multò magis. Non enim fuerit unquam, ut me id tàm scitum non fecerit

æter-

æternum: Crede me volentem cepiſſe, melli mihi fuiſſe, ut inebrior volens hoc nectare. Inventio amœna alta, ſpirituum & dulcedinis plena, ſtylus non jacet aut friget, & ſenſum ac verba ingenioſè flectis. nec altiùs aliquis aut felicius unquam volavit,

οὔτ' οἰωνῶν σάφα εἰδώς

Non ſum augurij doctusq́, ſciensq́,.

tamen dicam, vivat, latè ibit, ego in eo, & jam

Non omnis moriar multaq́, pars mei
Vitabit Libitinam.

Opus id jam diu paratum. limam tamen aliquam adhuc deſiderat, & extremam curam, quæ maximè mihi in curâ: tàm citò tamen non edo, ne neſcias. Ubi erit, illud tuum præfigam, etſi tàm magnum non merear. ſed

τίς ἂν φιλέοντι μάχοιτο;

Quis ſic pugnabit amanti?

vel hoc nomine poſteritas aliquid fuiſſe credat, quod tu ſic laudaveris. Magnus noſter Mariagrius, Stenius, vivunt, valent? lætor ſi ſit, ego quoq; utrumq; etſi à multis hoc abeſt in hac urbe & morbi neſcio an evertent, ſanè convertant hæc Neptunia loca, atq; utinam hujus infecti aëris auræ ſe non ſpargant, & ad

 vos

vos ſimul eant, invaſuræ (ò ſi fallar) tractus hos totos lentâ labe, certè verear ne hic annus fatalis animæ non uni. Sed feremus, quia Deus eſt, qui huc fundit; & ſiſtat aut avertat, cum nos talium cauſas, quæ utinam aliquando abeant, ac ad pietatem ſe quisq; ferat & aſpiret. De me non metuo, aut moveor. Fatum, quod viderit è re eſſe, è ſalute immittat, manere me vult? volo. abire? non nolo. Ut quid enim lethum averſemur? ſic nempè aſſuevimus, & didicimus à ſocijs, ſic à majoribus, ſic à malo vulgi more, ſed fallunt. Non timendum nobis, vovendum potiùs, quia meta ibi hujus inconſtantiæ, & initium melioris ævi prompti placidiq; ſequemur, ad immotam illam legem, & dum hîc ſimus, amici ſimus.

ὡς καὶ πάρος ξυμβιώσοντες.

Palatinus veſter ecquid adhuc ibi, & quid agit? amo dicet à me averſum, cur enim cadat in nos longius hic error? non enim iram dicam facti ad altiora & rectiora quædam ſumus. Ab æmulatione tantùm hac diſcedamus & ſimultate, (ejus poſtremæ nimis prætulerunt) quam fovemus malo jure, malo more. Ad conſenſum redeamus conſpirantis tandem amoris

& ne-

& novam ſed firmam conjunctionem. Antiqua illa: hoc eſt, odia, ſuſpiciones, per omnes Muſas, obliteremus, & ſpernamus jure ijs altiores. Ego Muſas, virtutem & eum conſtanter amo, ingenium facile, come, molle & excellens ejus virtus ita merentur. Optem eum conſpirare mecum in hoc affectu. & ſi à quoquam noſtratium, ab eo certè volo. faveat tantùm, & ipſe aliquid adferat ad amicitiam coëuntem & ſaneſcentem. Optent multi nos olim collidi & committi, & πῦρ ἐπὶ πῦρ addunt, ſe avertat, ad me inclinet. Aliter exponemur vulgo ad ludibrium, ſermones, riſus, ut cujuſq; erit affectus, cum ſciant nos in aliquâ virtute, aliquâ famâ (ille certè) amorem tàm robuſtum levi motu ſolvere, aut rumpere, quod in humiles tantùm animas & abjectas, non in nos cadat. Quidquid erit, ita me boni omnes obſervent, ut ego eum, nec fides mea vacillat aut conſtantia. tu hunc animum ei firma cupientem ſemper ejus & amicum. Vale Malm. XIII. Kal. Sext.

EPIST. LII.

REGELO REGELO.

AD Eloquentiam itis (Nam Bremerum includo) & in ejus floridum campum vos jam datis? cum bono fato opto. poscitis quos sequi ad hanc rem horter? Vereor ut benè monstrem, qui huic sapientiæ nescio an litavi, quiq; publicam viam hîc non teneo. Cum Lipsio cumq; Puteano deflecto, quos sapientiæ, & omnis altæ & rectæ litteraturæ duumviros scite. & qui consulatum meritò gerant in Latinâ civitate, quæ se jam extendit & spargit per Europam. Si pressum & adstrictum hoc genus amatis, mihi inter omnes novos placeant illi idem lecti. qui divitias, suavitatem, figuras & flexus eloquij dabunt. deniq; & varietatem jucundam, quæ afficit legentes & oblectat, quodq; inprimis plausus meret ac movet, sententias, similitudines & alia illustria lumina sermonis, quibus scatent. Inter veteres Seneca me capit, ob dulcem pariter ubiq; dictionem, ob doctrinarum suavitatem, quas sæpè & salubriter miscet. Et quid in hoc aut illo vos ligo? placet Salustius, placet Tacitus, omnes cum fructu legetis, si ingenium & industriam in eos mittatis. Si ad laxam illam

& la-

& lascivam dictionem speratis, quod magis velim, ut jam tempora sunt, *stilum vobis Plautus& Cicero* (Consilium LIPSI & verba sunt) *perficient aptâ quadam misturâ*, sed quam lingua potiùs quàm calamo ad vos deducam. Et Livius, si Historias aliquando cogitatis, non pro levi erit. Ad nostras ô si novum aliquem videamus, qui res tot magnas ac tantâ gente dignas è cœno & sepulcro elevet, in quo diu jacent, & in vitam det. quod opto magis quàm spero. Sed ad institutum. legi Livius potest, ob res & verba, quæ utraq; in copiâ & delectu habet. & alij ab illo aureo ævo. Quid enim in uno vos claudam? omnes vos habeant ab illâ ætate. Unum tamen eligite, quem exprimatis. quem? ingenium & inclinatio dicet. nam dapes frustrà huic palato concilietis, quibus, non, capior, & ego vobis scriptorem, quem non ametis. *τὸ δὲ φύᾳ κράτιστον ἅπαν*, ait verè quidam, quò illam sentitis propendere, ite. Sed hæc audiatis à me cottidiè meliùs. Nunc illud. annos vestros videtis, properate, non alij magis apti doctrinæ. Vt in mari fluctus fluctum pellit, nec redit semel progressus: sic in ætate hora horam, nec revocetis elapsam. Manete in hac meliore vitâ & viâ,

& viâ, in amore nostri pergite. in litteris multo magis & scitè eas opes esse.

εἴσιν τ' εὔζωνοι καὶ ἄφνειοὶ καλέονται.

Prosperè agunt quibus omnes & dites reputantur.

E Musæo meo CIƆ IƆ c XVII. VII. Kal. jun.

EPIST. LIII.

Rostochium.

SEVERINO VELLEIO.

IN dolorē fuit subita vestra avectio, mi Velleje, hoc magis, quod nec dedi vale, nec accepi; ut mores sunt, ut animus ac votum fuit. Non peccasti? quòd non tria verba Aquilonio, ante tàm longum iter, & reditum (ad tempus, non factum spero) incertum. Sed aliter hoc iter non tulit? agnosco & quod alius non tam facilè; ignosco, magis si culpam adhuc verbis eluas, & litteras hîc pro te sistas, ubi sis, quid agas, aut valeas, quando adventum & reditum exspectemus, Cujus forté eo anno frigida spes, nolim & eam mentem, si habes, mutes & ad nos tuos huc cogites. De me scire aves? corpus hoc valet, Musas in lethæis aquis sic mersi, ut emergant seró & respirent inter sapientiæ flores. Ex eo libros meos non tracto, non tango, an unquam fiet?

οἶδεν ὀλύμπιος αἰθέρι ναίων,

Novit olympius ætheris author.

ego despero, nisi fortè velut apri quieti interdum & neglecti, feliciùs posteà in fruges se laxant; ita ego post aliquod intervallum ad me redeam, & fortiùs visam ad antiquas meas curas. Sed Deo hoc permitto, is te servet, citò huc reddat, si salutare. Malm.

EPIST. LIV.

Portuam.

CASPARO ERASMIO.

SI me, si patriam aspicio, causas habeo gratulandi hunc honorem, quem magnus ille imperator ad te devolvit. Quod me spectat, lætari decet in ejus prosperitate & laude, qui ad meam ubiq; addit. Quod patriam, magis: cui in hoc rerum decursu spes novas video paratas, & fulcimen. Ut viâ planâ & directâ ac Sole puro quivis facilè currum regit, at hoc obscuro & merso, illâ lubricâ & præcipiti, prorigam equi quærunt veterem freni & peritum. Sic in hoc malo ævo, multum refert qui præsit & ducat. Te ad hanc rem datum, lætamur quotquot religio & vir-

virtus tangit pro salute ac bono fore, & ominor & quæso & tacitis mentis votis opto. Spartam illam habe, tibi in honorem, litteris in splendorem, nobis in fructum, qui tibi cupimus & favemus;

Istaq; prosperitas nullo se finiet ævo.

Malm: Kal. Novemb.

EPIST. LV.

PAULO MARTINIO.

IN Urbe eâ fui, mi Martini, & suaviter ac jucundè fui, nisi, quòd tu non in eâ, nonnihil contra votum. Locus est amoenus, & ut verbo dicam, ad Genium meum factus. Alteras Athenas videbar repperisse, ob tranquillitatem certè, quam Musæ & hæc studia amant. Placeret effectum te aliquando dare, in votis quod habes, & ibi esse, tecum, optime amicorum, ludere, lætari, suaves illos sermones libare, de libris & scriptis, dulces, comes risu & severitate mistos & totos condiendæ & temperandæ vitæ. Ideò magis, quòd te jam diu interiore hoc sensu æstimo ac amo, cultæ illius & claræ doctrinæ causâ. Si uerò Proceres nostri non ad optatum finem perducant, & quò speramus, quò recidant nostri conatus? Mihi certum non manere, & video me reverti imò

rever-

reversum, ad antiquam mentem de exteris, Italiâ, Academijs. Cujus consilij si expertem te habeam, peccem, quod statum meum & ipsum adeò me tangit. Ad te id jam defero, ut precibus sequi profectionem velim non suasionibus & dehortatu morari. Si tamen ad vos vocetis, leviter tenebor, & ab hac urbe abducetis, in quâ animum ad omnia honesta & alta amittam, si subsistam. De verbo dicam, nisi succedat non propositum meum, & mentem non scribam everti sed tardari spes sit. Hæc, si videbitur, cum Heroë nostro, (quid enim aliter dicam?) Urnæo, communica, cui volo si tu simul scripta litteris etiam apud eum egi, aut ne fallam, volui, nescio enim quomodò non misi. Salve.

Sentiq; absentis amorem.

Malm. CIↃ IↃ c XVI.

EPIST. LVI.

Montem Belticum.

L. AVONI URNÆO. V. N.

SPerabam & aspirabam, mi Urnæe, ad vitæ genus & locum, quem ibi destinatis humilem illum, depressum, vilem, remotum ab ambitu & à laude, & jam in eo eram, ut non addictionem illam, & promissum non dicam

everti, sed protolli sperarem. cum eam spe
(vide lusum fortunæ) vereor ut subitò ponan
nam qui tenet, non pellendū firmiter dicun
& utinam sit, nec unquā fuit in votum, ut m
causâ in pejus mutaret. ut nec cadere debet
affectus in Christiana pectora. Si tamen id no
succedat, hærere mihi diutiùs non libitum
hoc loco, & præsumpti itineris mei verè el
pso dilatio, nō omissio fuerit. Res in eo est, no
ut consilium, sed assensū impetrē. Constitui i
rum, imò conclusi, idq; sub æstatē instantē, &
ea auspiciū viæ mihi erit. Emansionem autem
æternam non cogito. Si etiam vocationes m
gnæ obvient in ijs tractibus. Vitam & vota a
patriam fixi, & reducat, si aspiciat. Oberra
tantisper lubet, sed cum Musis, & lustrare, ind
gare, discere, id est verè peregrinari. Absenti
tota biennij erit, si tamen magnus ille Impera
tor sic voluerit: & peregrina terra tumulu
mihi non erit. Ubi non me contraho, lethu
hic & ibi parùm abest. æquè mihi jucundu
cadere, & claudi apud nunquam visos;

Procul à patriâ amplexuq; meorum,

quàm in solo illo, ubi ortum duxi. Minus pr
ba parens, amici, tu in illis lacrimis debebun
cum non videant & sentiant, & ea spes semp
sustêtet, vivere, superesse, valere, donec nos u
sim

ſimul videamus & vivamus apud nunquam morituros. Verùm ſpero, Scania illa iterum tenebit, utinam ſalvum & incolumem, ipſa ſalvo & incolumi fato, & deſpectus hic & faſtidium ingeniorum abierint, quæ eam fædant, tu ſalve, mi Urnæe, etiam poſt reditum, uti ſpero, diu vidende & ſalubritèr. Malm. CIↃ Iↄ XVI.

EPIST. LVII. *Portuam.*

SEVERINO LAVRENTIO.

RESpondeo non quàm citò volo, ſed quàm permittor, cottidianæ dictiones ſunt, ſtudia, curæ, adde, qui interturbāt & ſalutant, quærunt, conſulunt, & omnibus hæc mea lenitas patet. Ignoſcas quòd ad tuas tardiùs, quod parum repono. Præſuli litteras; hoc eſt, rogatus tuos oſtendi, ad eos annuebat. Primâ occaſione ſpondet facturum, & ut ſuſtentes rogat, ſibi jubet. Laurum qui ibi in ſummo dabunt, ut hîc fama eſt, hoc verè. velim inter eos te eſſe, qui fert. Sed virtute tuâ te involvas & contemnas? nemo magis blandientes illos honores, quàm ego, qui rem malo quàm titulū, fructū quàm frondē. Sed miſera contemptio ſeu oſtentatio eſt, quæ damnū & offenſam dabit, ſcis in quâ regione es, noſti hos mores. Ad obtinēdū quod ambis nulla res magis conducet. titulum nobis adfer, illud nos dabimus. Nam rē in te non

desideramus, ut te doctrinis probè tinxisti, largiter commēdas colore illo litterarū. De r volo te omnia sperare, nec fallā aut me inclin

Θεὸς ξυνίςωρ αἰ' δ' ἐν οὐρανῷ ψυχαί;

Testis DEus sit, quid cœlum habent sancti.

Sum naturâ in quosvis benignus, tùm maxin in vos, qui à meâ disciplinâ & velut manu, faciam vel parentum causâ, ut ij in me pro ex quo novi. Malm.

EPIST. LVIII. *Lundia*

PAVLO MARTINIO.

NImis gravis vobis ille annus, mi Martin tu parentem paulò antè, jam tua amis Sed est hic cursus rerum.

οὐκ ἐπὶ πᾶσι σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς,

Non læta te genuit ad omnia.

Quem at ratus adhuc luges. Per Musas & s premum illum rogo, uti animum eleves co tra fati duplicem hunc ictum, & expendas c sus & res humanas. Venit in mundum, ut ab ret, nec potuit vitæ hujus finem & scopum(est felicitas & discessus ad beatos) assequi, pr usquàm hanc metam. Iam vide mihi statu hunc & illum. Hîc, si optimè cedat, lætiti quasdam spinas habemus, illic flores; hîc mi feriæ mixtas curas, illic liberam & velut in v olis, in rosis quietem. Pauci hîc sine aversita

t

te ſunt, nulli ſine ejus metu, nec reges fortunam magis certam, quàm ſervi habent, exempla fruſtrà adducam. Ut multi in miſeriâ vitam non traxerunt, ſed effuderunt. Quid multa? qui in vitâ, hoc in carcere ſumus & vinclis. felices qui primi evolabunt. Nam ut incluſa avis, licèt amanter alas, pretioſè habeas, non tàm ſuaviter aut optatè vivat, quàm ſi in ſylvis ſuis vivat, ac conſuetis choris tritillantium, trutillantium, minurientium ſociarum: ita nec nos, niſi in cœlo, cui nati & facti ſumus, exules erimus, quàm diu hîc erimus, mortui in patriam admittimur, & firmam mansuramq; felicitatem, & hæc tu iam in animum & in pectus. ac benè factum optimo ſeni dices, niſi te DEO & fatis opponas, quod non vis, non debes. Deſino conſolari (quorſum enim tàm conſtantem & firmum?) non amare, id me ſequatur ad ſepulcrum. Mitto hîc juvenem, pro quo interceſſi, admitte famâ ſuâ meliorem. erravit? homo fuit. Connivere ad hæc talia debemus, & tales; modò non perſeverent. & hic non faciet. Valdè velim ad Spartam eam promotum, perſcribe ad Senatum, & commenda. Factus eſt pro eo loco, & gente, nec multos, credo. habebit ſecum in candidâ ibi veſte, qui ambiant & præripiant,

ut in re non lautâ ſunt, etiam qui ibi prima
Meliore fortunâ dignus erat & munere: ſed
quieſcat, dum aliter eum Deus & Muſæ iver
productum. Quale jam eſt, obtinere eum id
pio vel meâ causâ, te ſalvere. Mal. ꝏ Iↄ X

EPIST. LIX. *Roſtochi*

EILHARDO LVBINO.

A Cunis, mi Lubine, velut Genio quodam
citante, ivi in amorem tui & cultum, &
Virtus tua eſt, ea ſapientia, ut aliter non
ſint, quos invidentia non præpedit aut fal
Ita diu huc te duxit fama nominis tui & vi
tis, et ſi inter nos multæ undæ, multi fluctus
boni omnes, ita mihi cupiant volentq; ut j
diu ego tibi, ſilenti quantumvis affectu, ita
poſteritas reſpiciat, ut ego te diu ſincer
conſtanti fide, nec aliter de me magni om
ſentiant aut judicent, quàm ego de ingenio
doctrinâ tuâ. Vetus autem mihi amor inno
ſcere talibus, qui celebritatis aliquid haber
virtute & ſcriptis, ut velut Luna â ſe parum
cida claritatem â Sole trahit; ſic ego aliqu
ab ijs lucem, â me obſcurus. Et hîc nullum
te habeam, qui, liberè dicam

σοφίῃ μὲν ἀλίγκιος ἀθανάτοισι,
Doctrina ſimilis verè immortalib. extas.

Perſæum occaſionem & aditum huc ded
la

lætor, hoc magis magnum juvenem amo, quòd amicitiam tuam ad me duxit. Eam altum jam venio & renovatũ. Ut enim ignis foměti eget, ne extingvatur; sic amor his alloquiis, & ut indito in focũ fcuo; sic ea ab hoc quasi culu resurgit, quòd sæpius nõ facio, in causâ occupationes sũt. quarũ mihi hic larga messis. & in quêis spiritũ non traham tantùm, sed effundam, ut res meæ adhuc currunt, eæ me ad hæc officia & veteres curas non permittũt, priora studia dico & amœnitates humanas, tamẽ nescio quid de RELIGIONE brevi dabo, meo textu nõ tamẽ filo. Ut apes prata & valles pervolant, suũ nectar hinc & inde legunt; ita ego Poëtas priscos, & ex ijs hos flores fallendæ ita aliquâ hæ molestiæ sunt, si non subtili saltèm jucundâ delectatione. Aliàs res Danicas jam diu aveo mittere in scripta, sed protollo, dũ respiciat major quies, quã summus ille dabit, si utile. Is te servet, & diurnare in terris longè donet. Mal. ꝏ Iↄ XVI.

EPIST. LX. *Ros: fontem,*

BARTHOLOMÆO HANSENIO.

VOluptati mihi litteræ à vobis, mi Hanseni, certè per hæc tempora non læta capiunt & diffundunt, sed in te jam cur admisisti, ut à vobis qvisquam veniret, sine manu tuâ, sine litterarum (id enim tuæ spirant) melle

decnis-

decuisset, vel de cœtu ibi nostro aliquid am
corum, quid Svendius, quid Petræus, qu
Mariagrius actitent, quid tu, postquam in
disti in hæc amœna nuptiarum vincla, qu
reliqui è stirpe Phœbi, decuisset, & hanc s
ram reciprocare scriptionis. nolim aut capi
cessationis illa dulcedo, in hac celeri fugaci
vitâ fruamur hanc voluptatem & sæpè eo n
penthe perfundamus. cumq; vultu & serm
ne non possumus, ita juncti maneamus, ac m
liore illâ parte nostri, de me addico εἰς αἰῶν.
De lætis, quæ ibi paratis, libans audivi, op
felix faustumq; esse, & ut ceptum injici lig
men nectant, & adstringant in offenso illo vi
clo. Vellem adesse & felices (ita spero) n
ptias simul agitare, inter lætantes amicos. S
nostis, gentis nostræ morem & modum; c
contraire non fas aut decorum. Quod ad Be
tilum tuum, is hactenus se mihi probat, obed
entiâ & discendi cupidine. Opto parem eu
spei nostræ futurum; quod ex corde velim,
conatus simul meos tibi (si qua copia & com
moditas erit) probare. Malm. ∞ Iɔ. XVI.

EPIST. LXI.

Lundia

BOETIO LAVRENTINO.

DEtulerunt huc tuas illi, qui sic diu t
cum

cum, & si serò, acceptæ an venerunt, quid opus ut scribam? imò optatæ, ideó in primis quod à tot annis primæ & solæ. In PERICULA nostra te incidisse, avide legisse gaudeo, probásse multò magis. latuisse te tàm diu, sanè tecum mihi injucundum testor Musas nostras misisse. Quod idē in reliquis meis jam facio, si perveniant, lege, cense. sed cense. nam quòd mea in tantum tollis & dilaudas, ab amore nimis trahit. affectum illum reddo & agnosco, non eas laudes. Tu verò in langvorem& tædium inclinasti? nolim. respira iterum, & ad invidiam eam magis exsurge & te leva, ut sub mole victoriæ arbor

Altiùs extendit ramos, onerique resistit.

Ad omnium sermones concuti & moveri inconstātiæ sit, mi Boëti, animum sume ac robur, & sapientiâ te muni contra istud telum. Sed hæc linquo, te amo & Bonam Mentem, ac quæso uti in me sis, quem scribis & addicis, certus à me eadem tibi fore aut majora. Vale, ac Phœbeas illas opes auge, & famam tuam auctum ibis, si tamen cum omnium laude & gustu voles, aberrabis, nemo par, nemo major fecit, aut faciet. Malm.

EPIST. LXII. *Lundiam.*

PAVLO MARTINIO.

SCis imum pectus mihi commovere,
quid à te venit,&cum voluptate me h
cepiſſe, ac legiſſe cum gaudio, nihil op
dicam. excipio, quæ in ijs tàm triſtia, de
magni tui (ſuſpirium non teneo) Vellæi,
lorem non tàm intulerunt ipſæ mihi, quà
latum renovarunt, inaudivimus jam a
& litteras in hanc rem eò dedi, etſi videc
allatas. Triſte tibi fuiſſe & velut plagam i
mo (ita ſcribis) quis ambigat, aut non c
& mœrorem eum hærere in imo pectore
gis, quàm ore & labris? Ipſe ego, quem
tangit, pœnè de me dicam. Senex fuit in
alto, alacri, ſine fuco aut fraude, p
amans, virtutis fervidus & conſtans cult
longiore vitâ dignus. Sanè quamvis æta
jam eò vocabat, nec longè ab illâ fatali
fuit, quam tranſire mors non ſinit aut d
tit, functum tamen mœſtus audivi. Sed
eſt? mederi quod non in manu noſtrâ ne
manâ, ferendum. Et ſumma vel ſola potiu
tus, ſcire in alto illo regi & diſponi res o
noſtras. Magnus ille Rex trahat, ſequamu
cet, curramus, ad ejus nutum nos aptem
flectamus, cogendi aliàs, quantumvis & i
lendi hoc magis, quòd contendimus o
ad hanc metam, nec ſors aliqua aut ſtat

eâ liber. Plebæos, optimates; servos ac duces accepit & capiat, & felices qui primi in felici eâ terrâ, erepti tot præsentib. malis tot venturis. extra sequens aut imminens omne periculum, extra spes & timores, tum tandem degunt, qui nos exercent, ut vana ac fluida hæc omnia nostra, & nos sumus. Itaq; amici & cari ut invisentes habendi, si manent non ejiciendi, si discedunt non tenendi. Tu præi ad hanc fortitudinem exemplo, ab hac terrâ cogitationes sejunge & ad illam beatam. avoca ab his fluctibus ad illa constantia & perrennia, & pelle hæc circumfusa luctuum & pallentium curarum. Alij ad hos ictus concidant, tu ostende aliquid in te esse melioris auræ, & cogita, quàm nihil præter meritum aut morem passus est. In senio fuit valdè declivi, & fructus largos cepit & reliquit litterarum, & cum obijt, quid aliud quàm jactari, affligi, premi desijt. Quid est? tuis verbis, per ἐνθανασίαν ad ἀθανασίαν transivit, & ad felicia illa

Fortunatorum nemorum, sedesq; beatas,

firmemur, pejora tulimus, (ego certè) si facimus, quædam olim felicitas etiam in his

in his terris se immisceat. Quod Deum qu
& ut te, mi Paule, tuosq; nobis servet, &
viderit, firmet. Triumphos istos frustrà p
nihil in ijs solidum aut laboratum levi p
cillo deduxi & volanti, ac in calore. Ve
non intendi, quam tanta res postulabat.
senio tamen probavi, & tu quando ita vis,
to. Utinam ipse ferrem. Occupationes ac
obstant, quæ semper apud me densæ, n
etiam intensæ ligant, artantq; me domi.
ter (Musas testor) in votis mihi valdè te v
re, te audire, & cultum præsentiâ semel e
bere, quem ejusmodi status exigit ab am
Mitto unà . . . . . lege, vide, & (quod mo
stiam, tuam meamq; decet) ride. Malm.

EPIST. LXIII.

Linipolim

JOANNI GEORGIO S.

JAmdudum te mihi fama laudavit. vi
quòd non injustè, & ita huc tranquill
respiciat; nam hactenus quædam turbant
premunt, ut eo affatu

ἀέξεται ἔνδοθι θυμός,

mens intus mihi crescit.

adeò candorem & amorem spiras, nec plu
Argus oculos habuit, quàm tu eâ Epistolâ s

vita

vitates. Sed nimis eam in meas laudes mittit tàm magnus amor; talis enim est, nec aliter unquam tàm magnum cultumq; sensum duceret in errorem. Sed ne mentiar, quòd mea laudas, & me amas, amplector, & arridet, sive sic judicas, sive sic erras, quia ab effectu est, qui in me valdè pronus, & purus ad alpinam nivem præstabo me ad gratiam referendam, & prius ab hac vitâ abeam, quâm tu ab hac mente, qui tuam video in me tâm benignam & amicam; in quo verbo finio, & talem te jam non spero solum, sed statuo. Malm. ꝏ Iↄ c XIV.

EPIST. LXIV.

Sinclari Holmiam.

MARTINO PERSÆO, Icto.

Litteræ à Persæo tandem tandem? quàm novos sensi motus, ut nullas à te habui tàm longè. Video meas omnes non perlatas, mirum ubi lateant, nec enim abjectæ, credo. Sed heus fuerunt ne illæ de Daniâ tanti? gratia Heroi illi sit, qui sic favet. Sed exanimat me, mi Persæe, illud de abitu tuo quàm insperatum. Ego antè eum quàm apud te velim, adeò multa sunt, quæ deponam in amicum illum sinum. Si me amas, si Musas, nos vise ante discessum. supra Alpes tuâ causâ ibo, si mihi id otium

otium, si commoditas esset, ut tu huc m
valdè oro, si scirē certò illic inveniendum
volaré, etsi feci id semel frustrà. Durū sit t
té non videre, & amplexu demittere, cui
durum omnia pro te pati, etiam & mori.
rum illum affectum nullus stilus, nulla d
declaret. In illo Poetæ finiam

---toto licèt abstrahar orbe vel æv
Non animo divisus agam: prius
recedat
Corpore vitá meo,

quàm tu à corde & affectu. quod agnosc
me nunc vise, aut nunquam Illustrissim
Sinclarum saluto, virum ad laudem supe
rum, & exemplum posteriorum.

EPIST. LXV.

Locum Regium

JO. SEVERINIO FYONO.

QUi manū & stilum tibi laxavit, mihi
mūm, mi Severini, quem pronum in
volentem fecit. Ingenuæ mentis ac mor
est, & comitatis, quā delector, ne & me
commendante prompta habuit. Ita n. non
svevi tantùm, sed natus sum, ut libenter
impendam his talibus magis si à talibus c
mendatis. Et huic feci, ipse dicet aut scri

De N.N. rem, cum bono Deo dabo confectam. Istro fallacior sim, si apud eum & in eâ re laudam, morem & indolem meam novit, alibi molles simus, in istis sicut ferrum. De fratre scire velim, quò animo eat, quid constituat in posterum & reliquam hanc vitam. Tu author & dux ad optima ei sis; meâ sed & ejus causâ. De adventu meo, si voti mei essem, si vitæ, jam diu ibi fuissem; hactenus istud festum, & nunc alia quædam non permittunt, veniam primâ occasione, quæso sustenta. Persæum exspecto, is se jungat, in utroq; invenies & fidem & amorem & morem majorum. Quæ adjunxi, ad Magnum nostrum eunt, mitte amo, amo jam diu illud pectus te unâ Deum precatus, ut vos mihi diu velit esse salvos. Malm. CIↃ IↃ c XVII.

EPIST. LXVI.

VVittebergam.

CANUTO ALAUDÆ.

IN autumno hîc fuit, & me absente, ille vetus & solens à vobis huc ire, & nunc iterum, tunc litteras nunc salutē à te adfert, & ecquid ad priores illas velim? rogat. ubi scito, statim

tim ut legi respondisse, nec aliter potui ;
ctum & memoriam nostri prætulerunt,
de perseverantiâ rogo, secuturus jam eju
certus. nec enim erit, ut langueat, non di
moriatur.in morte non debet,& ad melio
vitam nobiscum ibit. Sed respondi, & Rc
chiensi viâ fortunæ injuriæ non mea insc
si eæ amissæ, nec enim mittimus semper
longa hæc viarum felici successu. Si non a
excusas habebis. Colligo enim Epistolas
& dispono editioni, sed ad duas tantùm
ve Centurias, te ibi videbis, cùm illæ luc
MISCELLA nunc mitto ad Severinum
miumq; unâ, ad quos prius etiam litteras
venerunt fortasse, postquàm iste à vobis. Sp
& à vobis ad illas meas exspecto. Salve. Mal
giæ CIƆ IƆ C XVII.

EPIST. LXVII.

Portuam

JOANNI HENNINGIO.

Libens tuas vidi, suaves erant, ita ego M
sim. sed cur tàm raro mittis? cur non
te dudum? debebas certè ad tui sic volent
si scias, quàm res tuæ & incolumitas mih
curâ, & ut sermone olim, sic scripto nunc
re. Sed Sisyphi lapidem ibi volvis: ignos
respondeo,

ἀπ

ἅπασα μὲν χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς,

& ea *ubicunq; vir fortis ſedem elegerit*, aſpiramus tamen ad notum ſolum, conſuetas auras, primos receſſus, in quib. crevimus hæſimus, adolevimus, & ubicunq; ſumus, & ſi benè ſimus, ad patriam reſpicimus.

πολλοῦ γὰρ χρυσοῦ καὶ πλούτου κρεῖσσον πατρίδα
σώφρονι ναίειν. Τὸ δὲ σύντροφον ἁδύ τι
θνητοῖς ἐν βίῳ χωρεῖ.

Tu hoc ſentis, & adeò ad pœnitentiam inclinas. Patriæ amorem olim poſuiſti, & te in aliâ terrâ poſuiſti. Is nunc redijt, & tu in iſtam cupis. Gratulor eam mentem; juvabo etiam ut ſuccedat, & inter præcipua vota mea eſt, ut te hic habeam, & ſæpè amplectar, & animus mihi dicit. Fiet vix tamen eo loco, ad quem tua ſpes nunc ibat. Non ille reſignabit, fecit, de te ſerum eſt. Alter in locum ſucceſſit; alibi erit, & ſi in me ſtabit, brevi erit. Præſulem conveniam, in te inclinabo, in memoriâ ei eris, ſi quando opportunum viderit. Intereà fato te apta, & quietum ac in interiore animo placidum gere, in omni ſorte. decet tuam indolem, & ſi non benè, bono tamen animo eſſe, &

Καιρῷ λατρεύειν μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι:

Symmicta nostra ad te mitto, aliud nunc non erat. Severinus Laurentius est ne ibi? Valet? Saluto tibi animo studioq; non disparem & judicio ad sublimia & recta consentientem. Ita pergite, me amate. Malm. ∞ Iↄ XVIII.

EPIST. LXVIII.

Vomium.

NICOLAO PORTÆ.

VUltus aspectusq; tuus recreavit me, mi Porta, & adfecit jam dejectum, & præsentiam eam adhuc ruminor cum lætitiæ magno sensu. Hoc in eâ fuit triste, quod moram longiorem ponere aut non libuit, aut (ut verè dicam) non licebat. Sed fero non desperans occasionem brevi fore ad sermonem longiorem, sive te huc, sive me ad vos invisente. In re tuâ addictionem implevi & promissum. Portuam scripsi (nam longum fuisset ad meum adventum hoc differre) juvenem adduxi, qui in se id assumat, liberos tuos ducat ad Musas, & ea quò destinasti, utinam pro tuâ mente, pro illorum usu! In Norvegiam nunc volebat, imò Resenius eum mittebat; substitit ad hanc functionem & fortunam. De stipendio addixi, quod jussisti, nec, ut modestia ejus est, ad majora votum misit. Spero pro voto tuo eum futurum. Doctrinam habet etiam ad majores

for-

formandos, si quid sermo animum revelat, quo tamen longo cum eo uti per valetudinem non licuit, per alia non libuit. Tu scribe, an sit ad cupidum tuum optatum. XV. Kal. Novemb. ∞ IↃcXVIII.

LECTORI.

Erant in priore editione Epistolæ aliquot, quæ, nescio, quomodò non placebant iterum inspectæ. Omisimus itaq; delevimusq;, aut si opportunum, alibi inseruimus. Earum loco istæ Centuriam expleant, ob causas certas hîc inspersæ.

EPIST. LXIX.

JO. VADSONIO.

ITa contingant & diurnent mihi, quæ opto, mi Vadsoni, ut mansio tua ibi & sedes valdè mihi ad mentem. nec quidquam magis hilaravit hunc animum jam diu, & diffudit. Subitum illud & inopinatum in discessu magni Patris tui triste, mihi fuisse, debeo fateri & præter votum. Sed minuit dolorem, imò tollit, quòd tu subiisti in locum.

Et in eo diurna, nec tene tantùm ſed imple. Quid impleas? majorem etiam poſſes, ſed tu me authore non velis. Et mane in beato illo otio & quiete, nec mentem ad alia flecte unquam aut verte, certus nihil alibi poſſe contingere, quod magis ad animi cultum, ad vitã, ad voluptatem, addo ad dignitatem & honorem, aut quæ quis optet unquam aut poſcat. Nam certè ea Functio habet præ omni altâ & illuſtri, & tu hîc vide levitèr de eâ prælibantem. De animi ingenijq; cultu (& quid eſt in humanis ſupra iſtum?) vel ipſe dices nullibi eſſe ad eum occaſionem magis aut facultatem. Nec enim in Muſæo tantùm major certiorq; ſemper ſecuritas & libertas (nos ibi non habemus) ſed vel in omni loco ſapientia ſe offerat, & aliquid ad uſum ac cultum. & occurrit ſemper ac ſe obtrudit non cogitanti. In picta illa prata abis? hîc juvet naturæ occulta ſcrutari. In campi hanc planitiem? ad ſecretiora cogitata deſcendere. Ad lympharum illum ſtrepitum? ibi inter ſuaves meditationes decumbere. & primo Sole, aut ſub eum lætæ illæ lætæq; ſylvæ te capient, & inter tot flores naſcentes & denaſcentes à domo tuiſq; exul mente hæreas inter iſtos. Et quis illam purpuram, hanc coccinam; Aſſyrios eos Indicoſq; odo-
tes

res videat aut delibet, qui naturæ illud Sacrum non admiretur & scrutetur, ad doctrinam ita & scientiam addat. Itaq; sapientes multi & qui tempus studijs impenderũt, vitam ab opidis & multitudine velut subtractam degerunt in agris, nec Musarum aut Phæbi sedem alibi Poëtæ finxerunt, quàm montibus, sylvis & solis secretisq; locis, quod hîc solida sobriaq; quies: nemo qui turbat aut retardat, & aptissima semper litteris tranquillitas & secessus. Ipsi Romani Liberis Mercurij aut lucri curam & cultum subtraxerunt, agri dederunt & ruris, quod ibi ad Musas & virtutem semper tutum tranquillumq; ocium, & ad libera hæc & læta cogitationum beata venustaq; quies, sine quibus quis putet ullum verè sapientem esse posse. Ad vitam eamus & voluptatem, nullibi illa melior, hæc diffusior. Occasio hîc minor peccandi & illecebræ. Urbes vide, luxuriam, libidinem invenies, & sordes omnes vitiorum, ut creber ille ac cottidianus occursus aspectusq; ad multa ducit meliùs omittenda. Insitus multis amor quidam sui, & supra alios elatio. Hîc itaq; ut nemo inferior sit, superbiam & Africanum fastum, in vestitu, in victu, omniq; consortio videbis & ridebis. Sobrius ac siccus vis esse? non permittent, circum-

strepet ludus levitasq;, quæ severũ quévis sæpè fallãt&abducant.Ille ad conviviũ trahat&potũ. Ad ambulationes alius & garritus. In ipsis lætis cõtentiones sæpè & rixæ,scomata alibi & rhõchi,& mox ebrietas,stultitia, & quæ pudor sit videre.InMusæo ipso tuo es? ne Asylum tibi sponde.Invisent,ibi salutent, consultãt,&cum solus esse maximè optas aut vacuus,multi appellant&interpellant.Vides ergò quæ præ nobis habes in isto tuo rure, ubi animũ côlere & mentẽ semper otiũ & aditus, & sapientiæ studia & Phœbi tractare, ac quidquid propriè ad pietatẽ & virtutẽ. Adde quòd in tuto ibi estis, in securo.Ut in fluvijs amnibusq; sine periculo navigamus,littus legimus & portũ,cum lubet;In mari nõ itẽ, in id nos damus,cum volumus,non eximus antequàm hoc vult, & ibi jactationi,tempestatibus semper sumus propiores.Idẽ hîc dixerim&à periculis aliisq; tantùm remotos quantùm ab undoso hoc urbiũ freto. Ibi demũ licet opibus nõ servireaut imminere, spei metusq; liberũ esse,invidiã nõ timere,fragilem, favorem spernere & popularem aurã. Quæ omnia & hîc licet ac (cum Deo dicam) usurpo, sed magis hoc promptum in rurestri vestro portu. Ad voluptatem venimus. Hæc te quoq; judice nullibi proclivior aut major.

Quæ

Quæ supra sunt quæ infra dicent. Aërem, cœlum, auram vide, liberior hic & diffusior, & addo purior aptiorq; ad recreandam & vegetandam mentem. Terras, campos, saltus vide, ibi veram & nativam indolem spirant domibus non occulta aut plateis. Hic planities in longum oculos mentemq; trahat: jam in arbusta levitèr attollat & magis sublime in sylvas. Hic Flora nardis, & nuper natis ligustris immittat, ibi frugibus pascuisq; & lætioribus pratis. Quem non attollant tàm obviæ deliciæ in frigidâ, hac terrâ? Ne diffundam. In domo tua es? ibi plenæ lætitiæ & tranquillitatis ipsa Regia. A tecto prospexisti & Musæo? circumfluent gaudiorum veri rivi. Sylvam visis & adis? non effugies quin unà suavitatem, hilaria, ludos. Illic luscinia insurgunt & minuriunt, hìc sturni magis altè lætantur & canunt. Cloris alibi frigurit & salit, alibi merularum nidi oblectant & sonant, ac quas nec Sirenes componas aut Melodes. Paululùm procedis? narium flores tibi perstringat ab herbis floribusq; odor, & si te inflectis ac solum tangis, fragra, baccæ, & id genus, palatum suavitèr imbuant. In corilos, quercus, fagus manum attollis, idem, aut si in hortos propendes & fæliciora loca, à pomo, à pyro, à nuce avellas, ad quæ non æquiparent se fercula, epulæ, aut ex arte ullæ dapes. In pascua devenisti & saltus? ad lætitiam quidem & ludum, occurrant ibi ac velut salutent greges illi balantium, mugientium, boantium, & animum oculosq; pascant suavitèr &

verunt, frigerarunt, &recreante quodam ſucco inſperſerunt. lætor eſſe in eâ urbe, in iis oris. qui tàm impreſſè eant in mei amorẽ. ego ſcio, non meruiſſe à tàm alto & inſigni, neq; laudes, quas aſpergis, nimis profuſè. ipſe tu mereris ſupra omnes in eâ ætate, neq; alium video ad famam & æternitatem ſic ire in multis his terris. De carmine, quod excuſas, & te demittis, deſine. illud purum, probum, & quod ipſe Phœbus ac Muſæ ament. nam, ut facies hoc pulcrior, quod verruca alibi inſedit: ita verſus, ſi interdum extra leges abit, ſed cum modo & non affectatè, legi publicè hoc velim, & in theatro hoc Europæ plauſum dare. nam ſpondeo tibi & addico futurum. Pro meis etiam quod operam ibi addicis, valdè pro hac mente & excitabit id, ac plura ad vos deducat in hoc genere. Poëma inprimis magnum, grande, & alia multa, ſi te ſic habeam faventem. Nam imperitè ibi valdè hæc talia emittunt & cum mendis, ſine duce aliquo tali & directore. Ego jam lætor, & ſpero in te habiturum ac multa mea ibi pro hac mente excuſa, pro voto & tu me habebis æternum. ac Huſvedelius magnus & illuſtris vir, quem, audio, in me nimis pronum, tu à me ſaluta, & animum hunc ei offer volentem ſemper & amicũ.

Læderææ, IV. Id Maij. CIϽ IϽ cXX.

EPIST.

EPIST. LXXI.

AD PRÆSTITES INGLIANOS.

Viri magni, viri præstantes,

Sperabam &aſpirabam diu ad hunc portum, quem Deus & Rex meus jam dederunt, modeſtum illum, tranquillum, remotum à ſplendore & à famâ, vt ita in quiete & contemptu mundi deditus Sapientiæ opes promerem & luſtrarem, litterarum Sacra & doctrinæ tractarem, alta & vana non cernerem, & me immiſcerem, adulationem in ſuperiores, faſtum in æquales non viderem; ſuperbiam, luxum, tumultus, alia fugerē, quæ nemo vitet aut declinet in urbico illo carcere aut aulis. Placidè n: vivere, placidè mori diu mihi votū, ibi eſſe, ubi Deū liceat piè pureq; venerari, inter Muſas & delectantia hæc ſtudiorū immori & immorari, & quidquid ad uſum aut cultū animorum. Ingreſſus adeò vitæ hoc genus jam eram, & in mentem fuit, laudes, honores, & quæ ad eos ducunt, non quærere ultrà aut ambire, oblatos non admittere ac reniti; cum, neſcio, quæ impulerunt ad mutandum, ut aſſumerem quod in animum nunquam venit aut optatum, & in gradum ſupra vos ſurgerē, quos digniores non falſò agnoſcerem & cenſerem.

tim ut legi respondisse, nec aliter potui; affectum & memoriam nostri prætulerunt, nec de perseverantiâ rogo, secuturus jam ejus & certus. nec enim erit, ut langueat, non dicam moriatur. in morte non debet, & ad meliorem vitam nobiscum ibit. Sed respondi, & Rostochiensi viâ fortunæ injuriæ non mea inscitia, si eæ amissæ, nec enim mittimus semper per longa hæc viarum felici successu. Si non antè, excusas habebis. Colligo enim Epistolas jam & dispono editioni, sed ad duas tantùm tresve Centurias, te ibi videbis, cùm illæ lucem. MISCELLA nunc mitto ad Severinum Samiumq; unâ, ad quos prius etiam litteras, & venerunt fortassè, postquàm iste à vobis. Spero & à vobis ad illas meas exspecto. Salve. Malmogiæ CIↃ IↃ c XVII.

EPIST. LXVII.

Portuam.

JOANNI HENNINGIO.

LIbens tuas vidi, suaves erant, ita ego Musis sim. sed cur tàm rarò mittis? cur non antedudum? debebas certè ad tui sic volentem, si scias, quàm res tuæ & incolumitas mihi in curâ, & ut sermone olim, sic scripto nunc adire. Sed Sisyphi lapidem ibi volvis: ignosco, respondeo,

ἄπαςα

ἅπασα μὲν χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς,

& ea *ubicunq; vir fortis sedem elegerit*, aspiramus tamen ad notum solum, consuetas auras, primos recessus, in quib. crevimus hæsimus, adolevimus, & ubicunq; sumus, & si benè simus, ad patriam respicimus.

πολλοῦ γὰρ χρυσοῦ καὶ πλούτου κρείσσων πόλεως σώφρονι ναίειν. Τὸ γὰρ σύντροφον ἀδύ τι θνητοῖς ἐν βίῳ χωρεῖ.

Tu hoc sentis, & adeò ad pœnitentiam inclinas. Patriæ amorem olim posuisti, & te in aliâ terrâ posuisti. Is nunc rediit, & tu in istam cupis. Gratulor eam mentem; juvabo etiam ut succedat, & inter præcipua vota mea est, ut te hic habeam, & sæpè amplectar, & animus mihi dicit. Fiet vix tamen eo loco, ad quem tua spes nunc ibat. Non ille resignabit, fecit, de te serum est. Alter in locum successit, alibi erit, & si in me stabit, brevi erit. Præsulem conveniam, in te inclinabo, in memoriâ ei eris, si quando oportunum viderit. Intereà fato te apta, & quietum ac in interiore animo placidum gere, in omni sorte. decet tuam indolem, & si non benè, bono tamen animo esse, &

Καίρω λατρεύειν μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι:

Symmicta nostra ad te mitto, aliud nunc non erat. Severinus Laurentius est ne ibi? Valet? Saluto tibi animo studioq; non disparem & judicio ad sublimia & recta consentientem. Ita pergite, me amate. Malm. ∞ Iↄ XVIII.

EPIST. LXVIII.

Vomium.

NICOLAO PORTÆ.

VUltus aspectusq; tuus recreavit me, mi Porta, & adfecit jam dejectum, & præsentiam eam adhuc ruminor cum lætitiæ magno sensu. Hoc in eâ fuit triste, quod moram longiorem ponere aut non libuit, aut (ut verè dicam) non licebat. Sed fero non desperans occasionem brevi fore ad sermonem longiorem, sive te huc, sive me ad vos invisente. In re tuâ addictionem implevi & promissum. Portuam scripsi (nam longum fuisset ad meum adventum hoc differre) juvenem adduxi, qui in se id assumat, liberos tuos ducat ad Musas, & ea quò destinasti, utinam pro tuâ mente, pro illorum usu! In Norvegiam nunc volebat, imò Resenius eum mittebat; substitit ad hanc functionem & fortunam. De stipendio addixi, quod jussisti, nec, ut modestia ejus est, ad majora votum misit. Spero pro voto tuo eum futurum. Doctrinam habet etiam ad majores for-

formandos, si quid sermo animum revelat, quo tamen longo cum eo uti per valetudinem non licuit, per alia non libuit. Tu scribe, an sit ad cupidum tuum optatum. XV. Kal. Novemb. CIↃ IↃ c XVIII.

LECTORI.

Erant in priore editione Epistolæ aliquot, quæ, nescio, quomodò non placebant iterum inspectæ. Omisimus itaq; delevimusq;, aut si opportunum, alibi inseruimus. Earum loco istæ Centuriam expleant, ob causas certas hîc inspersæ.

EPIST. LXIX.

JO. VADSONIO.

ITa contingant & diurnent mihi, quæ opto, mi Vadsoni, ut mansio tua ibi & sedes valdè mihi ad mentem. nec quidquam magis hilaravit hunc animum jam diu, & diffudit. Subitum illud & inopinatum in discessu magni Patris tui triste mihi fuisse debeo fateri & præter votum. Sed minuit dolorem, imò tollit, quòd tu subiisti in locum.

Et in eo diurna, nec tene tantùm ſed imple.
Quid impleas? majorem etiam poſſes, ſed tu me authore non velis. Et mane in beato illo otio & quiete, nec mentem ad alia flecte unquam aut verte, certus nihil alibi poſſe contingere, quod magis ad animi cultum, ad vitã, ad voluptatem, addo ad dignitatem & honorem, aut quæ quis optet unquam aut poſcat. Nam certè ea Functio habet præ omni altâ & illuſtri, & tu hîc vide levitèr de eâ prælibantem. De animi ingenijq; cultu (& quid eſt in humanis ſupra iſtum?) vel ipſe dices nullibi eſſe ad eum occaſionem magis aut facultatem. Nec enim in Muſæo tantùm major certiorq; ſemper ſecuritas & libertas (nos ibi non habemus) ſed vel in omni loco ſapientia ſe offerat, & aliquid ad uſum ac cultum. & occurrit ſemper ac ſe obtrudit non cogitanti. In picta illa prata abis? hîc juvet naturæ occulta ſcrutari. In campi hanc planitiem? ad ſecretiora cogitata deſcendere. Ad lympharum illum ſtrepitum? ibi inter ſuaves meditationes decumbere. & primo Sole, aut ſub eum lætæ illæ latæq; ſylvæ te capient, & inter tot flores naſcentes & denaſcentes à domo tuiſq; exul mente hæreas inter iſtos. Et quis illam purpuram, hanc coccinam; Aſſyrios eos Indicoſq; odo-

res

res videat aut delibet, qui naturæ illud Sacrum non admiretur & ſcrutetur, ad doctrinam ita & ſcientiam addat. Itaq; ſapientes multi & qui tempus ſtudijs impenderũt, vitam ab opidis & multitudine velut ſubtractam degerunt in agris, nec Muſarum aut Phæbi ſedem alibi Poëtæ finxerunt, quàm montibus, ſylvis & ſolis ſecretiſq; locis, quod hîc ſolida ſobriaq; quies: nemo qui turbat aut retardat, & aptiſſima ſemper litteris tranquillitas & ſeceſſus. Ipſi Romani Liberis Mercurij aut lucri curam & cultum ſubtraxerunt, agri dederunt & ruris, quod ibi ad Muſas & virtutem ſemper tutum tranquillumq; ocium, & ad libera hæc & læta cogitationum beata venuſtaq; quies, ſine quibus quis putet ullum verè ſapientem eſſe poſſe. Ad vitam eamus & voluptatem, nullibi illa melior, hæc diffuſior. Occaſio hîc minor peccandi & illecebræ. Urbes vide, luxuriam, libidinem invenies, & ſordes omnes vitiorum, ut creber ille ac cottidianus occurſus aſpectuſq; ad multa ducit meliùs omittenda. Inſitus multis amor quidam ſui, & ſupra alios elatio. Hîc itaq; ut nemo inferior ſit, ſuperbiam & Africanum faſtum, in veſtitu, in victu, omniq; conſortio videbis & ridebis. Sobrius ac ſiccus vis eſſe? non permittent, circum-

 ſtrepet

ſtrepet ludus levitasq;, quæ ſeverũ quévis ſæpè fallãt&abducant.Ille ad conviviũ trahat&potũ. Ad ambulationes alius & garritus. In ipſis lætis cõtentiones ſæpè &rixæ,ſcomata alibi & rhõchi,& mox ebrietas,ſtultitia, & quæ pudor ſit videre.InMuſæo ipſo tuo es? ne Aſylum tibi ſponde.Inviſent,ibi ſalutent, conſultãt,&cum ſolus eſſe maximè optas aut vacuus,multi appellant&interpellant.Vides ergò quæ præ nobis habes in iſto tuo rure, ubi animũ cõlere & mentẽ ſemper otiũ & aditus, & ſapientiæ ſtudia & Phœbi tractare, ac quidquid propriè ad pietatẽ & virtutẽ. Adde quòd in tuto ibi eſtis, in ſecuro.Ut in fluvijs amnibusq; ſine periculo navigamus,littus legimus & portũ,cum lubet;In mari nõ itẽ, in id nos damus,cum volumus,non eximus antequàm hoc vult, & ibi jactationi,tempeſtatibus ſemper ſumus propiores.Idẽ hîc dixerim&à periculis aliisq; tantùm remotos quantùm ab undoſo hoc urbiũ freto. Ibi demũ licet opibus nõ ſervireaut imminere, ſpei metusq; liberũ eſſe,invidiã nõ timere,fragilem, favorem ſpernere & popularem aurã. Quæ omnia & hîc licet,ac (cum Deo dicam) uſurpo,ſed magis hoc promptum in rureſtri veſtro portu. Ad voluptatem venimus. Hæc te quoq; judice nullibi proclivior aut major.

Quæ

Quæ supra sunt quæ infra dicent. Aërem, cœlum, auram vide, liberior hic & diffusior, & addo purior aptiorq; ad recreandam & vegetandam mentem. Terras, campos, saltus vide, ibi veram & nativam indolem spirant domibus non occulta aut plateis. Hic planities in longum oculos mentemq; trahat jam in arbusta leviter attollat & magis sublime in sylvas. Hic Flora nardis, & nuper natis ligustris immittat, ibi frugibus pascuisq; & lætioribus pratis. Quem non attollant tàm obviæ deliciæ in frigidâ hac terrâ? Ne diffundam. In domo tua es? ibi plenæ lætitiæ & tranquillitatis ipsa Regia. A tecto prospexisti & Musæo? circumfluent gaudiorum veri rivi. Sylvam visis & adis? non effugies quin unà suavitatem, hilaria, ludos. Illic luscíniæ insurgunt & minuriunt, hic sturni magis altè lætantur & canunt. Cloris alibi frigurit & salit, alibi merularum nidi oblectant & sonant, ac quas nec Sirenes componas aut Melodes. Paululùm procedis? narium flores tibi perstringat ab herbis floribusq; odor, & si te inflectis ac solum tangis, fragra, baccæ, & id genus, palatum suavitèr imbuant. In corilos, quercus, fagus manum attollis, idem, aut si in hortos propendes & fæliciora loca, à pomo, à pyro, à nuce avellas, ad quæ non æquiparent se fercula, epulæ, aut ex arte ullæ dapes. In pascua devenisti & saltus? ad lætitiam quidem & ludum, occurrant ibi ac velut salutent greges illi balantium, mugientium, boantium, & animum oculosq; pascant suavitèr &

diffundant. Agrum inde & sata vides? Fruges ibi tuas habes & tritici, avenæ, hordei lata æquora. Prata? illic fœnum & stramen pascendis in hyeme gregibus & sustentandis. Nunc ambulationis satur & discursus, ad tectum respicis & fumantes caminos? occursat à stabulo hinnitus, grunnitus ab harâ, gemitusq; & volitantium, scalpentium, congarrientium mille voces. Quæ omnia (ut de fructu etiam tangam) cum voles in mensam veniant, dapes, potum, vestem, aurum etiam opesq; donēt, in foris nostris prædestinata ac plateis. vides quid præ nobis habes urbico hoc carcere clausis, imò umbrâ. Nam quod quisquam ibi dignitatem minorem dicat, quàm in opidis, plenè falsum. Quis nescit, aut negat, Primates Proceresq; fuisse & esse etiamnum in hac parte? De Curijs, Fabritijs, Quinctijs nosti, arasse, occasse, & sceptrum rastrumq; miscuisse. De Mario item alijsq;, & è nostro hoc ordine vis? Virgilios, Flaccos, Cicerones promam, qui omnes in hoc cultu. Et hi inter veteres; è novis & nostris quot possem dare & magnos altosq;, qui tranquillitatem amplecti, Virtuti & Phæbo in hoc otio litare, placidè degere, placidè discedere elegerunt; quàm alta sequi & inhiare, ambitionem secta-

ſectari & cupidinem, ſuperbiâ flagare & nocenti faſtu. Ac te in hanc viam veniſſe & mentem tibi mihiq; lætor. Tu ſic mane, ac ad mortem diurna, nec te immitte in Cupidinum novos fluctus, aut huc illucq; inflecte, hoc aut illud jam appetens, jam ſpernens & damnans priora ac præterita vota. Etſi pecco, ſi in animo tuo dubito fundato in virtute ac firmo. Concludens voveo, ut liceat vitam formare arbitrijs tuis, & velut vulgo hoc altiori mundi inania ſpernere & ridere, Muſarum ſtudiis & ſapientiæ frui, lucrum non optare aut opes, nulli gravem aut malum vivere, & cum id erit tranquillum quietumq; ad mortem ire, eamq; antè non optare aut timere, & ſine metu ſine motu ad aliam illam vitam & Deum venire, nos ita hîc & ibi amare. Malmogiæ.

I. Lipſii in eadem hac re Epiſtolam in verſum miſi ante hos dies includo, ut legas, ut ad eum lubeſcas.

EPIST. LXX.

Roſtochium.

MICHAELI HAVEMANO.

QUod ijs, qui à longo æſtu feſſi, vagans frigeransq; aura, id mihi tuæ litteræ fo-

verunt, frigerarunt, &recreante quodam ſucco inſperſerunt. lætor eſſe in eâ urbe,in iis oris. qui tàm impreſſè eant in mei amorē. ego ſcio, non meruiſſe à tàm alto & inſigni, neq; laudes,quas aſpergis,nimis profuſè.ipſe tu mereris ſupra omnes in eâ ætate, neq; alium video ad famam & æternitatem ſic ire in multis his terris. De carmine, quod excuſas, & te demittis, deſine. illud purum, probum, & quod ipſe Phœbus ac Muſæ ament. nam, ut facies hoc pulcrior, quod verruca alibi inſedit: ita verſus, ſi interdum extra leges abit, ſed cum modo & non affectatè, legi publicè hoc velim, & in theatro hoc Europæ plauſum dare. nam ſpondeo tibi & addico futurum. Pro meis etiam quod operam ibi addicis, valdè pro hac mente & excitabit id, ac plura ad vos deducat in hoc genere. Poëma inprimis magnum, grande,& alia multa, ſi te ſic habeam faventem. Nam imperitè ibi valdè hæc talia emittunt & cum mendis,ſine duce aliquo tali & directore. Ego jam lætor, & ſpero in te habiturum ac multa mea ibi pro hac mente excuſa, pro voto & tu me habebis æternum. ac Huſvedelius magnus & illuſtris vir, quem, audio, in me nimis pronum, tu à me ſaluta, & animum hunc ei offer volentem ſemper & amicū.

Lædcrææ, IV. Id Maij. CIↃ IↃ cXX.

EPIST. LXXI.

AD PRÆSTITES INGLIANOS.

Viri magni, viri præstantes,

Sperabam &aſpirabam diu ad hunc portum, quem Deus & Rex meus jam dederunt, modeſtum illum, tranquillum, remotum à ſplendore & à famâ, vt ita in quiete & contemptu mundi deditus Sapientiæ opes promerem & luſtrarem, litterarum Sacra & doctrinæ tractarem, alta & vana non cernerem, & me immiſcerem, adulationem in ſuperiores, faſtum in æquales non viderem; ſuperbiam, luxum, tumultus, alia fugerẽ, quæ nemovitet autdeclinet in urbico illo carcere aut anlis. Placidè n: vivere, placidè mori diu mihi votũ, ibi eſſe, ubi Deũ liceat piè pureq; venerari, inter Muſas & delectantia hæc ſtudiorũ immori & immorari, & quidquid ad uſum aut cultũ animorum. Ingreſſus adeò vitæ hoc genus jam eram, & in mentem fuit, laudes, honores, & quæ ad eos ducunt, non quærere ultrà aut ambire, oblatos non admittere ac reniti; cum, neſcio, quæ impulerunt ad mutandum, ut aſſumerem quod in animum nunquam venit aut optatum, & in gradum ſupra vos ſurgerẽ, quos digniores non falſò agnoſcerem & cenſerem.

Nec

Nec valdè hoc munus pro quiete meâ & studijs, quæ tracto. quia tamen ea est fuitq; virtus vestra, is candor, ut id dederitis in insperantem, in ignotum, in nunquam antè visum, nisi quantum litteræ apud vos & Musa in famâ posuerunt, non potui refragari diu, non debui; Magis quia non arduum valdè aut grave regere, ubi quisq; à se facit, quæ debet, in officio continere, qui singuli digni præesse. Gratas gratias vobis debet, qui in me tàm proni & benigni, solvam etiam & reponam, ubicunq; occasio aut usus erit. Nec inspectorem tantùm eam exspectare, sed fratrem, & fidei, ac intentionis non admonitorem, sed testem. Nec dimamare à quoquam potest, quod non à me vobis spondeatis nunc tutò, & addicetis. Iamq;, quando ita vultis, quando Lundia Synodusq; nunc vocant, munus hoc hodiè impellor auspicari, vos adeoq; Hanisiam pro lege, pro more, pro antiquo ritu evocare. Colloqui de rebus nostris publicisq; debemus, imperata solvere, quæ Academiæ, quæ Episcopo, quæ aliis damus. nec deferri id, nisi in XVIII. Kal. Octob. potest. Eo die me ibi sistam, quæ dici aut deferri ad Synodum vultis, summam, si quæ alia scire vos volo, in illum conventum protollo,

vos

vos venite & salvete. VII. Id Sept. ∞ Iↄc. XIX.

EPIST. LXXII.
AD EOSDEM.

QUod ijs, qui supra nos sunt, & imponunt sic ultro, sic libenter paruistis, & in loco, comparuistis, ad quem vocavi, mihi gratum & ad mentem; nam ut mihi dicam factum non placet, aut modestia mea sinit, qui censeri inter vos volo, non præferri, & amicitiâ hac ac favore, non præeminentiâ excellere. gratum sic fuisset, non horas apud vos, sed dies consumere, inter doctos illos decorosq; sermones, qui omni nectare mihi suaviores & melle, inter tales tracti; inter judicia illa directa & consilia ad res nostras aliasq; missa, certè inclinatum in vos antè sic magis attraxistis, & æterno nodo ac amore illigastis, & neq; à morte dissolvendo. Habere hanc Provinciam viros & ingenia magna hoc sciebam; in eâ altitudine esse & perfectione non putassem, ut in dolorem non sit, sedem locumq; migrasse, ad vos transtulisse tàm magnos tàm Musæos, svave erit vitam trahere, litteras tractare, & teneri inter eos, qui studia hæc sic ipsi habent; in aliis honorant. Sed ut longum

non

non faciam. metus meus de pecuniâ istâ non redditâ aut perlatâ ille vir non falsus. ad sumptum illum iterum devolvamur, undè undè tandem nostrum iterum eruamus? Nam ad Ancharianos hæredes non ibunt, quibus hæc damus, certi nos non liberaturos summâ ea insolutâ. Consilium meum sit, ad Episcopum ista adhuc ingravatè demittere, hoc est, quæ ipsos non tangunt. Nam ad ædiles reliquum istud redibit. Brevis summa est, leve damnum in tàm multos. Iter meum in diem Solis differtur, nec nisi finitis eo die Sacris me do in viam. potestis adhuc, si ita visum, intra id tempus huc dare. Certè indecorum sit in isto sūptu refragari, etsi semel soluto, quando ad tâm amicum, tàm benignum illum debemus. hæc scire vos volui, & valere.

EPIST. LXXIII.

AD DIACONOS ET SYMMYSTAS.

PRotrahitis in longum & differtis, quod in vicinam Scholam datis. Debebant ad Kal. Oct. solvi jure & deponi, aut sub id tempus. Decemb. jam fluxit, & finem spectat. Nimia illa mora & cum nullâ vestrâ laude. Quæ ommitti non possunt, frustrâ differuntur, & vos scitis, imperata ista vobis rigido jussu. Mo-

Molestor hac causâ cottidiè, nunc & interpellor. Qui consul ibi, hîc fuit, qui Rector item. Summam eam poscunt & requirunt, & velut ipse ego debebam. Vos exsolvite sine excusatione nunc & fugâ, ac, ut longum diem donem, intra septimanam. Incursuri aliter in damnum, in; sed fugio malè ominari. Hæc scite, & me in vos faventem semper ac amicum. VI. Id. Decemb.

EPIST. LXXIV.

N. IACOBÆO AVRIFICI.

SCis jam antè, quid hîc misit, ut legere parum sit necessum. Habes hîc juvenem, de quo nuper inter nos, spero, pro tuâ mente, probum & modestum. Ita mihi hîc dicunt & addicunt. A bonis honestisq; est, magnos viros tangit, quorum causâ mereatur produci, si ingenium & mores sunt, qui debent. Et spero ac tibi commendo. Gratum mihi aliisq; facies, si hunc juves, aut non resistas. Vacare longiùs istam functionem, te sine socio eo esse, non possumus permittere, non debemus magis tristi hoc tempore, quo funera tàm crebra, & in omnes dies, quæ talẽ poscant & requirant. Incurrere tamem in Episcopi officium (quem magnũ merentéq; exspectamus) & nos inferre;

inferre, nemo putet, nisi in vos immitis & durus. Mutet ille posteà aut confirmet ut visum. nos ad tempus tantùm loco isti ita prospicimus, in lue hac, quæ adest, sub festum, quod imminet, ut plena Sacra ibi sint, ut perfecta, nec sint, qui accusent eâ parte, aut in nos incurrant. Deum rogo, ad laudem sibi ad gloriam istum nunc fore, se tibi probare. Læderææ, XII: Kal. Anni ꝏ Ͻ c. XX.

EPIST. LXXV.

WILLICHIO WESTHOVIO.

Longum est, mi Westhovi, mihi & tædiosum tàm diu te non videre, & aspiro nunc in id temporis ac diem, quo jungamur, & per hæc nostra, ac nos eamus vago & voluptuoso sermone. Quia Septimanæ tamen adhuc sunt, dum hoc liceat præmittere has jam volui nuncio eo certo velut adventus addictionem, & sponsorias tabellas. Synodus n: m e eõ jam vocat, quod non nescis, sed vocat, non trahit, quia te ibi sic erit, (spero autẽ ac opto) invenire. Sed juvenem huc vides, animi est et indolis modestæ, Musas has nostras longiùs adhuc sequuturus, nisi res ejus & fortunæ in arctum ivissent, quæ eum cogunt, ad quietem & sedem aliquam certam demittere & donare. Eam apud nos videtur invenisse, si Episco-

Epiſcopus tamen non vetat aut evertit, nam eum audio à rege jam datum, & fælix voveo ac longum fore. Obiit apud nos Symmyſtes Ingelſtrupi ſtatim à magni noſtri Martinij fato. Lues apud eos tùm gravis, quæ ad trecentos ibi exhauſit, nec carere ibi paſtor comminiſtro eo tùm potuit, ut funera in omnes dies certa & crebra, quæ operam ejus poſcebant rigidè & requirebat. Suffecimus hunc in locum & conditionem dedimus, donec Epiſcopus, quicunq; foret, firmaret aut mutaret. Ad eum nunc mitto, ut videat, exploret, conſtituat, ut illi viſum, ſed te, mi Weſthovi, interprete & proxenetâ velim induci & ſiſti. Et habe meâ cauſâ hanc curam, amicitia tibi magna, firma, cum magno illo viro, & mihi certè ſemper caro, quod è ſcriptis noſtris jam noſti. juva apud eum, ut firmet in hoc loco iſtum, leve hoc munus, donet majora certè merenti. A bonis n: magnisq; eſt, (aut ne fallam) eos tangit, etſi in non magnâ fortunâ & ſorte. Uſui etiam valdè mihi ſit, tàm vicinus, & Amanuenſem mihi in ſe dabit aptum & peritum; nam manu pollet, nec judicio planè fallit aut aberrat. & multa concurrunt, cur hoc velim. Trimeſtre nunc elapſum, aut majus ſpatium, ex quo eum hîc habemus;

dunum sit planè pleneq; iterum ejici ac dimitti. Infamiam aliquam hoc traheret secum aut dedecus, nisi nunc potiatur. sed tu te hic interpone, & pectus mihi magno Episcopo tange, ut mihi in aliquâ famâ, aliquo ingenio fortassè supra hanc vulgum respectum etiam aliquem donet, & vel meâ causâ hoc quidquid est, nunc donet. in laudem eus sit, in famam, per magnam hanc Europam in me propendere, & leve hoc non negare, quem scis in eâ (ne superbum sit) notum & amatum. Sed ut claudam, me in gratiâ apud eum pone (liberè dicam) merentem, si nondum factum, & ille dudum non ad me dedit. Confirmationem huic impetra. In novos eos honoros me addic acclamare & in hac mente favere, animum etiam hunc me illi donare, & quidquid optet unquam, aut volet. Salve. 10. Kal:

EPIST. LXXVI.

MATTHIÆ JOHANNI, Episcopo.

UT ad novos Reges accurrunt & se demittunt, sub initia statim & recenti adhuc adventu, qui cupientes eos volunt & amicos: ita nunc ego offero me statim, & hac mente tibi dono æternum tuum, etsi id jam antè factum testantur scripta hæc mea variè in lucem data his annis, quæ te ubiq; habent

habent inſperſum. Et ſperò de animo tuo in me prono, etſi non planè ſcio. Nam ſcripſi ad te jam ſæpè, dona etiam è litterario meo censu crebrò miſi. Ad quæ tu nihil admirante me, et (verè dicam) dolente. Niſi quod ſuſpicer non perveniſſe, & abjectas meas ad te, aut dimiſſas, ad quos non ibant. iviſſe me juro in amorem ac cultum. quidquid ſors hactenus non voluit, aſpectu tecum aut aliquo miſceri. occaſio jam ad amicitiã data me diu & devotè optante. Fauſtum ſit, ac fælicitatem trahat ſecum, quòd in has oras, quòd jam in altam eam functionem ſubiiſti. de quâ omni re magis eſt, ut præſens brevi dicam & acclamem, me in Synodum, ad quã vocat, jam citò venturo. Hoc nunc habeo, quod ad te adferã & diſponendũ tradã. Abiit à nobis Symmyſtes Ingelſtrupi (vili hic pago) eodem ipſo tempore, quo Paulus Martinius (magnũ & æternũ nomen) humana hæc reliquit. Sæviebat hîc tũc lues iſta, & multos abſũptit, funera dabat in omnes dies crebra, nec eſſe ſine comminiſtro eo potuerunt. Iuvenem hunc in locũ admiſimus, qui partes eas obiret, donec magnus Rex virũ daret, in cujus manu eſſet mutare, ac ad aliũ functionẽ ferre, aut eundẽ in eâ confirmare. Litteras hîc includo cum eo ſcriptas, ut videas planè me

nihil contuliſſe, ſaltim caviſſe me damnum ſacra haberent aut peragerentur imperfectè comminiſtro eo avulſo. ſiſto nunc, ut aliquid hîc decidas, ſive ad hunc aliumvè functionem hanc vis deferri. Differri id longiùs non poteſt, ver in campos jam vocat, agri ſcindi, & inverti poſſunt ſemine mox infundendi. Sciat nunc in datas ac deſtinatas hoc muneri terras tangere debeat & attrectare, pro ſuſtentatione in reliquum hoc tempus & mercede. vel meâ causâ V. C. hoc nunc dona, longam hanc hyemem hic traxit, aliâ viâ fortaſſè locum inveniſſet & alibi, hic non detentus. damnum probrumq; illi mihiq; donet, ſi rejiciatur nunc & excludatur. M. Chriſtianum Roſæfonti avunculum habet, aut arctè tangit. habet alios magnos ſangvine, aut affinitate vicinos, quorum causâ mereatur produci, cum in ipſo illo nihil deſit, quod vel ad meliorem locum poſſit requiri. Ad Weſthovium ſcripſi, & ſi ille nunc domi pro me oret, & hæc deducat in pleniorem ſermonem. Sed contraho. Tu functionem hanc illi jam dona, & mihi tuum amorem æternum.

EPIST. LXXVII.

Lovanium.

ERYCIO PVTEANO.

Per-

PErcuſſiſti me, mi Puteane, & magno ſenſu imbuiſti ad mirationis. Panegyricus meus non allatus? Phœbe & nunciorum Præſes vindicato. In illo exemplari mihi ſpes jam erat, nam apud me periit, ut extrema fabula. Et vis ne modum addam, in quo mereris? decumbebam priore hyeme & ſine ſpe vitæ, cum animum mentemq; ad ea mitterem, quæ cœpi, quæ abſolvi, & non erat, cui commendarem, aut qui poſt me curaret; quidquid manu meâ ſcriptum apud me erat, volui in ignem ire, & idem ipſe, qui chartis indidi. ibi elidere ac ——— *crepitantibus urere flammis.* Alij intervenerunt (quod commodum & gaudium meum jam eſt) & breviter, impedierunt. dum ferunt tamen ad me ſic, referuntq;. nam longè à Muſæo lectus mihi tùm erat, multa abjſciuntur ſive incuriâ, ſive fraude, ſed abjiciuntur, ut multi ſe immiſcent & accurrunt, cum res ſic in dolore ſunt & extremis. Ibi tùm etiam hoc damnum factum, nec reſarcio ullibi aut reduco, niſi ut novum faciam. A nautâ tamen exquiram (nam in memoriâ eſt, cui dedi) per quos ille ibi curavit, & quo modo: Si ille iterum unquam ad nos. nam poſt id tempus hîc fuit, & dixit miſiſſe. Lætabor, ſi ſic iterum eruam, aut inveſtigem, ſi non, & illa

 Iam

Iam dispersa volat rabidis ludibria ventis.
Carmina,

feram, & ad alia venam mentemq; vertam feliciùs, cum id erit, perferenda. De Mædicæo aptum mihi munus fuit ac oportunum,&jam desiderabam. Is me docebit,quid sit historiam scribere; & quid sequar. nam in eo me esse credò,te scire,etsi in hoc morbo deposui planè & abjeci. Sed vide, in quo loco tua hîc sunt, in quâ laude. Sigvardus Grubbius abibat eo die in Sueciam ad novum eum Regem Legatus,nec fas mihi percurrere, vix inspicere, secum eò duxit,ut tùm erat, incompactum. illum tantum ? imò Orationes, Amœnitates;& quidquid apud me erat è tuo. nec in longâ illâ viâ secum volebat, nisi quòd ab istâ manu esset. ita mihi non fas ante ejus reditum (erit autem intra hyemem) potiri isto melle, & (nam id est) Jovis cerebro. Aspiro jam eò, ut esurientes ad cibum. Etiam ad Proteum: tuum aut, ne errem,tuam in illum versum Præscriptionem. De eo Oligerus Rosæcransius mihi dicit, in senatoribus regni est, summo hîc Procerum gradu, in litteris supra omnes,quos hæ terræ aut Septentrio habent. Is inquam Præloquium id tuum & præfationem eâ laude effert,quam non adhuc, qui scripserunt, non

qui

qui scribent, habebunt. Et tu id mitte, si separatum potes; nam carmen non æstimo valdè aut exquiro, qui videam, non posse laudem habere, nisi à labore, &(si vis me hoc addere) pietate. Ad Floritium aliquid volebam, nescio quomodò nunc non permittor. Occupor enim, ut non liceat, & langveo, ut non libeat ad ista me nunc dare. Litteras mitto, & brevem nunc versum, lege, &, si videtur tanti, obsigna, ac ad eum submitte. Longior jam sum, mentem manumq; sisto. nam de CONSOLATIONE CÆCITATIS ego nunc nihil. In laudes quid ibo, cum nullæ (Musas testor) ad id scriptum sunt satis. Ciceronis istud scribam: *hoc jam diu orbis terræ judicio & testimonio comprobari*, & cæcus sit, cujus oculos animumq; non penetret & oblectet. Sed alibi & brevi de eo legas. nunc omitto.

EPIST. LXXVIII.

Malmogiæ.

REGELO REGELO.
ANDREÆ BREMERO.
LAVRENTIO ASSEROO.

DE Poëtis quæritis, quo loco olim fuerunt, ui lege? ut qui ad alias artes se dabant, alto & valdè quàm jam sublimi. In luce & laude erant, quotquot ad Musas

& has artes ibant, non Poëtæ tantùm,, nec, ut nunc contemptus & fastidium erat litterarum,& qui eas tractabant. Jam si ad divitias aspiramus, ad opes, ad honores, omittamus hanc operam licet,leviùs &citiùs aliâ arte assequuturi. Nam quotusquisq; honorem istis studijs jam ponit? utinam in irrisum aliqui non traheret, in despectum! Olim aliter ipsi Imperatores Regesq; honorem nostris artibus detulerunt, vix ulli supra eos erant, qui præferebant. Ac ut de Poëtis præmittam, præ alijs in ferventi gratiâ & flore erant, ubiq; Magnatibus cari & accepti. Virgilius Horatiusq; in exemplum sunt, qui Augusto, cùm læta eum habebant, latera clauserunt,& norunt quàm hoc altum sit, qui norunt quàm tùm, Roma alta. Nec honor tantùm tunc ijs fuit, præmia larga. Vespasianns Salico Basso Poëtæ semel quingenta HS donavit, nostræ pecuniæ duodecim millia & quingentos (Lipsi voce) Philippæos. Quis tantũ nunc speret aut dabit. Qui tot nummulos in Proceribus jam donet, valdè ad liberalitatem inclinet. Antonius Caracalla in singulos Oppiani versus singulos aureos impendit, immensum & ferè supra omnem in nostros largitatem. Etsi alij Principes etiam usurpabant, & aliquoties video,id factum. Videtis quàm mores nunc deflexerunt

ab illis antiquis. hodiè in singulos Poëtarum libros id non donent, quod tunc in versus. Jam reliqui Imperatores quàm in hoc genus largi & profusi non dicam, jam notum. Augustus vel in Græculum quendam, ob carmen & factum parum pro Cæsare, sestertia centena dedit, nostræ monetæ bis mille quingentos taleros. & quis in alios esset, qui in stultum tàm largus? Nec Romæ tantùm is amor in istos, alibi etiam habebant. Hiero magnus, & vel hoc facto immortalis princeps Archimelo pro octodecim versibus mille modios tritici, & longâ viâ, misit. Si donum, si in navem sumptum videmus, liberalitas ea sat magna. Non enim profusionem dicam quidquid huc impenditur. Invenio & alibi Reges, qui ex more & lege præmia his debebant & dabant. In anno semel, & de tempore constabat, in Regiam venerunt, versus ibi recitabant, Rege arbitro & inspectore, cùm fuissent, omnes cum præmio demissi, quinquaginta aurei in quemq; dati. tantùm qui superior factus, equum tulit, sed insignem & supra vulgarem usum, centum aureos, ancillam, fæminam, & vestem, quam tùm Rex gerebat. Longum esset per omnes eos ire, qui præmia honoresq; solvebant, qui sumebant, vel publicè Romæ vox erat:

Rex solùm aut vates non quovis nascitur anno;

quod unum altitudinem eam ostendat & æstimationẽ, si alia non sint. De Poëtis jam vidistis. etsi pauca è multis & magnis. Ad alios imus? liberalitatem in eos sparsam ostendemus? De Alexandro magno quis nescit Aristoteli pro Historiâ Animalium ei inscriptâ octoginta talenta; id est, quadringenta & octoginta millia dedisse. Sciebat magnus Rex, eam unam esse ad immortalitatem viam, nec posse post mortem, nisi in litteris librisq; vivere. Viderunt idem alij, & munera in eos optimè collocari, qui nunquam desinerent, neq; cùm ipsi ablati, prædicare. De doctis itaq; certamen inter Magnates fuit, qui possiderent. Ægypti Reges Musæum struxerunt hoc in ipsâ aulâ & apud se, Doctos ex omni orbe vocarunt, aluerunt immensò & stupendo impendio, & liber eò ac tutus accessus, nullos excludebant modò claros doctrinâ, aut ad eam aspirantes. vel ipsi Principes Regesq; ad tales per immensa viarum iverunt, ut oculis tantùm usurparent. De Antigono scribunt, ad Zenonem sæpè Athenas venisse, multa & magna sæpè obtulisse, cùm ut ad se attraheret spem

ſpem non habebat. Perſæum idem Rex non in gratiâ tantùm habuit, quia doctum, ſed in tanto loco, ut Acracorintho eum præficeret; id eſt, ferè toto Peloponeſo, nam ab eâ arce pendebat. nec magis potuit, niſi Principem feciſſet. Pompejus Rhodum ivit, ut Poſidonium videret audiretq;, & ſcribit Plinius, percuti de more fores à lictore vetuiſſet, & faſces januæ ſubmiſiſſe eum, cui ſe oriens occidensq; ſubmiſerat. De Panetio multorum certamen fuit, ſed illo renitente & ſpernente. P. Africanus tandem ad eum ivit, verbis pollicitisq; tàm diu oppugnavit, ut ſibi jungeret abduceretq;. & ſcribit Livius, in iſto magis eum triumphaſſe, quàm Lucullum & Pompeium in Regibus & regnis (credo ea verba eſſe) quos tùm maximè capiebant & vaſtabant. Longum ſit omnia adnectere, quæ in hanc rem nota. De ſtipendijs me vultis addere, ad quid ea ſurgebant in hos tales data? E paucis videte. D.M. Antonio ajunt in Philoſophos aliosq; ſexagena ſeſtertia impendiſſe, noſtros mille & quingentos daleros. Tatiano objiciente, quòd tantũ ſumerent. Quid Veſpaſianus? Rhetoribus è fiſco annua cẽtena conſtituit; id eſt, bis mille & quingentos. Alij minus, alij magis dabant, omnes tamẽ in eos profuſi, ut ſint, qui ſentiãt Eu-

menio,

menio data sexcenta; id est, quindecim nostra millia, hoc in annos. Quid multa huc traho? Seneca, notum vobis nomen, doctrinâ ad eas opes venit, supra quas ipsi Electores Imperij parum nunc habent. Hæc in illo ævo fuerunt; nec in hoc nostro desitum plane & omissum, certè non in hoc tractu, & impij in Proceres sint, qui dicant, nec alibi majora à litteris & Musis commoda quàm in his ipsis terris. Et vos habeatis inter primos; si me auditis, &, quod caput est, obauditis. Nam quòd ego ad alta non veni, quid mirum vobis, nostis hos mores, contempsi semper & alto animo sprevi, cur obtruderent aut cogerent? sed avocor, & longior essem nisi hoc esset.

EPIST. LXXIX.

Malmogiæ.

REGELO REGELO.

COmmovere te ab his locis, mi Regele, ætas, ingenium, addo consilium meum jam suadent. Magis, quia me video diuturnum in eis non fore aut veterem. &, ut tu ad itinera te des, aut novas sedes, ad quas nunc ego, in rem tuam non sit aut usum. Posses apud me eadem haurire, aut majora, quæ alibi. Sed quia nobis nunc sic visum, alij, alios etiam audi & innotesce. Ariadne filum Theseo dedit, ne aberra-

erraret; ita tu, aliquem velut Labyrinthum ingressure, cape à me dirigentia hæc monita & cautelas. nec enim illa suum magis salvum optavit, quàm ego te, & ad ea venire, quò destinavi. Ad tria inprimis te voco, ante alia ad perseverantiam in eâ mente & mansionem, ac ne aliò te flectant opinionum ulli venti. Fore alios mens mihi jam dicit & inter tuos, qui breviùs veniendum dicent ad opes, ad divitias & quæ speramus, ut litteræ nunc non altè suos tollunt & levant, & ad alia magis te velint ire ac sequi. Tu aures his claude & animum, nec obaudire te, vix audire velim. Ad genus vitæ non hortor, quod ego inivi aut elegi sive pietate, sive judicio non recto inductus. nam mentiar, si dicam non pænitere, ut res nunc sunt humanæ. Alia in his studijs sunt, quæ melius cultoribus suis solvant, & quæ tibi famam, quæ laudem, quæ honores donent, etsi tu ista me suasore scopum non habeas. Nec alia in rebus terrenis his & inferis sunt, quæ magis ad fælicitatem, quietem, tranquillitatem ferant, quæ animo tuo optata. Addo, quòd reliqua brevis spacij sunt & ævi, Doctrina, Sapientia, & quæ illum sequitur, fama, etsi non semper, diu tamen durant; &, ut minimum dicam, post nos ætatem. Diuturni non

sumus

ſumus aut longæ vitæ, unâ hac viâ ſemper ſuperſumus, Si in libris ſcriptisq́; rectè nos ponimus, quod non poſſunt niſi qui ætatem huc ponant. nec ex annis tuis præter memoriam habebis, cùm implevisti, & ſi quod opus mentis ingeniję; reliquiſti. Qui hoc poteſt,

Οὐδέ ποτε κλέος ἐσθλὸν ἀπόλλυται οὐδ' ὄνομ' αὐτοῦ,

Ἀλλ' ὑπὸ γῆς περ ἐὼν γίγνεται ἀθάνατος.

Et cum poſuiſſe vitam dicant, incipiet. Nam

Scripta placent à morte magis;
Famaq́; poſt cineres major venit.

Et alia ut poſſunt;

At non ingenio quæſitum nomen ab ævo
Excidat.

In annos & ævum

— ἀρετῆς δὲ μέγα κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.

Et ut hæc non ſint;

ἄριστον ἐστι πάντ' ἐπίστασθαι καλά.

Tu itaq; mane in hac viâ, in hac mente; nec ad alia unquā flecte, aut te dona. quidquid multi ſuadeant & obducant. Illi ut volunt, tu

Καλῶς

Καλῶς ἀκούειν μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν θέλε.

Ad alterum eo, quod volo inculcatum, Laborem, quem tu per omnes Musas ne fuge,

Πόνος γὰρ, ὡς λέγουσιν, εὐκλείας πατήρ,

Et quod verè ille:

Οὐ μὲν ἀνιδρωτί γε μετ' ἀνδράσι κῦδος ἀέξει.

Et qui istum fugit, eum etiam æternitas & fama, nam

-- -- -- Pigra extulit astris
Haud unquam sese virtus.

Tu alta specta, per ardua ad ea ito,

Nec juvet ex facili lecta corona jugo.

In parvis hæreant & circa littus ipsi tales, tu ad magna natus te tolle, & surge.

Μικροῦ δ' ἀγῶνος οὐ μέγ' ἔρχεται κλέος,

Ita nec studia honor, & ut illa magna aut parva sic iste. Ad utilia tamen magis hortor, quàm splendida, & ad vana ac delectantia alij eant, tu

Hunc laborem sumas laudem qui tibi

ac fructum ferat. Ad tertium venio delectum in conversatione & cautelam. nam

Κακοῖς ὁμιλῶν καὶ αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.

Ut sordes semper fœtorem aliquem aspirant tractanti; sic inspecti illi pravi auram sæpè aliquam vitiorum ideoq;

Ἀνδρὸς πονηροῦ φεῦγε συνοδίαν ἀεί,

Et vide, quibus te tradas & committas; certus in te transiturum quidquid in iis inveneis. In urbem altam, magnam mitto & Academiam, sed in quâ vada & syrtes imò Circen aliquam exspectes, quæ omnia tu vide & ride, & contra omnia ista clypeum assume pietatem, ad quam tu tua conforma & dispone;

Hæc summa virtus, petitur hâc astrum via.

Sne quâ cave cogites, non dico salutem ullam tibi esse posse, sed laudem. Quam ut altam ut æternam habeas,

Ἐλεύθερον φύλασσε τὸν σαυτοῦ τρόπον.

Ut finiam, annos tuos vides, propera ad ea, quæ monstravi, & ut messem olim habeas amplam, uberem, nunc sere. Omnes vitisti jam tuæ ætatis

Et

-- -- *Et toto vertice supra es.*

Vide, ne sistas hîc & quiescas. Vt in die turbidâ magis miramur, si aurora læta fuit & iucunda : itá in vitâ non probâ, si adolescentia recta & ad honesta inclinans. Insani sit in vestibulum ornatum inferre, domo ipsâ relictâ inter sordes; ita adolescentiam inter optima ducere, reliquâ vitâ non impensâ ad virtutem, & melius erat benè nunquam incepisse quàm si hîc desistas. Arbores quædam in flores valdè sunt pronæ, ut si inde indicium sumendum, fructum largitèr promittunt, sed promittunt non ferunt; ita multi ipsis initijs magna spondent, annis provecti fallunt, & infra spem consistunt. In te, mi Regele, nolim contingere, & sic altè, sic acritèr cœpta

-- -- *retrò collapsa referri.*

Neq; erit hoc timere; & peccé, si in indole tuâ dubitem & naturâ. Tantùm superbia te non abripiat & fastus, à quibus nunquam satis vos retraho. neq; enim alia res plura ingenia in cursu tardavit & stitit, quàm admiratio & amor sui. tu fuge, & demissè de te sentias cogitesq;, aliter ad veram metam non venture. Alia quæ vitare aut sequi ex usu sit â me audiveris jam sæpè; & in animum immisse

& in pectus cur non credam aut dubitem? ut extremum te hîc alloquar

ἤτει σεαυτῷ δόξαν ἐγκαταλιπεῖν.

Et Lauream ſcito capiti tuo jam nexam, ſed me volente adhuc differendam, tu ſic perſta, & magis magiſq; merere. ac illam ita, aut majora habebis. nam

τῷ δὲ καλῶς ποιεῦντι θεὸς περὶ πάντα τίθησι Συντυχίην ἀγαθήν.

Ut tibi faciat opto, ac eum oro. E Muſæo meo. ∞ Iↄ c XVIII.

EPIST. LXXX.

Portuam.

REGELO REGELO. S.D.

MItto hîc, mi Regele, quod volebas. etſi quid opus erat? ipſe tibi ſemper dabis, & virtus tua ad omnia & omnes viam ſtruat, ne teſtimonio alio tibi opus aut interprete. quia tamen ita vis, hæc ſcripſi, ſed, ut cautio mea & tua modeſtia voluerunt, parcè. Altius elogium meruiſti, (quid negem?) ſed à me non dandum. Malo audire ab alijs in te effundi, nam apud me ſuſpicionem habeat, qui ſic tuus. opto te hæc ipſa vera magis magiſq; reddere, & ad ea ſic ire, quæ monſtravi. Malmogiæ. Id. Novembr. ∞ Iↄ c XVIII.

ACA-

ACADEMIÆ PORTUENSIS ANTISTITES.

REGELUM REGELUM ad vos mitto; noluit sine testimonio meo venire. Do id jam nunc, hoc juxta mores juxtaq; leges, sed verum magis quàm longum. In domo meâ fuit, in disciplinâ, eâ modestiâ, attentione & (quod caput est) pietate, ut similes nisi paucos non viderim, nunquam superiores. Litteris se pro eâ ætate non tinxit, sed immersit: & de alijs nescio quid possem scribere, quid debeam, Poësin Musicamq; perfectè habet, & non infra ipsos viros, ipse tantùm quindecennis. Qui recta ingenia vultis promotã, & magnã, scite hunc inter ea esse, inter caros vestros finitẽ. Ut arvum fœcundum sinẽ pluvijs non habemus: ita nec sine favore ingeniũ, sine productione, ut hic apud vos inveniat, rogatus mei sunt & vota; promissio etiam in dolorem non futurum aut probrũ, si qui producunt & propius sibi jungunt.

Bertilus C F. Nissi N. Aquilo.

subscribebam meâ manu & testabar. Prid. Id. Novemb. CIↃ IↃ c XVIII.

EPIST. LXXXI.

Heidelbergam.

JANO GRUTERO. V. C.

IN longo isto morbo (is me sesquiannum nunc tenet) jucundum fuit à te habere, nam inter lætiora pono, quæ in hac vitâ compellari sic à vobis & adiri. Et è famâ meâ erit è laude notitiam apud te sic habere & favorem. Nec in Germaniâ eâ jam est, à quo magis mihi velim eum dari. Desiderium jam habet tui videndi & acris cupido. Sed hîc mihi suspirium, quod non datur, an & dabitur. Provincia hæc, intercapedo, morbus magis magisq; incumbens spem minuunt aut tollunt. Hæc eadem fervorem in inceptis, & torpor ac desidia mentem & manum habent. E Poëmatijs, quæ volebas, postremos libros mitto, & quos non scripsi, sed fudi. nam omnes mittere non sit facile, ad tàm remotum, nec ij nunc hîc ad manum. Alia magis vellem; nam versus non pro hac ætate, sed Typographi tardant adhuc & morantur. Habebis inprimc, si Deus mihi vitam & valetudinem producat, ut tibi diu faciat, eum rogo. Plura mihi non promptum seriò ægro. Malmogiæ. XII. Kalen. Decembr. ꝏ Iͻ c. XVIII.

EPIST. LXXXII.

Lundiam.

PAULO MARTINIO.

ITerum uxoris partio lætitiam dedit? valdè ad mentem fuit audire, & te molestiæ liberum, quæ tenet (ut amor tuus est) cùm ea sic infirma. De animo tuo scio facili ad dolorem in hoc casû, nec fuerit, ut in lætitiam non plenè te effuderis, cùm res extra metum. Macte hac fælicitate & fortunâ, gaudium jam à tuis diu habe quòd debent, quod dabunt, si Deus ijs vitam longam dabit. Quod opto & tuæ valetudinem firmiorem. De me quæris? Philosophor, hoc est, Parcas cogito, quò me longior hic morbus ducit, non enim trahit, & sequar lubens ad beatas æternasq; mentes. Quis non vellet, aut vitam hanc longam optet, in tot tristibus, quæ eam cingunt, tot adversis? & cùm meliora non restabunt. Cometam & vos ibi, scio, vidisse minacem, magnum & vultu nimis quàm irato. Quibus minatur quæris? Divinus non sum, aut in iis studijs deditus: tamen hoc non falsum novi;

-- *nunquam spectatum impunè Cometam.*

Et ad fortuitas causas tantùm referent, & infernas qui volent, me non huc ducunt. Quid tamen protendat, perfectè novit ille

--- ἐπιστάμενος τά τε ὄντα

ὅσσα τε πρόσθεν ἐὴν, ὅσσ' ἔσσεται ὕστερον αὖθις.

Ego in parte non polliceri eum nobis læta & quæ optemus. Vide, quod mihi præſagium in triſti mente. JONAM hîc cœpi explicare auditoribus meis ipſo die ante hunc viſum, & pro hoc ſtatu non malè. Sed Deo hæc noſq; permitto. Vale, & de veteri illo nunquam muta.

EPIST. LXXXIII.

Ottoniam.

OLIGERO ROSÆCRANSIO, V.N.

DE Loto ajunt, vir perilluſtris, trahere ad ſe edentes & allectare ſemel guſtatum. id mihi jam fit, aſpiro ſemper ad te, ſemel admiſſus, ut non magis, ſitiunt, ad aquam, nec Ulyſſæos illos magis ipſe Sirenum cantus, quàm me affatus tuus movit & attraxit, iſtâ benivolentiâ & comitate mixtus. Decori illi & ſupra vulgum ſermones, de doctrinâ, de litteris, de alijs redeunt adhuc & recurrunt, & puri illi placidiq; mores recreant etiam nunc hanc mentem & diffundunt. Ut votum ſit non venire tantùm ad te brevi, ſed vivere & inſidere. ſed quia fatum aliter eſt, nec vult me ab his locis abjungi, animo me jungam & affectu, cùm corpore non liceat, nec ab illo unquam abeas, neq;

neq; cùm ego ab hac terrâ. Me cogitatio de te ac desiderium,

Cineres comitetur ad ipsos.

in aliâ vitâ non desinat aut desistat. Quòd Portuam non veni,ut promissum meum erat, aut te ibi conveni, contra votum fuit, contra mentem, & non doleo tantùm, sed mœreo quòd non factum. Morbus hic & alia quædam ibi tardabant, id tàm sperato congressu me privavit & invisione. Quæso sine irâ tuâ sit & suspicione, sive de neglectu, sive (quod in me non cadat) contemptu, ac ut animum non à me avertas, aut favorem diu optatum. XV. Kal. Anni ꝏ Iↄ c. XVIII.

EPIST. LXXXIV.

Helmstadium.

OLIGERO ROSÆCRANSIO

IRe ad te jam istuc desiderium & votum sit, mi Rosæcransi, functio hæc vetat & retrahit è viâ ferè ingressum, catenati hic labores & qui nunquam donant remissionem, nunc magis cùm è collegis unus in morbo, quod ad sexaginta has orationes, ut parum dicam, in me conjecit isto mense & festo, quod grave esse in hoc morbo debeo fateri. Nam planè adhuc non abijt, adhuc

--- -- *limite certo.*
Quatuor alternos itq; reditq; dies.

Ad lectum etiam nunc adigit,sed hoc tantùm, violentia ea abijt & rigor, ut videar nunc non longè abesse à sperato diu portu. ô tangam semel ô teneam,& valetudo iterum sit,quæ fuit! optare hoc debeo. nam,ut res meæ eunt,commovendum me video ab hac urbe, nam hîc ut stipendium dent pro ingenio meo & studijs optatum vovere magis possum, quàm polliceri. Si Hafniensi viâ revertaris,occurram ibi & me sistam redituro, ut vel tandem me satiem desiderato diu alloquio & aspectu. Poëma ad Typographos jam mitto, jam cum primâ navi, quod te meq; æternum faciat, si excudetur; nam ad te it, & illustre hoc nomen habet præscriptum. De quo præsentes magis est aut loquamur, nam in comitiis me sistam, quæ instant, si antè non licebit. Et tùm consilia capiam in rebus meis,&, ut tu suadebis, sequar aut mutem. O Rosæholmia quàm mihi in cupidâ mente, quàm in invidendo Pergami regibus Musæo non senescere, sed mori ad votum sit, ad mentem, quàm tecum! sed taceo, nam fata tantùm non donent. ꝏ Ioc. XIX.

EPIST.

EPIST. LXXXV.

PALÆMONI ROSÆCRANSIO.

Qui ſcribunt ab iis locis, qui accedunt, omnes de animo tuo nunciant volente in me & amico, & quem ſæpè ibi prodis cum meâ laude. Jam Weſthovius idem firmat, & deducit in multum ſermonem, ut videam non eſſe proniorem in me & hanc venam, nunc in hoc orbe. Inhumanus ſim & Muſis indignus, quas tracto, ſi non agnoſcam, imò ſi affectum iterum non reddam & oſtendam, hoc magis, quia in tàm altum, in eminentem, in Heröem. Lætari debemus, qui artes has tractamus, eſſe in vobis qui amorem ad nos donent, litteris jam ferè ſpretis aut ſpectantibus caſum. Multis hoc nomen dedit, qui aliter non habuiſſent, & tu ad id venies, hac viâ ſi ſic ibis. Viderunt hoc olim Heröes, doctos ubiq; tenuerunt & attraxerunt, etiam ipſi non tales, & pugna circa iſtos fuit ac rixæ. De Africano ſcribit Livius triumphaſſe magis in Panetio ad ſe tracto, quàm in regnis & regibus, quos largè alij tùm vincebant, nec beatitudinem præ eâ cenſebant, virum magnum & ingenium nacti. Præter te aliumq; Roſæcranſium qui hîc nunc faciat, non fuit, vide-

re, qui Westhovium altum magnumq; virum sic tecum fers & devincis. Quod non abfuerit, quin æternum te clarumq; faciat, & in orbis spacia æviq; mittat. Ad quod si in me etiam erit addere, venam hanc jam sentias propensam in te & devotam, nec erit, ut frustrà favorem huc primò miseris & affectum; tu tantùm in eo sic persta, & talem retine jam semper ac auge. ꝏ Iↄ c. XIX.

EPIST. LXXXVI.

Malmogiæ.

ANDREÆ BREMERO & LAVRENTIO ASSEROO.

ITis à me jam nunc, mei iuvenes, & velut ad altioris litteraturæ mercatum: ut feliciter possitis & cum fructu, cum famâ, votum meum & preces sunt, quando ut hîc annos ponatis res meæ, imò & vestræ non ferant. Ut equos cùm immittunt in circum, poppismis ad cursum animant & plausu; ita ego vos jam monitis ad recta & alta, famæ hoc stadium ingressuros. &, ut Leucothea apud Homerum Ulyssi vitam donat ad pectus alligandam, quæ tempestatum & turbinum liberum redderet & securum: ita ego vobis præ-

præcepta hæc & monitiones ut à vitiis aut retrahant, aut tutos reddant. Lusistis adhuc in tuto & domi, Charijbdim suam habent & Scyllam loca, ad quæ nunc itis, ut purum nihil hîc exspectandum, dum nos in impurâ hac terrâ. nec splendida ulla aut magna sunt, quæ non habent admixtam suam fæcem & ubicunq; iter ad virtutes iter ad vitia. Ne vos intretis novi adhuc & primo adventu.

Errabunda regam tenui vestigia voce.

Et ne longum faciam, tria suggestum ibo ad usum ad fructum ; Primum constantiam in eâ viâ & gressu, ac ne dimoveant vos ulli ab hac mente & flectant. Jacent nunc ferè litteræ & qui eas tractant, aut non altè se tollunt, hoc multos vetat se huc immittere & ire. Sed oraculum hoc habete, surgant, ad summa venient & secum trahant, si qui nunc se adjungant, & apud plebem tantùm viluerunt ac parvos hos Domitianos; apud ipsos Magnates in precio sunt, in honore, & valorem suum servant, ac quotquot feliciter se iis imbuerunt & plenè. Fama nunc sè dilatat, spero, quòd vera, quæ vel ipsos aversos ab his litteris ad eas nunc mittat etiam nunquam cogitan-

tes. & molitur magnus jam Cancellarius. vivat modò, quod pro Musarum æternâ salute sit, aut quàm diu hæ terræ & mundus manent. Vt hoc non sit, hîc invenire tamen est, quæ quis optet aut volet, nec tàm optatum aliquod bonum est, ad quod studia non ferant, si rectè tractata & cum fide. Et verè

τὸ δ' ἄεθλον ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστον,
κάλλιστόν τε φέρειν γίγνεται ἀνδρὶ σοφῷ.

Quod videte. Ad alta & honores aspiratis? nil melius ad ea ducat aut dabit, priscos videte aut hodiè nostros, dicetis; & multos etiam ab imâ plebe inter Proceres se posuisse, inter Heroës litteris adjutos & libris. Nam benè priscus vates

Non census nec clarum nomen avorum
Sed Probitas magnos ingeniumq́; facit.

Famam aut æternitatem vultis? nihil hîc perenne. tantùm manent, quæ mens tractat aut probè sibi adscivit, & laudem donant ac ipsa habent;

Hæc manet hæc avidos effugit una rogos.

Et cum Plauto:

Etiam tùm vivit, quam putas esse mortuam.

Qui animi has opes ipse non habet, in aliis non amat. sit qui volet. Σίγηλαι,

Σίγηλον ἔχε ζῶν τε καὶ θανὼν βίον.

Qui illis se impendit & acquirit, mortem non metuat aut oblivionem, erit

.. καὶ ζῶν ἐφθίμενός δ' ἔτι πολλὸν ἀγήρως,

Et vel

Effugiant structos nomen honorq; rogos.

Si in tàm triste lethum sit venire. Alij eant, quò indoles & ratio dictat, vobis

det gloria vires;

Et in isto ævi & ætatis flore

---- *Sola animum mentemq; perurat.*

Qui volent, vana sequantur & ament, aut quæ post mortem non habent, vos sectate, quæ post vos etiam vestra sint;

-- *Et famæ invigilare juvet, quis nosceret Homerum?*

Ilias æternum si latuisset opus.

Cogitate, & quàm hoc

Pulcrum eminere est inter illustres viros.

Sed mihi in naturâ & indole vestrâ spes, quam vos ad alia non mittetis, aut, ut profectus jam est, mutetis. Alterum monitum intentio est & assiduitas, quam Musæ & hæc studia requirant. Calidè illa habenda ac intentè, nec defessi unquam, appetentes magis sitis & fetentes, nec dies solùm ommes appendi debent

ad

ad hanc curam ſed noctes. Nullus tàm deſperatus labor ſit, qui vos frangat aut fatiget certos, quod

Lætius eſt quoties magno ſibi conſtat honeſtū.

Nam quæ non moleſtiam magnam neq; laudem habent; vt iſta vobis contingat, illam non promptè tantùm, ſed cupidè ferte.

Κῦδος γὰρ νέῳ ἀνδρὶ φέρειν ἀπ' ἀγῶνος ἄεθλον

vos date operam ut hinc duceris

Diſidiâ Virtus paulatim evicta ſeneſcit.

Ab eâ & ignaviâ nunquam nimis vos retraho: illæ remoræ omnis eruditionis & impedimentum, & niſi aditum iſtis clauditis, doctrina nunquam intrabit aut cultus. Etſi metus hîc de vobis non tenet aut timor, ut urbem à portis & mœnibus licet augurari adhuc nòn inſpectam; ita à primâ hac ætate ſecuturos annos, & qui tam animosè incepiſtis & fervidè, non deſiſtatis niſi in metâ. Tantùm converſatio aliorum (Tertium eſt) & convictus aliò non flectant, quam vos ſemper uſurpate bonorum, & videte, quibus vos traditis, quos aſſumatis.

Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί.

Nec bona tàm citò adhærent, & quæ decent, ut

Doci-

Dociles imitandis
Turpibus & pravis omnes sumus.
Ut in Sole si itis, mutetis vultum; ita si inter pravos, animum. Hypanis dulcis manet (Scytiæ fluvius est) donec Exampæus in eum influit, posteà mutat & amarescit; ita in vobis erit, si ad malos vos donetis. Nec alia pestis plura ingenia in cursû retinuit, quâm commercia talium & convictus. Vos fugite & vel pro scito tenete.

τὰ χρηστὰ πράττειν, ἔργον ἐς ἐλεύθερον.

Etiam talibus se jungere & miscere. Si aliter facitis (& durus sim si credam) ac in reliquam vitam non sit quod vultis vos incusetis, nam

Ut quisq; rem accurrat suam.
Sic ei procedit.

& vos si seritis in primâ hac ætate, messem in senium tutò speretis.

Ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ διδοῖ Θεὸς,

nec vos prætereat aut deserat, si non ipsi vos. Quod ipsum de me sperate. non dirigam minus & ducam, quàm si mecum semper essetis, & in hac domo, & monitis semper, faciam ac scriptione, quando aliter ultrà non licet. Vos tantùm à vobis non abite, & directione, quam nuper aut olim dedi. Valete, *Et ad æternos sic crescite semper honores.* Mal. ꝏ Iↄc. XVIII.

TESTI-

TESTIMONIUM, QUOD ALTERI DEDI.

QUI HAEC VIDEBITIS,

SALUTEM, CULTUM, AMOREM DEFERO.

EX animi ſententiâ teſtor, hunc LAVRENTIUM NICOLAUM, â domo meâ & diſciplinâ juvenem, mihi acceptum virtuti & Phœbo fuiſſe, quem ille arctè & cupidè habuit, ac vitam ad modeſtiam, animum ad ſapientiam dedit & cultum. Vt vel magni ipſi ingenio ejus & indole oblectati. Vt ita pergat votum meum & ſpes eſt, petitio etiam, ut ſi qui meâ causâ aliquid velint, in hoc effundant. Animum altum invenient, venam facilem, magis ſi qui familiariùs ſibi jungant, & benignè complectentur aut facient. Tollite, adiutum & productum ite, ad honorem & famam (ad eam factus eſt) ducite. Fidem nobis habete, iſtum amate, ſcripſi & ſignavi Bertilus Can. F. NiſſI N. Aqvilo. Anconæ Kal. Decemb. ∞ Ic c. XVIII.

EPIST. LXXVII.

JOHAN HENRICO ALSTEDIO.

NUnquam optata mihi ſint, mi Alſtedi, niſi optatæ litteræ tuæ fuerunt. An non eſſent ſic ſvavitèr, ſic amantèr ſcriptæ, annon ab eâ manu & loco miſſæ: Nam eum video? magnos

gnos viros & ingenia ſemper dedit & habuit ille tractus, & vel multum ſit gratum noſci illic, quid ſic amari? Te inſpicio, inter maximos es, quos hoc ſeculum novit. Dona habes & ſpargis, quæ non multi tui ſtudij aut ævi, & addo probitatem & judicij rectitudinem paucis novorum ubiq; ſic uſurpatam. Sapientiam omitto per tua ſparſam & diffuſam, quam in eâ ætate non habeat, quivis nec credat. Philoſopha tua videmus? apparet. Philoga? idem & talia ſunt, ut vita ijs certò cum hoc mundo manebit. Et non amem ſic volentem cum talem? pœnè nolentem, ut ea virtus & vena eſt, & manum hanc trado, aut ſi hoc parum eſt, pectus, & æterno nodo tibi adſtringo, nec, antequã ego ſolvar, ſolvendo. Nam ut in mundo hoc eſt, initium habuit ad finem non venturus, id hic erit, nullum ævum amicitiam hanc tollat & extingvat, etiam in aliâ vitâ ſemper manſuram. Nec alia nunc ſunt quæ ſcribam. Nam de elogio & laudibus tibi remitto, niſi quantum de conatu agnoſcam. Aſpiravi ſemper ad optima, ſucceſſus non fuit, quem volebam. Multa retraxerunt, & valetudo ſesquiannum jam non votiva. nec eſt ingenium nunc in Europâ, quod ab honeſtâ illâ cupidi-

 ne re-

ne retractum magis & impeditum. Vir
Candidatum fuisse hoc sciant & veræ T
logiæ, neq; aliud jactem. Vale, mi maxim
mi clarissime Alstedi, & qui prius co
nunc redamanti hoc persevera & præsta.
mog. ꝏ Ic. XIX

EPIST. LXXXVIII.

JANO GRUTERO. V. C.

HAmilitonus ad vos ivit, ille, qui jam
tuus. Litteras cum eo misi, & è scr
quæ tùm potui, credo vidisse jam legisse.
basse non possum dicere non sperare. n
non probo ego qui parens: nec tanti
sent, ut misissem ad tàm magnum, nisi
titio tua fuisset aut jussum. Nam ita
leue dictum à te habeo aut nutum. M
nunc alia in hoc genere jn Belgicam, in
hanc sitim ponas brevi nunc excusis,
stolarum alteras Centurias jam videris Fr
cofurtum vel jam missas & ad has nu
nas, & si ipse non vidi. Nam naves
huc non permearunt, etsi jam exspe
singulis horis. Inquire ibi, quæso te, lege,
cas incidis, & de illis alijsq; censuram dona
censuram, & ne amor se misceat aut adfec
Non est nunc in Europâ, quem pro te hîc
be

beam. Puteanum excipio, quem jungo, vix præpono, ut nec ipse hoc velit; sic in virtutem & te affectus. De morbo tuo gratum sit scire, an leniit, pro meo certè voto fecit. Nam meus jam spondet abitum & promittit, & spero jam ad Musas redire sesquiannum nõ cultas. Si datur, pleno gressu ad illa eam, quæ in annos & ævum mittant, nam ut arbores quiescentes interdum & sine fructu, largiùs se posteà in eum diffundũt & donant: Sic ego tàm diu jam sine his curis, fortiùs ad eas nunc redeam & me infundam, etiam in tui amorem. Vale, & longior essem; nisi avocarer. Anconæ ꝏ Iↄ c. XIX.

EPIST. LXXXIX.

ERYCIO PUTEANO.

LEge quod in lætitiam mittat, mi Puteane, morbum meum dejectum jam & pulsum, Hucusq; adhæsit, nunc dimisit plané & decessit, etsi tardo pede. An lætor sic & surgo ab hac fortunâ? non magis possem si alibi in regem vocarent, & videor in novam vitam jam venisse & mundum, hoc malo sic devicto. Ingenii ea acritas non est, quæ ante morbum fuit, ut quem non delibaret & frangeret tàm longus, spero citò reversuram & me ad solitas meas curas,

hoc est, studia & doctrinæ exercitation
Nam jam biennium, mi Puteane, libros n
tango, non seriò aut cum fide, nec magis
libertatem, qui in duro carcere, quàm
ad istos aspiro & mente eo. Liceat ita in
cem aliquando ferre & ad finem diu cœp
si tamen alia non adhuc interveniunt, &
ac multos in his terris non ferunt ad fine
Nam pestiferam luem vicina omnia oc
passe, debes scire, nobis tamen adhuc tu
quod longum nobis polliceri ego aut
non possunt. De Norvegiâ jam audiueris,
ut fama in altius omnia fert, majora fort
vero. De montibus certum magnâ ibi u
supra sex millia ibi ablata) & non lo
tempore elapsâ nuper æstate. Portuæ
brè & spissè jam cadunt, à quâ urbe bre
tantum fretum nos dividit, & ut itiones
ter nos & commercia crebra, ac in om
pœnè dies, tuti diu hîc non sumus aut sec
Quod DEUS volet, & te in aliam vita
præibo, ibi olim amplectar, quandò hic
est sperare. Ad te, ad Floritium el
autumno dedi, accepistis? incipio jam
bitare, postquàm semel video fefellisse,
inter nos ferunt. Et tu in alijs Centurij
pius fortè videbis factum. Nam videris

çum hæ ad te veniant, & Ebbius miserit, me, sic procurante. Si non, quæso, ab eo pete; nam ut desiderium tuum est, longum erit & durum exspectare, donec ego hinc mittam; nec, ut rem dicam, ipse vidi; excusas tamen alij mihi dicunt. Ego Poëma jam emitto, Centuriam item novam, & in reliquos jam annos multa, si in eos maneo, & lues, quæ minatur, nos non tollit, ad te nunquam veniet, mi Puteane. Post. Id. Mart: ꟾↄ Ↄↄ IↃc. XIX.

EPIST. XC.

HENRICO EBBIO.

DUrus sit & truncus, mi Ebbi, quem non moueat hæc promptitudo tua & flectat. Me certè afficit & tangit, jam imum istud pectus. Tu de irâ metum habes, ac ne indigner tardatum ibi negotium paulum aut dilatum. Qui possem, & cum bile agere apud eum, in quo non est bilis? nam hoc litteræ tuæ non tantùm alij de te dicunt, & facilem, pacatum, ac in interiore illo animo placidum esse. Calore uterer apud talem, aut in tantillâ morâ, & cujus radix fuit ab amore? Magis est ut surgam sic & læter in eo favore & censuris de me honestis. Ut quem non at-

tollat & ad altiora porrò mittat inhiare
multos in ea scripta & poscere. Me excitāt ea
dicia & trahunt jam ad aliorum editioné, j
statim, ac mitto quæ ad priora illa volo
di sive optó. De Poëmatijs? Habeo in eo ge
re quæ sint vel ad teneram quamvis salivan
tàm citò tamen non edenda. Et tu ne ne
as agmen ibi ducis, videbis cùm extrema
aliquando manum addam, & lineam. Du
hoc fiat. Juvenilia mea præmisi, & quæ a
lescens ac puer dedi. Sublata nunc valdè,
frustrà velim à potestate meâ cum à manu i
runt. In adolescentiam hanc olim & pri
annorum inquirant, si à vulgo me unqua
eximam, & supra eum tollam, hæc mea p
trahant in novam lucem & reducant, cu
sepulta maximè vellem aut ignota, quà
molitionem ipse anteverto, & viam hanc
præcludo, tu lege, cense; nam hîc inclu
Punctum tuum dabis? ab ætate ea fortas
mereantur & acquirant, voveo, & te diu,
Ebbi, eundem in me esse. Malmog. Post.
Mart: CIↃ Iↄc. XIX.

EPIST. XCI.

Malmog

I. TAV. S. & amorem.

S

Suaves herè ſermones habuimus (adhuc in auribus meis eunt redeuntq́;) de litteris. ita decet & Phœbi ſucco immergi, non Bacchi. Mihi certè hæc convivia ſupra lauta illa & hilaria ſunt, & illa è vino & cupedijs triſtitiæ mihi, præ his Muſæ, ut animum talibus libens trado. Omnia jucunda docta miſcuimus, diximus, laudavimus, in aliquibus tamen à te flecto, an & effectu?

οὔ ποτ' οὔ ποτ' (οὐ γὰρ εἰσάπαξ ἐρῶ)

ſenſu à te abeo, non animo. Eos hoc non disjungat aut divellat, quin

Velle ac nolle ambobus idem ſociatáq; toto Mens ævo.

Diſſentio in his ſtudijs ſemper fuit, ſemper erit, & inter magnos ipſos in his ſtudijs apicesq́;. Nec mirare ut faciem eandem & vultum pauci habens, ita judicium. Et ſic decet, non tantùm licet, ac ut in fidibus & citharâ diſſenſum quendam eſſe, ſed ſine irâ & contemptu. Levia tamen ſunt, quæ mihi non donas aut probas. Ego pro me hæc pauca, & cum tuâ veniâ, cum voluntate ſit. Scriptum edidi, id non diſplicet, aut quæ in eo. In titulo peccavi, ut tibi videor &

nuncupatione ad virum magnum. S
hac re moveri mihi litem; hoc præfabor,
minem esse in hac Europa, qui titulos & b
dientia illa verba illibentiùs audit aut
Norunt, qui me norunt, aut qui litteras
unquam viderunt / scripta. Cum Vive
verè sunt ista quod dicuntur superjecti
& non honorant superscriptionem,
onerant, nihil est ijs mendacius & a
dius, jam etiam pueri hæc rident. C
ego, & ad valdè magnos non do, ad m
cres cogor, pro aliorum tamen sensu n
quàm meo. Culpam tamen hîc esse? p
Ego spero declinare etsi vix videtur tan
hîc excusem aut pugnem. Minuta hæc ce
& inscriptiones, rem ipsam neglegere
non tangere, imò non parcere, cùm ea
lapsum mali exempli sit. Ut formo
vultum ob verrucam aut nævum
reprehendimus: ita scriptum nec
mus ob illapsum leve mendum, &
citra damnum sit & inscitiam. Qua
ut pileus, si maculam habet, valdè non m
ar, dum caput sanum servem & cor
ita hîc librum modo nulli convellant
debent spero, & vivet, cum ego non v
de

de titulo, eâ parte ſum ſecurus. Sed labi poſſumus, & *ſcio humanæ naturæ hoc tàm proprium* (credo verba Lipſi eſſe) *quàm non labi divinæ*, & qui moneri nollet, & in rectam viam duci, ſtultus ſit & inſcitus. Puteani tamen querela mihi hîc in mente, *Stilū meum examinant*, inquit, *ad ſuum, verba ad ſua, phraſes ad ſuas*, mihi certè jam ſit. Fateor Διὰ τῆς λευφόρου μὴ βαδίζειν, nec credo hoc vitium alios interpretari ſed doctos, nam de vulgo litteratorum nullus mihi ſenſus. Sed quid tandem eſt? CELSISSIMUM aliquem vocavi, qui patrem comitem habuit, aut non valdè infra eum ſplendorem, ipſum Militiæ ducem, nec unius Provinciæ, Daniæ ſenatorem, Præfectum etiam hic magnum, & uno verbo jam in ſummo. Omitto enim quòd principes è ſuis multos & longo ordine numerat, & in altero eo ſexu regiam è Daniâ fœminam, quæ inter majores ei fuit. Non vis cadere in tàm humilem hoc verbum, imò nec in principem, niſi Electorem. Ita ais morem eſſe, & longo ævo & uſu velut conſenſu approbatum, ut contraire fas non ſit, aut licitum, & negare me principia, ſi hoc nego. Hocne eſt, mi N. N. principia? taceo. De mo-

re,Deum testor,nunquam audivisse,aut ob
vasse,&miror, qui cottidiè sic in libris, ch
assiduus, accubuus (ne superbum sit) hacte
non invenisse,qui legem eam dedit,imò(ig
sce pietas) irascor tot præceptorib. & in
terris ubi adij,quod nemo hoc monuit,ho
xit,nam nunquam audiam, si ab alio, hoc
divi, quàm te. Et primus me hoc doces. P
bam non esse, qui talia contenderent, post
Erasmus tàm scitè irrisit & rejecit, quę me
vide. *Fugienda est* inquit *infelicitas eor*
qui se certis vocibus alligant, quas magi
pœnè dixerim, superstitione vel mutari
inverso poni ordine piaculum existima
Perinde quasi Jovem conceptis verbis c
cent, aut noxios Dœmones asciscant, q
nisi ritè certisq; verbis compelles capitis
periculo feceris. Et mox Duces illustrissim
alios inferioris nobilitatis tantùm illustr
Quis hanc titulorum superstitionem in
xit in mundū? & addit, ignósco ijs qui ut
tur inviti, non ignosco, qui hæc commi
scuntur aut qui exigunt ceu rem seriam
Vides quid me traxerit in errorem. Nam cu
mentem veniret superesse, qui de istis urger

P

post invectionem tàm acrem, tàm acutam, tàm. sed hæc temperem. Quin si nescis alibi crassiùs erravi hunc errorem, si tamen est. Alios è nobilitate nostrâ, verum magnos meritosq;, ILLmos scripsi, qui hîc me purgem? pro sereno aut claro, credo te hanc vocem sumere, & Plinius, Columella, alij sic usurparunt (ut nihil aliud hîc nunc dicam) si est. Cur non quivis ad se trahat, quem fama levat & in magnis potuit. Nec enim ad clara, & quæ fulgent, magis oculos conjicimus sensusq;, quàm ad eos, qui laudem ab aliquâ re habent & supra vulgum sunt, ac se in sensum inferunt in aspectum. Hac occasione ad homines traductum verbum, ad alia prius usurpatum, & ut illi variant, ac altiùs inferiusq; in re aliquâ consistunt; ita illustrissimos aut illustres vocamus, pro cujusq; merito aut modo, nec ad sanguinem tantùm aut natales, sed alia etiam referri, cœcus qui non scit, non videt. Ut non ab ortu tantùm sed ingenio, arte, fortunâ claritudinem est nancisci. cernat qui nunquam antè, latius hoc vocabulum esse, quàm ut ad paucos in mundo adstringamus. Nec cùm clarissimum quenquam dicis, minus ei addis, quàm si illustrissimum voces. Quidquid nunc usus primum hoc ijs ferè

donat

donat, qui ab animi bonis; hoc est, litt
doctrinis innotuerunt. Italia ad sacr
Dynastas, & quieti ac litteris deditos h
bum dat, qui à motibus & bellis valdè r
ego ad Martem aliquem non feram, &
principem licet non nuncupatione? A
triam hanc,

Et scissas varijs undarum incursibus
adeò depressum is, ut omnes region
beant, in quos hoc competat, (certè q
vidi aut novi) nos non habeamus. Mori
alijs imus, linguâ, ritu; hîc invenies t
quidquid alibi magnum aut grande, &
sunt qui ad Principum possessiones hîc
gant, cur inscriptiones dare religio sit,
eò se levant. Etsi nunquam ostendas fa
non à me. ILL.*mos* dixi sed intra suas
& fines. Argentum preciosissimum dic
etsi aurum supra id est, & idem Epithet
pè damus; ita hîc fit, minores hi Dynas
dem titulos admittunt, quos alti & mag
significatu tantùm inferiores, quantù
re. Vinum, si valdè ad palatum gene
mum vocamus, Cerevisiam ideò non
quæ in suo illo genere præstat? Alios
tes, me huc non ducis. Formicam etiar

gnam licet voces, quæ in illo grege eminet & se tollit, etsi nihil ferè nosti minus, non inter viva, & homini merenti surgentiq; nihil dabimus supra viles & vulgum. De capite illo nostro objicis? Quid illi donem cùm splendida hæc in alios prodigo? nihil, supra hos titulos est, laudesq;, ut nec majorem hic Sol videt, nec verum ei dabis, nisi cum nullum dabis. Inferiores hi Proceres blandientia hæc verba habeant, addam interdùm fallentia, ille sublimis, ille altus, non audiat hos χαμαιπετεῖς λόγους. Si ad eam excellentiam compares. Certè cùm mea olim ad eum ibunt. CHRISTIANUM MAGNUM Daniæ & Septentr. Regem inscribam; Aut si non, & addendum aliquid, tu aliiq; censetis, Opt. Maximiq; titulum dabo. certè merenti, quando ad homines hoc etiam jam trahunt. Sed satis hujus excursus. Veniam ad id nunc, unde cœpi. CELSS. *mus* est quod urgetur. Atq; hoc minus tu aliiq; censetis. Sed vel hîc sine crimine discrimen scito semel, etsi jam dixi intra eam metam esse titulum, intra quem ille, cui damus. Non æquè omnes in alto virtute & meritis. Inferiores si celsos dico, & sine culpâ, cur non augeam ad majorem, & in quo virtus auget? Quod stabilio. Qui altiùs in re aliquâ

aut

aut arte eunt; principes vocamus Pöet
Doctorum, multos, hoc & superius æ
Ipsum ergo nomen licet inferiori dare
theton ejus non liceat? Quam indign
& colorem non teneant prisci illi Lat
audiant in arctum sic linguam eam duc
etiam de ingenio aut artifice, sed vald
celsissimum dixissent? sed alij sic non f
runt? an prohibuerunt? taceo. *Nihil e*
imitari (ait Lipsius) *si à te nihil inspire*
si omnia tua non facis, & velut è pr
fonte emittis;

Qui sibi fi

Dux regit examen.

alij serviant, mendicent, fama aut
non respiciat, quidquid hoc est scripto
stuporem; ita nos ad hujus ævi mores
quod è priscis nemo somniavit. Pro scit
summus habuit non longè *Nullus serv*
piens. In hac re licet iterare. Nam mihi v
tur esse, nos facere aut conari, qui in h
mittũt & turbãt, si quis ab ijs flectit aut ha
lia strictè nõ servat. Alij ut volent, ego ad
res hæc dabo, quã nunc solent. sed magno
merẽtes. Et scis ferè nostris deberi. IpsiBar

ſupra nil habent, ubiq; eò non aſſurgunt. Mercator non falsò cum Comitibus Germaniæ confundit aut æquat. Certè privilegia habent & opes non pauci. Noſti patriæ leges & mores, fruſtrà ingeram; potentiores eſſe principes fruſtrà negem, ut illuſtriores omnes ſint non dono, quia iſtud ab ingenio eſt & virtute, illud à divitijs ſæpè & fortunâ. Cogitabam jam receptui canere; ſed maximum fermè erat, quod prætericram. Generoſiſſimum etiam ut vocem non ſinis. Quid hîc dicam? Equum ſic appello, qui benè me portat, tu equitem & ſeſſorem non audes. hæc nimis de fæce. Miror eſſe qui hæc moveant. De te ut vir es, credo jocari. Et tibi fortaſſe hæc mea, omnibus non probavero. Nec in ſpem unquam hoc fuit. De alijs neſcio, ego ut paucis placeam votum habeo,

Neq; fuit, neq; eſt, neq; eſſe quenquam
hominum in terrâ dum
Arbitror,

qui omnes habuit in ſe pronos, imò qui voluit. Nemo ſe tollit, niſi etiam adverſi illi venti, & ut magnus ignis, ſine fumo non ſurgit: ſic nec nomen ſine nube aliquâ livoris. Et hoc inter ſuos notosq;, nam remoti æquoris ibi

Suus

--- ſuus ex merito quemq; tuetur h
Sophocles dicebat, quòd

Πρὸς μὲν τὸν ἔχοντ' ἡ φθόνος ἕρπει.

egoſ quòd ad ſcientem. De Momo illo
cùm Venerem non poterat crepidam ca
ſe; ita illi inſcriptiones, titulos, cum ali
inveniunt, & ut vultur Alcinoi etiam h
prætervolet ad omnes eos flores nec mo
cadaver ſentiat, ſubſiſtat: ita hîc fit, ad
tacent, lynces ſunt, ſi quid exorbitans a
lens. In te ut hæc cadant non ingenium
doctrina permittit, illud vegetum, hæ
gna, & ſcio de joco tantùm in me jacta &
rum ſenſu non tuo. Sed hæc mittamus, il
qui faſtidiunt, in pectore ipſo laudi ſun
pinquiores & taciti etiam probant, teſte
quem non fallunt, licet in alio ſtili ſcr
nisq; genere. Abrumpo. tu ſalve quicun
me æternum meus. Malmogiæ. Non. Sex
râ VII. matut. ∞ Iↄ c XVII.

EPIST. XCII.

Tyelſaa

JOHANNI ANDREÆ.

IN viam nos nunc damus, mi cognate,
diu impediti, morbus adhuc non abijt a
liquit;

tamen istuc mens animusq;
Fert.

Motus & mutatio valetudinem hanc corrigat fortasse & reponat, ac in veterem suum statum; hoc est, bonum, opto, & ut faustis Vialibus iter hoc sit coeptum. Liber quem donum mihi fecisti, gratus, nosti diutinam inclinationem meã in hoc genus. Iste eò excurrit, me absente, animo suo pascendo, & recreãdo. Volui è meis secum ferre, quos addixi, donec aliter liceat ἀνθῆναι. Tu sume & ab hoc animo, non à se æstima. Est etiã, quòd ille & uxor mea à te petat, ibi dicet. Si in copiâ ibi & istis effluis, aliquid imperti, etsi me non valdè volente. Salve.

EPIST. XCIII. *Hoslaëdami*

MATTHIÆ NICOLAO.

DExtro Mercurio sit, mi Matthia, nos in Belgiã jam cogitamus, jam intra Septimanã. De equo quod addixisti, jam accipio; illo vehar, & me velut in ludũ sic mittã, cũ tædiũ obrepat, & fatigatio à curru. Tu puero huic trade cum fide adducturo. De valetudine tuâ non bonâ audiebamus, sed leviter spero, nõ esse, aut in statum jam redijsse, & opto adhuc, si non factũ. Litteræ mihi nuper à Boëtio, in ijs est, quod recreet. te & oblectet, includo ut legas, sed iterum huc tradendas. Uxor mea apud Wilhel-

mium aliquid depoſuit,ad te cum primo curru ad portandum, qui intercurrat. Tu iſto jam fruere, donec majus aliquid poſſit. Illa matrem filiamq; ſalutat, ego oſculum per te mitto. Vale, aut convaleſce. XVI. Kal. ∞ Io c. XVIII.

EPIST. XCIII.

Oſterslaam.

ANDREÆ SEPTIMIO.

ADſpirabam ad vos, mi Septimi, jam valdè nec ita qui diu ſe fatigavit. ad quietem, an non debeam?qui tam acritèr vultis,tàm amantér invitatis, votum id per tàm multos indicaſtis?juro tibi, affecto, & corpore ſemel adire, quē tàm ſæpè animo adeo.Sed nunc, mi Septimi,non contingit,ſperabam hunc morbū ſublatum iri aut ſublevatum viâ eâ & motione, nondū factū,&impellit nunc is, cogitq; me domū.Diu etiam abfuimus,&non donent mea jā longiùs emanſionē. Hæc ſi non eſſent,non horas tantùm,ſed dies affatui darē,& his oculis ac ore uſurparem diu deſideratum. Cū non licet, animo faciamus,eo adeamus,& ſcriptione interdum, donec corpore ſemel liceat. quod ne deſpera futurū quàm primùm in hæc loca iterū me ferá,quod faciā,ſi olim valeam,ita valeā; at tu,mi Septimi,æternū.Incluſa illa vides quò

eunt,

eunt, si non id molestum, submitte. Fratri tuo C. Septimio magno raroq; viro, & qui diu inter meos caros, salutem mitto, & tuæ osculum ac amplexum. Christianiæ. V. Kal. Oct:

EPIST. XCV. *Gemsæam.*

PETRO OLAO.

IN viciniâ vestrâ fui, mi Olae, his septimanis & apud caros magnosq; è nostris, quod non etiam apud te, animum hunc afficit nunc & affligit. Honorem hunc antè mihi habuisti invisionis. debeam hoc vobis, ut inviserem jam & salutarem tàm propinquus, sed nō vult hoc iter, quod ego volo, & eò affectantem sistit, nō sum sustinendæ longæ viæ in hoc morbo, & judicij mei error fuit, quòd in eam me dedi, etsi trahebat soceri hic sive cupiditas, sive jussū aliter non suffecturum isti jactationi. Respiro jā domum, nec ita qui esurit, ad mensam. Quæ si non fuissent, apud te jam fuissem, & garritui, lætitiæ, risui dedissem septimanas. Sed differre hoc jam cogor non volens; nec enim ad votum vobis tristia hæc mea videre, suspiria audire; lætiora mecum ad vos adferam, aut me eò non feram. Tu ignosce nunc quòd non venio, certò nos habiture, quàm primum ego valetudinem meliorē; Ea tibi semper ex voto sit, & mihi tuus amor æternus. Christianiæ. V: Kal. Oct.

EPIST. XCVI.

ZACHARIÆ PAULO.

CUm gaudio meo fuit, mi Zacharia, in tè incurrere ſic & devenire,& verè dicam lætor in eâ viâ & itinere, quod junxit te mihi ſic ac oſtendit. A nomine jam anteà innotueras: & fama omnia magna de te nunciavit. votum etiam fuit noſcere propiùs & videre; nunc datum, & vultu tuo ac aſpectu frui.

Quod mihi lætitiā ſenſus diffudit in omnes; nec cum alio magis optē jungi & illigari nunc in hoc tractu. Humanitatē majorem in nullo inveni; nam de doctrinâ non dicam, quâ quis negat aut neſcit, tē ſupra multos aſſurgere,qui in eâ ætate&fortunâ.Pro optáto foret nunquā disjungi, & vitā hanc ducere tecum ac finire, ita te in hoc cor illatebraſti & pectus. Sed id non contingat, neq; viſere tē nunc iſtic & amplecti. Spem dedi, ſed ſpem non promiſſū, tu ne exſpecta ultrà,aut disquire,non venio.Et ferum jam eſt, menſis fluxit à meo diſceſſu, revocant jam mei iſtuc& requirunt, Functionē noſti,quæ me ligat,&quam non donet illa abſentiam longiorem. Tu ignoſce hac vice & condona, quàm primùm me hæc loca iterum habebunt (& brevi hoc ſit) urbs veſtra me habebit, ad vota tua, aut ſupra ea. Tu me jam

utere prono semper in te & propendente; Nihil erit, quod tuâ causâ non velim, qui nihil cogitas & paras nisi honestum, aut me velis. Verbo dicam, dono me tibi, ac mea nunquam frustratura, si opus unquam aut occasio erit. Christianiæ, V. Kal. oct. ∞ Iↄ c XVIII.

EPIST. XCVII.

OLAO WORM.

CAras misisti, mi Wormi, & ita me Phœbus, ad illius geniū factas, ac in hoc languore (liberè & in os dicā) lenimen fuit videre. Vos in faustis ibi rebus, in lætâ & manenti luce, non aliter potest, quàm læta inde manare & votiva. Certè istæ tuæ mihi fuerunt, & lætitiæ imbuerunt suavi succo. Obsecro aliàs usurpa, & me in gaudium (nam hoc facis) sic sæpè dona. Jam ut Epistolæ tuæ vestigia levitèr legam. In discipulis meis jam mihi placeo, quòd ij sic tibi ad alta (ut verè censes) & summa venient, si sic eant. Ego fidelitèr duxi & bonâ fide, ac ad sapientiā monstravi (si nunquam factum) per rectam viam. Quæ Martinio volebas missa, factum. Si aliud est, quod nos hîc possumus, ne fuge monere. De antiquis illis ea vero mihi proba, grata, & ut studia jam sunt oportuna. Inspergā alibi, & meretur præ illâ inscriptione Latia & Romana. Vides, quàm ibi nunc cum diligentiâ in-

quirunt, cum labore. Vides quàm magni olim, aut nunc in his curis, Lipsius, Scaliger, Gruterus, aut si alij in istis locis magni. Cur nō imitemur? cur non ostendamus etiam hîc esse, & à remotiore adhuc ævo. Typographos tamen ægrè habeam ad ista; nam Gothicæ nostræ litteræ in nullis nunc officinis, non hîc, in Belgicâ me puto habiturum, qui Vulcanij ista dedit, tibi visa. Et si sciam jam ostenderem jā citò in hoc genere quæ docti magniq; amarēt. Vel per hos dies in nimis quàm pulcrum deveni, prętęr spem, etsi non prętęr votū. Nam apud fluvium Hermanum aut in ipso Saxum (undæ alluunt & tangunt) quod hæc habet inscripta:

SIER GUDER SIN ERDE.
GUDER VOR BOR IKRI.

Accolas quærebam, ecquid de tempore, de caussis haberent, ob quas id positum? reponebant longâ famâ ad eos delatum, fuisse ultima verba, quæ inter parentes liberosq; tracta cum sive Longobardi (eos mihi nominabant) sive alij hinc emissi. Præceptum hoc ultimum ijs dabant, qui remanebant, cum ij jam in navi ut Dijs laudem suam dicerent: reponebant, ut in bellum ibant. Dij nostrum in bello refugium. Cum à littore redirent, ad quod inde brevis

via

via & necdum medium (ut multum dicam) miliare, ut factum ad posteros mitterent, postrema ea verba pro monumento erexerunt. An consentio, & calculum huc addo. Certum aliquid edicere & definire id non leve in tanto intervallo. De Hiparcho scimus, de alijs, compita plateasq; columnis implevisse, qui præcepta habebant inscripta ad virtutem & pietatem, ut monerent moverentq; sic magis semper inspecta. An hîc non idem fuit? ut in magnâ mediaq; viâ id erectum, & quà iter multos ac semper ducit. Lubricum conjecturis istis insistere nec pro meo nunc ocio. Nam quod dixi locum istis in scriptis meis feci. Hæc talia crebra ubiq; & ubi pauci suspicantur. Trygævelliæ ipsis incolis accolisq; ignotum Hottero Regi monumentum hac scripturâ erectum. Ego in eo loco natus certè cis eum non potui scire, donec me Belgæ jam docent & ostendunt. Blegia item Hallandiaq; multa dabunt, cum ocium ad iter sit & occasio. Nam qui nunc indicium fecerunt, descripserunt parum fide. Etsi eorum negligentiam, qui præerant, imperitiam in ijs, qui sculpserunt magis, quàm in ullâ re liceat accusare. Litteras sæpè omiserunt, supposuerunt sæpè, quos non oportui sset, alibi prolixè

ostendendum. Sed de istis à te missis eæ probæ & me ceperunt, etsi quædam antè ad me delatæ. Nam Jellingæum illud jam diu apud me est, nisi quòd parum à tuo abit. In primis quod Haraldus patri posuit, in meo ista tantum:

HARAL KONGE BYGGET KIRCKE KAPEL BODE OFR GORM FADER SINE OC OFR TYRE MODER SINE.

Jam hoc ampliùs tu habes:

HERE HARALD KEIST OFFVER. DANMARCK.

Alterum id ita ad me deductum:

GORMO KONNINGO KAPEL DENNE OFFVER TYRE KONE.

De montibus ijs mirum quos pro sepulcris habent, quòd fons in altero & ita in summo scaturit. Nam aliàs à naturâ non esse suspicarer, & regio opere in altum sic ductos. Transivi ipse juvenis nec tertio lapide divisus, doleo non adijsse oculis proprijs usurpasse. De Stercatero etiam antè visum, sed scripturâ nonnihil variante:

STER-

STER CATERUS PUHILSVELICUS, in meo est. Ubi observa, etiam Latinos linguam huc sub id ævi misisse, honorem etiam hîc habuisse, si tamen statim ab ejus morte id datum. Ego in ipso scripto, quod de istis paro hæc magnificè & pro meritis deduco. Etsi alibi quoq; vestigia hîc invenio Latini sermonis & litteras lingvamq; nostræ immixtam, jam illud in horto Stenhaltensi mutilum antè ad me delatum; nam præter ista in meis nihil:

EVFR BROVVR SAESTEREISTI STIN DENE.

Tu implevisti,& addo emendasti. Ut inscriptio ea est diu hærebant hinc Gothicæ istæ litteræ: Nec enim credam Ethnicos, & qui de Deo aut cœlo gustum ac sensum non habebant, sepulchra dormitoria vocasse, quod hîc vides factum. Reliqua nunquam visa, vix exspectata. Magna ac præcipua omnia & damnum ac dedecus sit tot magnas animas & Heroës è tenebris non tolli & injuriâ longi ævi. Quid Grondali; Ofr Tygi Scytris sacste ladis stin dene, Jeg o:te Lofu etsössel; ais reperiri, me hilaravit & diffudit. nã maternum genus à Scyteis illis duco. Magnos illustresq; fuisse ab illâ stirpe hoc scivi, ita inaltũ ivisse non potui sperare.

Nam ut monumentum, id eſt, Comites erant aut non longè infra iſtam dignitatem. Certè in alto hic ſemper loco & honore quidquid vulgo nunc cognitum vix creditum. Virides aliquot Ranas pro inſignibus geſtabant, niſi falſò ad me id majores retulerunt. In bello aut magis ſeditione. quam Clemens Nauta in Cimbros magno animo & audaciâ movit, extincti ſunt, aut, ut in caſu iſto ſolet, in paupertatem miſſi deſciverunt: niſi quantum in me paucisq; alijs vivunt altitudine eâ amiſsâ jam & ignotâ. Sed inter mea inſpergam ac alia quæ magno numero video hîc eſſe, plura alibi eruam, & niſi mentem hanc aliquid vertit docto decoroq; ſcripto in mundum ævumq; mittam. Alia nunc vocant, inter ea templū. Tu ſalve. VIII. Kal. Ian. ꝏ Ioc. XVIII.

EPIST. XCVIII. *Portuam.*

LAVRENTIO ASSERO O.

DIfferre in horam reſponſum non libuit, ita tuæ gratæ & jucundæ, & adegerunt ſtatim reponere & pariare. Quem huc miſiſti omnia volo, ſed nihil dum ego aut Tillenius extricamus. Nam de Sigvardo Grubbio, quam ei ſpem dederam, differtur in ejus adventum, hoc eſt, inſtantem Septembrem. Nam adhuc ille Hofdali & meſſem hanc totam futurus.

De

De N. amo eum corde melioris cordis virum. Nam de dissensu à me nihil est. Ego hactenus ita censui, ut palati liberè semper inclinationes sunt & sine invidentiâ aliorum aut ira, hæc appetimus, illa aversamur: Sic in studijs licere nec judiciorum hanc diversitatem improbari, sed citra calumniam aut morsum. Ego veterem mentem in eum non servem, sed augeam, & cum se huc ferat, non verba tantùm sed aspectus vultusq; faciat fidem. Sed abite istæ res. De valetudine triste quod addis dubiam, iterum & affectam parùm opportunus tibi is locus, nescio quid in ipsâ aula aut urbe quod sic inimicum. quid si peregrinatiunculâ te exerceas? cum quies ea non pro te suadeam. Amici plures ibi mihi sunt, cognati, affines ac alij, quos naturæ ductu ames. Videre te velim priusquàm à bonâ beataq; insulâ te subduces. Adi, jungere, urbes arcesq; vide, quæ in omni eâ terrâ densæ. Ac ne incassum profectio sit, monumenta & inscriptiones, quæ ibi crebræ, exscribe, & tecum ad fer. Scis Bartholinum, scis Wormium, hoc est, reges litterarũ & dictatores monuisse jam dudum, ut te aliũ-ve è meis juberem. Antigrapha de istis dare, in vitã sic iterũ ferre qui ingeniis meritisq; magni. Nã in lapide lignisq; pauci legãt in librũ trãslatos magnus hic orbis videbit & lustrabit.

In te hoc ſuſcipe,laudem tibi aliisq; para, quos longi anni & tenebræ jam abſcondunt. Si judicio facis, ſcriptum erit quod nulli anni extinguant. Nam materiam vides? quis non velit voveatq; tot illuſtres mentes viroſq; noſcere,

quos fama obſcura recondit;

Scire qui ante nos hæc loca & ſedes tenuerunt, virtute & doctrinâ pares nobis, in multis ſuperiores. Iam liberi ſtrictiq; ſermonis, magis ſententiarum luminumq; miſtio & varietas quos non capiet, & delectet, magis quàm Bebeliani alijq; joci, quibus venia nunc ubiq; & libertas. Vilia multa ſe offerunt ubiq; & oſtendunt? prætcrire magno animo & ridere licebit. Nam ut monumenta hæc omnia nobis des non huc te voco. Qui meruerunt tantùm reduc, & novâ luce perfunde, nec ad ſplendorem aut elegantiam te verte, aut in æternis iſtis hære. Nam monumenta erigere omnes poſſunt, ſi divitiæ contigerunt, mereri non eſt cujusvis. meretrix illa olim Pyramidem erigebat; ita, qui opes has nimias habent, circa ſepulcra ſuperbiunt, cætera ſtupidi & mundo indigni. Tu delectum habe, & diſcerne ac ſelige, quibus honorem hunc habeas: imò niſi citiùs facis, ad nos redi, ego

diri-

dirigam, & demonstrem ad ea, quæ in usum sunt in laudem.

EPIST. XCIX.

Anderscoam.

CHRISTIANO THOMÆO, V.N.

ITerum scribo, vir perillustris, spero quòd ad volentem, anteà feci, sed ut alij mihi nunc dicunt, frustrà. Non tradiderunt, quibus ego. Nunc si redeo, & si infra amorem tuum non habes, fideli vinclo & nexu alligemur. Quidquid sit; tu cum apud me jam diu habes, nunquam amissurus. Nec alia nunc præfabor. Epistolas emisi eo anno, etsi præter votum ferè præter institutum, alibi leges. Ego eas nunc mitto, non quòd mihi ipsi eæ probæ, aut tibi fore sperem, nam non amo ego, qui dedi, sed quia tu in partem alibi venis & intercurris. A te videbis. Ego duas Centurias nūc paro, & si Typographum habeam, quem velim, ipsi magni in eo genere non absint laudare. Magni multi vel istas alto loco habent, sed non ego. Typographi depravarunt à se, quid dissimulem, non bonas. Multa immutarunt, multa omiserunt, ad quæ tù connive meâ causâ & ignosce. In illo stilo non semper sum & scriptione. Ad Ciceronem sæpiùs me trado, & in alijs nostris videbis, si mihi hanc lucem paucos

annos

annos licebit. Vale, & mentē in te hanc agnoſce, tuam redde. Malm. ꝏ Iↄ c. XVIII.


EPIST. C.

Hoſtlaſaam.

MATTHIÆ NICOLAO.

LÆtitiam, quæ animum tuum, mi Matthia, auget jam & attollit, lætus ipſe animi audivi. & quamvis alij ſunt. volentes in te & amici, nam virtus ea & fortunâ plures dedit, qui verbis litteriſq; gratulentur, tamen & ego venire in partem volui, & officium ſic vel oſtendere vel deferre. Nemo eſt in eo tractu, cui cupiam magis & velim, & puto te jam ſenſum habere hujus affectus. Ad mentem valdè fuit generum te inveniſſe, altum, eminentem & nuptiis ijs dignum. Sermo hîc erat ante meam profectionem de eâ re, ſed levis, reverſus jam audivi ratum concluſumq; eſſe, & audiui cum delectatione. Opto fauſtum, felixq; eſſe, ac ut DEus huc immittat, quæ in uſum ſunt, quæ in ſalutem. Si quid apud me eſt, quod ſervire tibi aut illis poſſit, non rogate ſed jubete. Pro equo gratias dico, paraturus me brevi ad referendum. Eſt planè pro meo voto, ne facilè eſſet mihi aptiorem invenire.

Malm. Non. Octob.



BERTILI CANUTI

EPISTOLARUM SELECTARVM, CENTURIA III.

Ad Generosiß. V.


ANDREAM BILDE, Eqitem Auratum.



ROSTOCHI

Curante Jo. HALLERVORDIO.

ANNO M D XXIII.



Excellentissimo & Celsissimo viro,

ANDREÆ BILDE DE ROSENDAL,

EQVITI AURATO,

MAGNO REGNI SENATORI

ET

HELLESBURGENSI PRÆFECTO.

REMISSIONES meas in vulgum ire, vir illustris, iterum permitto, & privata hæc mea, garritus, lusus in lucem venire in aspectum. Benivolentia aliquorum id facit, cuius aura suaviter adhuc spirat & mea in hoc genere amat aut attollit: Scribunt huc qui inter optimos maximosquè hodiè doctorum, Centurias primas (nec alia jam tangam) probant, etsi ipsi mihi non probas. Id animum nunc addit, ut has etiam in lucem protraham & permittam. Auspiciales illas ipse non amo

simo & firmatus in hoc genere non eram; cùm eas dedi. Famam sic aut corrigam aut augeam, quam istis excitavi. hæ ad Lipsium imò ad magis rectum accedant: nisi quòd & hîc viles ac veteres etiam aliquas eò intermixtum, eorum causâ ad quos illæ scriptæ, nam de præteritione interpretentur & neglectu si se etiam hîc non legant. Sed sperò me posse ijs probare, quibus Lipsius probus, nam alijs nec optem nec velim. & ille ipse si vivat laudem hanc mihi habeat, quod vestigia illa probè & feliciter pressi. Sed utcunque judicia jam erunt, & censuræ; ego jam sic produco & ad te duco, vir illustris; ac eas dono, ut amoris in te mei aut æternum aut longævum monumentum. Nam illa de virtute tuâ, doctrinâ, sapientiâ audio, & (quod magis excitet) inclinatione in has litteras, quiq; eas tractant, quæ me induxerunt non in admirationem tantùm sed amorem; quem magnum in te habeo & cum fide, si alius in hac terrâ. Testari ita volui & hoc signum ad posterita-

tem extare. imò scripto huic favorem ita conciliare à nomine tâm amico & magno, quod præferat ut eo velut illicio attrahat ad se Lectorem & adducat. Qua parte nullum supra te jnveni, qui ad magnas & ingentes natales humanitatem etiam & doctrinam adfers in sublimi eâ fortuna, & quod sequitur censere de eâ sic rectius potes & scriptis quæ præferunt aut ostentant. Sicq; in te omnia junctim habeo, ob quæ singula hæc talia ad alios sæpè demittimus & damus. Sed ut abscindam & finiam, meme atq; ista dedico tibi consecroq;, non ut plenum munus, sed indicium ejus & promißionem. Malmogiæ. V. Kal. Sext. ∞ Iↄ c. X VIII.

IN-

INDEX EPISTOLARUM. CENTURIÆ III.

BER-

BERTILI CANUTI

EPISTOLARUM CENTURIA III.

ÉPIST. I.

Portuam.

Jo. LAURENTIO S. & amorem.



Um dolore meo fuit, & (quid dissimulem?) aliquâ etiam irâ, tamdiu nullas tuas habere. Sed factum nunc tandem, eaque scriptione mihi satis-factum. Quod tu, quod hospes nam is diu mihi inter caros,) quod reliqui valent, mihi ex voto, in annos ita sit. De Lipsio mihi lætum, suavitate istâ ac venere capi te & teneri, magis in scripta ejus sic te mittere. certè inter ea sunt, quæ primæ classis sive eruditi, sive sapientes probent. Nisi quod quidam, ut nimis brevia & concisa, damnent durâ & immitti sententiâ. Non alius, qui nostro aut meliore ævo scripserunt, sapientiam & alta illa doctrinarum magis instillet, à vitiis & rebus his

 flui-

fluidis retrahat & sistat. Et de Puteano, certè ille semper magnus, ac magis magisq; inspectum & tractatum dices. Non alium credo in eâ terrâ, eâ lingvâ (Lipsium excipio) scripsisse puriùs rectiusq;, nec est quod ut obscurum causentur. Mihi non videtur, ut legere eum & capere possit, qui tantùm istius linguæ rudis non sit, & ex illis pratis flores legere virtutis doctrinæq;. fallor, aut in animo tuo mecum sentis, etsi Theologia te habet. Atq; utinam plures habeat tuæ notæ, quietiùs sinceriusq; tractanda. Sed de istis incoram brevi, nam invitationem mihi pœnè decretum obire, si Deus vitam & vires firmas dat. tu à me addic, an non debeam, eo tam calidè rogante, & quod mihi diu in votis? Nam vos ibi regustare & illam urbem diu affecto, nec indecorum spero post certos hos & solennes labores. Paucos dies honestæ voluptati dabo, & discutiam vel sic & tollam hunc veternum, qui aliquot septimanis jam adhæret, credo à nimiâ sessione & quiete, & valetudo se attollat per mutationem hanc & motum, quæ jam labat. Tu exspecta; Si vita erit, me parabo ad non longinquum hoc iter. Sed heus N.N. est ne ibi? ita mens mihi dicit. Quid credam aut suspicer, in me inclinatum? sic ingenium, sic do-

ctrina

ctrina ejus promittunt, illud quietum, facile, placidum; hæc meo judicio summa. multa in eo viro & varia inspectio, accurata sapientia, non credo æmulationem cadere in tam magnum. Si est, ea res famam ejus radit, meam tantùm lambit, & omnia faciat, ego eum non minus amabo, minus fortasse colam, dicas amorem ab eo liberè exigere, n. fideliter præstare.

ἴσω θεὸς ὁ πάνθ' ὁρῶν ἀεί.

Testis Deus sit, cuncta qui semper videt.

Malmogiæ, ad III. Maij CIϽ IϽ c XVI.

EPIST. II.

Treleonium.

JOANNI ERASMIO, Senatori.

LArgitèr in me ostendis, mi Erasmi, non affectum, sed, vero verbo, ardorem. quod nulli à nostris illuc, quin de me & blandè quæras & honestè censeas, & devotè salutes. Honorem mihi habes hac solicitudine de me & curâ, & verè dicam, pectus mihi tangit, quod videam vos tales, & in ijs locis, sic ire in mei amorem. Eum iterum addico, & quidquid ab amico, à socio, à fratre velis aut speres. In signum & tesseram INTERLUDIA nostra ad te mitto, animum unâ, & ponere jubeo

Fœdera venturos longùm mansura
annos.

Quæ inibimus teste illo & auspice, qui
fallit, & in cujus inspectu hæc scribo. is t
vet, me dirigat, utrumq; ad ea ducat, qu
usu & ex voto. Malmogiæ Prid. Kal. M

EPIST. III.

Lun

Io. TELEGARDO S. D.

AMor meus non cessat, etsi scriptio i
dum, mi Telegarde. Vivat is & s
quàm diu ego in silentio non pono au
gro. Quod semel volo te scire, & nunc i
vidisse apud te, N. N. olim, aut nimis
didâ memoriâ sum, nimis fallaci. Novum
quid cœpi, ut tu à nobis & quod annos, s
ferat. Ibi mihi eo Scripto nunc usus, Gra
facias, si mittes, nam inopia hîc talium
urbs ea nihil ad Phœbum. Puero huic(ut
tiqui nostri loquebantur) mandata dec
mendi, redibit bonâ fide intra paucos
dies.

EPIST. IV.

IOANNI GEORGIO.

INclinationem in me sermo nuper, r
scri

ſcriptio ſpirat. fontem ei das ſcripta mea, neſcio an ſit, ego optem. Nam vobis ſi probo, qui ſic in ſummo, famam dabunt quã venturi aliquot anni non extinguant. Laudum illa aura me non tangit aut tollit, à tali tamen, truncus ſit, quem non levet & excitet, in elationem aut faſtum abſit, ſed conſtantiam in ea via & robur. De Lipſio & Puteano injicis, laudas, certè debes, & tu & omnes, in quos ſuccus ille inſperſus ſapientiæ altioris. Paucos veteres excipe, quis omnium novorum magis ad eam duxit? & ille (Lipſius inquam) ſuperiorem hoc ævo vix habuit, non dicam parem, quidquid livor non reliquit intactum, cui proprium nubem ſemper inſpergere magnæ cuique gloriæ. Jam Puteanus magnus & ipſe nec infra Lipſium vir, & talia omnia quæ ſcribit aut dicit, optem ut utrumq; diu faciat, & poſt me ætatem. Sed de ipſo ſtilo & ſcriptione quæris an non poſt Ciceronem habeam? neſcio, mi Georgi, & in animo agitavi ſæpè & dubitavi. De me, Aſianæ dapes non valdè ad hunc ſtomachum, Spartanæ magis. Sed hæc mitto. tu dona ad me magna, cara, & quæ me teque decent libros. nihil potuiſti majus pro ingenio meo dare, qui jucundis iſtis valdè delector, & velut paſcor, ubi men-

tem vel labores, nimis hîc, mi Georgi, mag
vel intentio dejecit & exhausit. Nova ista a
dè percurro,

Non constat, quid primum oculis r
nibusq; fruamur,

Ita stilus, ita res ipsa ac ingenium ad se tra
ita multa miscet ad elegantiam, ad delecta
nem, ad usum etiam & doctrinam. Ut in p
ca, sed fida verba conferam, me tuum sic f
sti, ut si ære & librâ (quod prisci nostri fa
bant) emisses, & ille ero, quàm diu ero. M
mogiæ. CIƆ Iɔc. XVII.

De Cordo, nunquam videre mihi eum fuit
pij sæpè, non datum, nunc beneficium
piam si mittas.

EPIST. V.

OLIGERO GABRIELIO.

RENovare amicitiam tandem debemu
quasi vegetare cœptam in juventute
Musæis istis castris, ego ultrà non tolero
me teneo. Spero, imò scio animorum il
vinclum manere, quamquam sic fuimus
juncti, sic sumus; tamen ut ad focum ac
mus ne extinguatur; ita scriptionis hoc
mentum debemus, si quando occasio aut
cultas, & Musas testor, me antè non habui

ni

nunc arripuisse non oblatam. Et vos ibi cur non scribitis ad tàm fidum & veterem? ubi vos posuistis? quæ functio aut locus nunc habet? an in nuptiarum illis vinclis estis? Hæc grata essent intellectu. Nam de te, de Paulinio, de alijs nihil audio aliquot jam annis, hoc est, à reditu meo è Germanis. Scribite, & tu si tardant etiam alij. De me scio vos scire, & scripta mea dicunt. Nec enim erit ut eò non venerint. Indica, & qui faciant ad vestrum gustum, hoc est, doctorum, nam alijs ut me probem & mea, votum non est, non fuit. Qui omnibus faciet

οὐδεὶς ἀνθρώπων οὔτ' ἔσσεται, οὔτε πέφυκεν
Nemo hominū vel erit posthac prius aut fuit unquā,

qui resistant & carpant sine exceptione habemus, qui paulum sumus in meliore famâ, & ut in Sole non sumus sine umbrâ: sic nec in illâ, sine invidiæ aliquo fumo. Et si unquam, hoc ævo livoris & audaciæ pleno, & cùm carceres ubique aperti ad lædendum. Sed desino, at nunquam te amare. Malmogiæ III. Kal. Jun.

EPIST. VI.
CASPARO PAULLO.

MEmoriâ tui sic ostendo, & mihi vindico, alia causa non erat litterarum. Et venit

hoc

hoc jam in animum, quia tu mihi semp
animo. ut enim grata post intentione
quietem relaxatio est & motus: ita post
tium scriptio solet ab amicis, in ijs prin
habeo, & hoc à primis ipsis annis, tu m
dubito quin eo loco, ut virtus tua est, &
veteri doctrinâ veteres mores. Sed tu cu
scribis, quo ibi loco & lege? an omnia e
to sunt, & nuptiarum illi nodi? nam
audio te esse. Gratulor tibi id non gaudiu
lum, sed fœlicitatem, quæ in aliquem c
suprema potest. De meis rebus? eæ sunt,
lent, studijs fallo & animi hac culturâ si
in vitâ amarum. Cogitationes longiùs
jacio. Poëmatia iterum emisi, & nunc X
librum, possem multos, contemno: nan
non latè se spargunt, & nescio quo fat
morbo adhuc hîc hæremus, non nisi per c
tamen & remissiones.

πᾶσι μὲν ἀνθρώποισιν ἐπιχθονίοισιν ἀο
τιμῆς ἔμμοροί εἰσι καὶ αἰδοῦς,

Inter mortales hos terrestresque Poëtæ
Laudis participes & honoris sunt;

ait ille. Hic non valdè, & pænè nomen
runt, id sistit & avertit. Ad historias n
me jam paro, & aliquid hîc dabo, si Deu
in paucos modò annos servet, ille te me
to vel Nestoreum ævum. III. Kal. Jun.

EPIST. VII.

Borraam.

MAGNO BARTOLINO.

APeriam in re meâ quod non velles fortaſſe & doleas, ut tuus in me affectus eſt. iterum cogitationes de mutando. in læta jugalia? apage nuptiales illas nugas. à vobis eo, & conſortem te habeo conſilij, velim & in meam ſententiam conſpirantem. Scis aute annum propoſuiſſe, & quid eò duxit: id in exteros adhuc me non mittit ſed pellit. Hîc ago in ſtipendio non magno, & quod alendo mihi non eſt, non pro ingenio meo & ſtudijs honeſtè. Qui hîc in ſummo, ut tenerent, ſpem fecerunt mutationis & meliorum, ſed ſpem, annus hic ivit, nihil factum, etſi benignè interpretor, & dilatum ne, non rejectum. Diutiùs non ſuſtento. Et ne dilatem eo à vobis ſed in paucos tantùm annos. Si patria, in eâ amici revocent unquam aut volent, is reſpectus & cultus meus in illos & eam eſt; ut nullis tardantibus ſim venturus. A naturâ omnes huc imus, nam

οὐκ ἔςι τοῦ θρέψαντος ἥδιον πέδον

Non eſt ſolum dulcius hoc quod nutriit,

inprimè ſi in juventute & primis illis annis luſtrare, vagari, diſcurrere tantùm propoſui, non

non ob voluptatem, quæ ſe tamen miſce
ibi offert, ſed prudentiam & doctrinam.
dicam, nam ante abitum me tibi ſiſtam, &
le illud etſi mæſto dicam tamen.

σὺ δ' ὦ πατρῴα χθὼν γεννητόρων χαῖρε.

O terra genitorum mihique patria Sa
Et tu æternum mi Magne. Malmogiæ ∞
c. XVI.

EPIST. VIII.

Roſæfonten

BARTHOLOMEO HANSEN

AUdi rem mœſtam, mi Hanſeni, meu
vobis diſceſſum. tu credes? fac. ad pere
nationes aliquas & motum animus incli
decrevi obire. E re meâ erit, non volup
tantùm, olim viſa & non viſa recognoſc
Ad delectationem antè feci, nunc ad fructu
nam itinera quàm in primâ ætate non cum
dicio & uſu ſuſpiciuntur à me ſcio, vana
vulgata plerumque ſectantur ſalubrium n
curâ, & ad ſenſum, & aſpectum plura re
runt, quàm animum & doctrinam. Mihi
pedit grandiorem jam, & firmo dilectu &
dicio ad ea redire, mores videre, ingeni
formare, ad ſapientiam nunc addere, &
glecta antè aut omiſſa. Anni non obſta

ante hos menses vigesimum sextum primùm scis ingressum, & in ætate etiam majore peregrinati sunt viri magni. Hoc nunc volo, ut assensus tuus accedat. Brevis emansio erit, si Deus volet, nec multorum annorum; nam perpetuam eam non cogito, te nolim suspicari.

ἡ πατρὶς ὡς ἔοικε, φίλτατον βροτοῖς,

Carissima, ut decet patria mortalibus.

Quomodo possem aut velim spernere, quomodo non in eam redire. erit, mi Hanseni, & si vita aderit ego iterum adero, ac non longum sit. Reliqua in meum adventum. transibo enim, illuc te amplectar. Malmogiæ. ꝏ Io c XVI.

EPIST. IX.

Rosæfontem.

CHRISTIANO MARIAGRIO.

Consilium à te peto, quod à me non dabis, si te novi. Germaniam & alia non visa regustare arcanum mihi jam diu votum est, sed regustare tantùm; nam insidere adhuc non fuit in mente, & hæc loca, si Deo visum, iterum me videbunt. Manere me vis, mori, cum id erit, apud notos & meos?

Fata-

Fatalem meum, nec locum nec diem e
am. Perinde est, ubi vitam hanc finio,
pietate & fide. Si tamen eam longam D
Fatum meum annuent, in terra hac du
quidquid à reditu superſit, nec eam de
aut omittam, niſi illa me. Liceat ani
honeſtâ voluptate paſcere, liceat corpu
quâ peregrinatione& motu, quod jam la
& jacet. Quid ibi quæram? opes aut no
utraq; in hac juventute quod ſatis eſt ſun
ptus, neq; ad iſtas mente unquam ivi, &
etiam ſuper optata contigit. Ut hac par
tis adquieſcam in partis, alijs relicturus
ſilia & ſpes novas. Dicam tibi quod r
Famam à doctrinâ multi habemus
quàm ipſam, & tincti perfuſiq; leviter
mus ad fundum infimumq; in ea deven
in quâ claſſe tutò adhuc me licet pona
quod de abſolutâ aliquâ ſcientiâ; Deum t
opinionem ſenſumq; nunquam foviſſe
me pro eo, quod non ſum, venditaſſe. A
ad perquiſita partâq;, primò & adaugere
nunc & ſpes eſt. Proderitq; adultiorem
firmâ electione & judicio res hominesc
tueri: Nec quiſquam, qui Canutum a
aut auctum vult, arceat eum ab hac hone
profuturâ voluptate Qui ſupra me fe

me in hæc loca vocarunt, non emerunt, & mihi quoq; juris aliquod in me eſt, magis ut ij judicijs in me proclives ſunt, re ceſſatores. etſi nihil hîc culpo aut queror. Sed abeo à vobis, mi Mariagri, non emaneo. non alibi diurno, qui poſſem?

Μακάριος ὅςις ἐυτυχῶν οἴκοι μένει.

ut mihi non contingat, ut ſemel rebus meis compoſitis ad votum hîc ſim, hoc eſt, meliori loco & lege, quàm nũc inter causas eſt, quòd eò & curſum mentemq; citò huc reflectam, tu pro me vove, & vale. Malmogiæ. CIɔ Iɔ c. XVI.

EPIST. X.

JOANNI SEVERINO.

NOn impoſuit qui de diſceſſu meo & itinere narravit. Eo, mi Severine, ſed & redeo, niſi Parca mea aut vis major ibi liget. Votum meum in patria eſt, nec ulla conditio, aut promiſſa ad ſe trahant. doleo te non conſentire, ſed doleo, non accuſo, quia ſcio ab affectu eſſe. Quid eâ viâ quæram? divitias, famam? iſtam non contemno, nec appeto, ut rem dicam valdè illæ trahunt & alliciunt, ſed non à Pactolo, ne neſcias, aut beatis inſulis, ſed à Parnaſſo. Experituris his & quæ mea non

erunt, nisi dum ego in vili hac terrâ ero, q
satis est habeo, ad alia illa ac æterna aspir
quæ ad hæredes non veniant, cætera fumi
eptiæ campæ & alios capiant non me.
languores, morbi, mors per hanc viam
quidquid in miseram hanc vitam cadit?
domi hæc non maneant? aut fugiam vel
clinem magis, si hîc maneam? nihil. Dec
hæc omnia mihi ab æterno, ubi aut qua
erunt. Sed præsentes loquamur, ego enim
vi ad vos & tunc aliquid decidam. nam
dissimulo, mei hîc valdè dissuadent, & v
or ut voto susceptum hoc iter sit, re no
præsentandum. Sed à me ipso melius audi
De studijs querebar, & ecquid plura par
lucem aut propono? malè & per errorem
Severine, incepi si hîc desistam. In viam
nunc do, aut hîc subsisto. In Poëticis, in
fanis, in sacris dabo olim. Si vitam tamen
quam dabit summus ille Rector. Nam
quidem, ut stulti mortales sumus,

Tollimus ingentes animos & maxim
parvo
Tempore molimur;

Sed ille vitæ actionibusq; modum ac me
ponit & promovet impeditve. De hac
me, in solito & solemni meo studio jam e
studio quod

on

omnia letho
Eripit, & populis donat mortalibus ævum.
Historiam scis me dicere, ac nescio quid de viris Illustribus cogitabam olim adferre ad Plinij illius exemplum. Certè ista terra multos habuit lapso nunc seculo, vel ad priscum ævum, & quos contra veteres Romanos aliosq; meritò ponam. nec deest nisi
Factis qui illustribus addere famam.
Debet;
Quod nullum hîc voluisse jam diu, non enim dicam potuisse miror aut indignor. Pulcrum inprimis, ait verè ille *non pati occidere quibus æternitas debebatur.* Illi viderint qui literis studiisq; hîc præsunt plerumq; stipendiis functionibusq; magni quâm pulcrè sint passi tot magnos altosq; tot heroes non homines ad interitum ire, quasi desiissemus esse qui fuimus, Cimbri Gòthiq; , hoc est, in Sago Togaq; nobiles & insignes. Sed ecquid tu succurris & mersis sepultisque nigrâ nocte magnis multis factis studio & stylo mederis? Fac & ut tibi nomen (nam hoc adhæret) aliis jam dona. Omnia ad hanc rem adsunt, an supersunt ingenium, ætas, opes, & quæ alij requirimus: ocium etiam & quies;

 ad

ad quæ frustrà ego adspiro, nisi vincla l
jam rumpo, quæ nimis hîc ligant diu & m
tem Musasq; migro. Sed Deus dabit, qua
usum sint, ad alia ducat aut hîc teneat, ut vi
prodesse. Eundem tibi tutorem fautorem
ex mente opto. Salve, & citò nos exspecta.

EPIST. XI.

Portu.

Jo. PAULO RESENIO.

POno frontem, mi Reseni, aliàs vel ad v
um verecundus, & peto quod ægrè dal
scio, quid illud? Hortum hîc colo, carum n
gis, quàm magnum, in omnibus occupat
nibus meis & tristibus levamentum. à pu
huc inclinavi, & alij ut volent, ego

irriguis diffusus in hortis
Advigilem, releveta; meos cultura labor

Quos hic scis status & perpetuos haberè.
quòd pro eo à te rogem. cladem accepit
tensâ hac hyeme; ea quidquid mihi elega
aut rarum enecavit, nec implere jam aut
nare incipio, sed novum producere. Tu a
quid hîc juvas? scio te in priscâ hac & ing
nuâ delectatione esse. juva, juva, & fune
mea subleva; ita horti tui sentiant Floram
Pomonam, Segetiam propitias, definiam de
h

hoc aut illo flore? non eligo aut requiro: omnes grati qui rari. Bonâ fide imperti ab ijs, quæ pluscula tibi erunt & dividi apta, & quòd audaciam sumsi pro salute mei horti, id est, magni delicii tu ignosce. Cogitationes erant de linquendâ istâ urbe, eæ nunc abjectæ. me litterarum ac sapientiæ studium & trahit & tenet, quod judicia mihi & decreta formet, quod mores, quod vitam ad hanc aliamq; tranquillitatem componat, ad præmium aliud nec anhelo nec opto. nam honores ambiam? nec acceptem delatos. lucrum? multò minus & eo saltem prudentiæ veni, ut sciam, me id alto animo spernere & ridere debere. Cum illo meo

Non fasces cupiam aut opes,
Non clarus niveis equis captiva agmina traxerim.

Placida illa virtus & vita capit, in quâ Musas tractem, sed famam ab ijs nec sperans nec spectans, & donec oculi isti claudantur, non claudat hæc cupido. Atq; istis moribus frustrà me commoveam, in novas vias aut terras feram. Sed audiveris jam deposuisse me vana cogitationum. Versus aliquot nostros ad te mitto, id est, viles & nunc despectos lu-

dos,& utinam talem me non reddo,qui ob
reo tàm diu in iſtis & diurno, tamen do
verenti manu fateor, ſed quid te celem
ſubducam, quæ avolarunt. Tu lege cum
um aut tempus ſit, nam ut cenſeas, à tali n
ſuſtinebunt. Tua ſeria quando lucem die
tangant. Nimiùm premis diu, in ære ſe
es, te libera, fidem ſolve.

EPIST. XII.

Montem Belticum

HELIO PAVLLO.

NUnciabo, quod mireris fortaſsè & ga
as, ut eſt tuus in nos amor. de abitu
votum tantum futurum. A propoſito eo
jiciunt, contra quos nihil poſſum aut de
ij omnes contra me volunt & fatum me
eſt hîc quieſcere, ac cur non dicam vileſce
feram, nec ad ſplendida, aut quæ eò duc
ultra animum dabo. Imò nunquam â m
ctum. Et vel hac causâ nunquam me com
veam. Temno ex alto & faſtidio omnia
humana,& quæ meo diutiùs non erunt,q
ego ero. Alij ut volent, ego in humili ad
eſcam in vili & vel ſupra multos ſic ero.
qui cum Cæſare aut Duce vivunt, ipſi in
mo,humilia &humiles ſpernunt aut riden
qui mentem ad alta & magna tradunt,

tura hæc & externa. Ego honores, divitias, laudes non nisi suis preciis æstimo, id est, parvis. si à se veniunt, admitto: si abeunt, non teneo; In studiis pedem fixi, sed illis sacris, unde dispectus simul & despectus rerum humanarum omnia turbent, aut moveant? in iis quies si qui se adplicant & magni animi, qui se donant ad sapientiam illam solam æternam & magnam. mihi jam contingat & Philosophi illud: ἐν εὐφημίᾳ τελευτᾶν. ad alia cogitationes & vota non mitto. Primitias illius nostri & velut tentamenta vidi, legi, probavi. pergat in ea viâ & vitâ, litteris ornamentum & subsidium donet ubi non spectantibus lapsum? Certè pauci ad eas hîc eunt recto cursu: qui faciunt, tingere se ijs sat habent, imbuere spernunt ut inutile. quod nunquam vidi benè cedere & in Musarum splendorem. Deus hoc mutet, aut in melius ferat, si salutare. Is eum teq; servet ex meo voto; id est, vel duo secla. Malmogiæ. X. Kalend. Majas.

Hortum hîc reparo mihi jam collapsum. Imperti, si quid ibi boni aut rari. Scis veterem & ingenuam ἰδιοπάθειαν hanc nostram, nec adquiescere aut meditari

alibi libentiùs, quàm in herbarum his ſpaciis & pulvillis. Certè vitam mihi ſi non ſervat, ſuſtentat vegetatq; ea oblectatio, & manè aut meridiè, quære, hîc invenies libris chartisq; circumſeptum. Altiores mihi hic ſpiritus floribus coloribusq; hilarati, liberiùs latiusq; cogitationes ſe mittunt & in ſumma infimaq;, adſita aut remota penetrant exſpirante & halante hoc odorum vento commotæ. Ipſa Pomona ac Flora calamum manumq; videntur celerare aut propellere, adjutũ promotumq; velle in ſuis regnis rebusq; ſic deditum, ſic dicatum. Extra jocum, ſi aliquid in publicum proſum, hortenſi huic delectationi magnam partem poſteritas debebit. Tu Urnæo aurem velle, quem ibi audio Paradiſum, non hortum colere, & de inopiâ hac meâ ac paupertate indicium dona certo, uti ſpero, in auxilium venturo. hac ſeptimanâ erit, ſi aliquid juvas, poſteà ſerum ſit, & areolas meas vilibus implevero & hic notis; menſis etiam hic in exitu eſt, qui aptus tantùm ad hanc rem & proprius.

EPIST. XIII.

Portuam.

CANUTO ALAUDÆ.

ME litteræ tuæ in voluptatem, admirationem,

nem, iram etiam dederunt, sed cum sensu & contactu quodam amoris, voluptati fuit proclinatus in me affectus, quem ad me, non dicam, affers, sed effundis, & sic exseris, ut in pectus hoc inseras & instilles, Admirationi ipse stilus, vitâ, spiritu, succo plenus, & qualem ipsæ Musæ laudent & Gratiæ. non attigisti Musæum illum montem, sed superasti, nec libasti illas lymphas, sed imbibisti. Ipso Cupidine spirant & Venere, quæ scribis & venam animamq; referunt veri illius Phœbi. , Et tu tamen ibi lates, & fallis inter tuos. Ille est eritq; fortunæ ludus. alijs debetur honos, alij ferunt. Sed ista in voluptatem & admirationem. ad iram quid traxit? in urbe eâ fui septimanâ elapsâ, & non salutarem aut cernerem, non amplecterer, aut sermonibus hunc animum pascerem & implerem? Mihi ipsi irascor, hoc tamen lætus, quòd spe videam diem, certè voveam, quo in amplexus illos olim ruam, sive me illuc, sive te (anne brevi fiet?) ad nos venturo. velim, & tecum lætari ambulare & sapientiam illam (in literis tuis se ostendit) ultrà degustare. Quidquid erit, mihi certum te amare, mi Canute, & litteris affectum augere, factis ubi opus aut usus ostendere. Id manu istâ testor, in signum

fidę mentis & tesseram. De scriptis meis, encomium istud mihi gratum nunquam tamen acceptandum, & me non nosti si in altum hunc sensum de me venis. Fructum tamen tibi vel sic imputem. quem? animari & attolli ac quod de elephantis dicunt, laude hac tuâ, & hortatu fortiùs impelli ad metam. Non in elationem, ne suspiceris, novi me & ingenui infirmas fluxasq; vires. itaq;, ut Argi illæ aves cum pennas vix levi oculo percurri ad pedes vertò. De Lipsio magis verè censes. magnus vir fuit, & talem dicant ac fateantur, quotquot ipsi tales. quæ usui aut delectationi humano generi essent, muta dedit, à vano parùm aut non traxit, rectus ubique & sibi constans, modestiâ & sedati ingenii laude supra novos, atque adeò, cur non dicam, veteres surrexit. Pauci hodiè cum ipso. Nam nunc ad famosa & splendida, non utilia aut profutura se vertere in morem pœnè vertit. Aliorum famam minuere & secare, per obtrectatiunculas auctum suam ire solemne, & probè dicam, concessum. Nam vide, qui nunc scribunt. ubi non calumniæ & invidentiæ, etiam cùm locus non videbatur, signa & notæ inspersæ? Maximè in in ijs libris, qui exsortes meritò

talium

talium ſint & mundi. Theologos & ſacros ſcriptores ſcis me dicere, qui certè nimis in has iras & pugnas proni. Philoſophum olim, & qui de DEO aut cælo guſtum non habuit, puditum fuiſſet ad hæc rixantia ſic ire. clauſiſſet oculos aut avertiſſet in mitiora provectus, quàm nunc in ludum jocumque ſunt. Ut in dolorem meritò quis ducat affectui tantùm dari, in ſacris illis & ſeveris pietatis argumentis. Sed in longum hæc duco. Vale, ô inter paucos Fioniæ tuæ lumen!

EPIST. XIV.

Marpurgum.

JOANNI RHODIO S. D.

SCribo, quod ego, quod tu jam nolles, mi Rhodi, Quid illud? fruſtrà diſſimulem, de Magno Ulfeldio, ſcias vixiſſe. Feciſti jacturam in te tali Heroë, tàm illuſtri, alto & tibi volente. Quid tamen eſt? ad æternum curſum oculos flectamus, & cui refragari non poſſumus, culpare non debemus. Et de fratre anne audiviſti? etiam nos deſeruit; nolim, ut te animus & conſtãtia à tã duro ictu. Robur ſũiſſe à ſapientiâ jam debes, cui tàm diu litas. Fæminæ ad-

næ ad ſuorum fata jaceant, nos ſine motu ea ſpectemus. Habes, in quos ſpes tuas reclines, & ſolatium ſumas, parentē, ſororem, ex eâ nepotes, & addam virtutem tuam, cui te involve, & eâ nitere, ac animum pro ingenio habe, id eſt, alacrem excitatum. Pratum mihi vide novâ jam æſtate, amœnum eſt, ridet, floret; purpura, coccina, nigredo ſint prę hoc ornatu. Quid tamen eſt? mox venti & imbres primos flores abſcindunt, ardores & ſiccitates reliquum honorem, & poſtremò hyems decutit aut abſumit. Idem in mundo hoc fit. naſcimur, creſcimus, floremus. Sed jam hic, jam alius abit, & ubiq; denſè morimur vi, languore, dolo; & cum ætatis hyems, id eſt, ſenectus advenit, omnes naturæ legę. cogita. te tolle & erige, quòd ego nunc non ultrà, qui de conſtantiâ tuâ jam antè non audivi ſed inſpexi. Verſuum librum à me cape; in eo de te vide. Sæpiculè, ſed non pro affectus in te modo & ut in hac mente defixi. Non in faſtum aut ſuperbiam levor, nec natura mea aut mos eſt; ſed quidam inter eos ſunt, qui lauream hanc, nunc crebrò ſic petitam, merentur manu, & capite ferre. Neque enim omnes, & quoſdam alienæ cupiditati (cur apud te celem?) aut & petitioni dono, qui gaudent, ſic oſtendi in has aliasq;

ter-

terras. Si mihi cupis, si es, qui soles, & addo qui debes, censuram tuam da. Serum est, cum emendari nunc hæc non admittant vulgata. Juvat tamen scire, ecquid pro altis pectoribus scriptum censes. Tu similiter quid cogitas aut moliris, fac consortem. Nam ut indefessa mens ea est & laboris appetens ac poscens, scio non cessas; quòd ibi etiam diu non subsistas. Vel in Italiam meâ destinatione & voto dudum ibas culmen ædificio isti Medico tandem impositurus. Sed tu videris, quid ex re sit, quid citò domum ac ad nos permittat. Nam in eum finem festinatio animo huic placita, & diu optata. Quidquid sit mihi tàm certum & firmum, te æternum amare, quàm ad æterna aliquando ire.

EPIST. XV.

Portuam:

JANO BAGERO S.

AMo & cupio, mi Jane, non solùm fero, affare & sic te junge ac sermones vel absens misce. Verecundia ea & subductio absit, alibi opus fortassè apud me non erit; mihi beneficium, mihi honos est à vobis amari & compellari, qui è disciplinâ, & velut sinu nostro estis. insuavem me, nisi sit, & durum dicam;

Fac,

Fac apud volentem ſemper, etiam aliquando reddentem; nam ſemper ut faciam, etiamſi velim, provincia hæc & occupatiunculæ non permittunt. illud ſemel ſcito, in ſilentio amorem non ponere, quem ad ſepulcrum mecum feram & aliam terram. Moleſtiam imponam hac occaſione ſed leviter & ſine tædio devorandam. Scis, quàm horti & hæc florum oblectatio ipſam vitam, verè dicam, mihi mulcet. Nam â libris aut lucubrationibus feſſus receſſum hunc quæro â colloquiis, â turbis fractus, & quæ ſolemnia noſti apud me eſſe, hîc me paſco & relaxo. Hoc magis ſenſum meum mordent funera in hortulo quæ hæc hyems crebra dedit. Nam quidquid mihi rarum aut pulcrum ea abſtulit aut interemit. Implere iterum incipio & mendicari, ac ne dilatem, te procum aut procutorem illi jam deſigno, ut impetres ab ijs, qui uberes ibi ac affluentes, quòd illi reſtaurando ſit, & ad priſtinum decus (tu vidiſti) reducendo. Rumanus eximium, ut audio, & ſupra omnes Adones pœnè habet. Dic pro veteri & inſito huic menti deſiderio & ſenſu nihil gratius poſſe in me dare, quàm, ſi opem huc conferat, & Floram meam munuſcu-

nusculo aliquo hortensi, id est, fugaci & caduco honestet, relaturum me, si in simili aut aliâ re possum utràque manu. Quod idem Wormio volo scriptum; nam & de illo mihi dicunt esse in hac curâ, flores & hæc horti ornamenta in deliciis habere, selecta multa conquæsivisse in hoc genere, ut nec Nausicae magis ipsa. Significa, posse eum novum, sed pro priscâ fide & more amicum in me attrahere, si areolæ meæ ab eo attrahant, quod pro earum nitelâ & salute sit. Quæ hîc inclusa, ad eum eunt, mitte, vel ipse in occasione trade. De te effectum hîc dabo, quod voves, si in me erit. Habes hîc qui resistunt, aut alios faciunt, an etiam pervincant? nihil. Ille, quem nosti, cur tibi iratus vel certè parum æquus sit, haut scio; causam te non dedisse, hoc scio. & ut alia tibi detrahat, os ingeniumque probum, pium (quæ maxima tua laus) non negabit & Candidatum veræ doctrinæ & virtutis, neque aliud me authore jactes. ò insciti quò imus? ad livorem aut malitiam & in pravæ ejus ac meritò damnatæ Deæ classe vela damus. nos admirantes, alios contemnentes, aut si benè cedat, ægrè ferentes. contra opor-

oporteret & in alios æquos in nos asperos & severos esse. Sed desino horum. Tu nunquam litteras, & me amare, idem constanter facturum.

EPIST. XVI.

Portuam.

IOANNI LAURENTIO.

QUem non delectent tales litteræ, magis animus sic inclinatus? nam illum non præferunt, sed spirant; me affecerunt, ut nullæ sic multis his annis. malè occupationibus sit, per quas ad vos non licet, delectat & juvat; cum stilo alloquor, quid esset si sermone? munia hæc non permittunt, & invidere pœnè dicam, tibi cogunt, qui in beato adhuc otio & tranquilitate. Sed fruere, & miserantes oculos ad me flecte, qui jactor & sine spe quietis. Certè â vitâ hac abeam, antequàm istis turbis (jure sic voco) Ita hîc illigant & tenent mollem à naturâ & sequacem; Fero & te in animo sic in me affectum. Nam de itinere meo & decessu non dilato nunc sed omisso non potes non audivisse. Indicas de Magnitudine Danicâ apud magnum illum virum vidisse, in delectationem habuisse. Argumento hoc credo, tractatu nescio an plausum donem. non placent omnibus hæc concisa, &, verbo dicam, Lipsi-

Lipsiana. In publicum permittam? intentio ea primitùs fuit, quid negem? nunc frigus obvenit & videor, si unum id exemplar ad me redit, pressurus æternum. causas habeo hîc non dicendas. Nam præter quòd immanis bonorum nunc contemptus, quod favor his studijs parvus, est quod seriò reprimere me vult id scriptum, ut doleam laborem eum unquam sumptum. Sed omitto Aslacum jam antè scivi in me pronum, reponere aut reclamare magis decet, qui nullo meo merito aut beneficio provocavi. at votum mihi esse hoc sentiat, si occasio unquam aut tempus ferant. & si usus mei non tantùm ei sit, sed alijs qui eum tangunt, indicatum velit, hoc est, factum. Experitur, ubi & quando ei visum & tu, mi Laurenti, fac, volentem in te semper inventure. Quæ hîc adjungo lege, cense, & qui tibi, qui Resenio, qui alius faciunt, scribe. Est etiam, quòd à te petam, jam penè neglectum. Hortum restauro his septimanis probè collapsum; nam hyems hæc durior omnem pœnè florem ejus & decus interfecit. Juvari ibi velim ab ijs, qui ditiores hac parte sunt. Nam ea urbs habet, si quid in hoc aut alio orbe pulcrum. & multos ibi scio sine alijs curis vacare huic curæ. In ijs N. N. uber m

atq; fœcundum audio, vel iſtar Alcinoi, aut ſi major quisquam fuit in hoc cultu. Dic in beneficij magno loco poſiturum, ſi participet & in auxilij partem venit. Pœonias ſelectas memini ipſe apud eum vidiſſe cum deſiderio læto & tangente. A Tulipis etiam à narciſſis, ab alijs, quæ mox debeant florere, magnam meſſem. Si ſine damno poteſt, neq; aliter volo aut requiro, quæſo, faciat conſortem. Quod idem ab alijs peto, ſi tibi cum ullis notitia, qui ab his rebus magni. Neſcio, quid ignoti ſed adnati deſiderij huc trahit, & ſtudijs ac curis fractam mentem hîc me vult reficere & vegetare, Ut ferè clamem: Flora me ſibi mancipet, quies inter hæc læta (cum otium eſt) habeat, ſibi alij arces, urbes, cætera humana.

EPIST. XVII.

Portuam.

MARTINIO PERSÆO.

Diſceditis, imò diſceſſiſtis, & illi in abitu amplexus, etſi mœſtis ſumendi tamen erant. in reditu quando fiat? eritne ut vos teneam, dum me hæc terra? opto, & non ante me beatæ illæ ſedes, quàm vos videre mihi ſit & amplecti. Sed ite, regiones, urbes, homines videte, & cum nos iterum

non

non longum ſit; litteras,ſapientiam, virtutem colligite, aut magis(rem dicam) ſervate. nam dudum iſta non imbibiſtis; ſed in ſanguinem vertiſtis in ſuccum, & in eâ ætate ſimiles aliquos habetis, paucos, pares. augete, ita Deus vobis annos,animos,honores augeat& ſervet! voveo, & vos mei Ramelij citò redire, te, mi Perſæe, eum ſemper in me eſſe. P. Andream audiveris ante hos dies deceſſiſſe. quò? in immotam illam & ſolam amœnam terram. Quid eſt? ut qui in hortorum cultu quosdam fructuum in acerbitate vellunt ſaccaro & ſirupis inferendos, quosdam cum maturuerunt, plures etiàm in ramis relinquunt, donec hyems aut ventus major decutit, nec ſinit diutiùs adhærere: tale in iſtis, ſummus ille mundani horti cultor aliquos in primâ ætate ad ſe rapit, alios in mediâ & cum in viros maturuerunt, multos etiam hîc permittit, dum ſenium ipſum abſcindit, nec vult eos longiùs hîc reſpirare. De alijs, neſcio, me hæc parùm movent aut in mœſtum ſenſum cogunt. Nam ſortem hanc, quam multi ante nos, inter nos nunc, poſt nos ſubibunt? nec liberum ab eâ exlexq; quidquid vivit, aut ſentit. Atq; ut incerta ſunt omnia rerum humanarum, &

quæcunq; habemus, cum spe semper & metu aspicienda. inscitus qui non citò vellet abjungere cum alio, non lætetur factum. vale, mi Persæ, & scribe ad responsurum, cum exceptione, si munus id permittat. Nam, quàm semper imò sævitèr occuper, non tu nescis. & dico tibi frangi hac viâ animi id omne robur, quod fractum non sit me mirari. Malmogiæ. VII. Kalend. Quint. CIↃ Iↄc.XVI. Hameltonum, si ibi, à me saluta, ingenium magnum, & ad magna factum. Dic, scrinium ab eo accepisse, & quæ inclusa. remissurum, quâm primùm usurpata sat mihi; quod intra paucas has septimanas erit, si ista non infra exspectationem meam erunt. Nam aliàs prima navis reducat.

EPIST. XVIII.

Gogium.

CLAUDIO BAGERO.

SCripsi ante annum, & misi, nunc video, frustrà. non novum hoc ævo aut infrequens, nec tardè, tantùm reddunt & pigrè, sed abjiciunt. In reliquis video, qui ad me dant ab ijs oris, qui ab alijs. Usus mihi tui ibi est, in re, quæ studia hæc nostra & Musas, tangit. Istam veniam mihi da, ut per te sciam, Nam schedula adjuncta habet inscriptum.

ptum. Ad Historias nostras faciet; Nam in ijs etiam sum, nec quidquam est, quod antevertam huic curæ, & vita modò sit, ego iis aliquam dabo. Tu hæc juva, beneficium mihi & patriæ dabis, si gratum iterum & acceptum manare à me possit, non promptè tantum, sed cupidè enitar. Si Deus (nam voluntas valdè eò ducit) mihi indulgeat urbem illam videre & perlustrare, te quoq; in eà licebit & libebit & oculis usurpare, quem jam cogitatione tantum permittor. Villelmium credo audivisti misisse rebus humanis vale. Quid vero? vos ea

Res ad humum mœrore gravi deducit & angit?

Vix debet. Fuit eximius alioqui Vir & multis annis sed in alio ævo dignus. At tu cogita, ad quæ ivit, quæ reliquit & optimè non tantum benè ei factum dices. Publicè aut primatim quid lætitiæ est? turbæ è turbis, vexatiunculæ, cruces, & quæ solent in desperato statu, nec exspectanda meliora. Nam ut virtutes videmus cursu & velut agmine facto à nobis vertere, vitia in cumulos tolli, quis finem his adversis spondeat aut speret? Religio proludo pro joco trahitur & istà sæpè ad quæstum aut

lucellum itur. Pietas rixæ, pugnæ, disputatio facta; Litteræ in contemptum, in despectum eunt, qui optimè eas tractant ad vanitatem ad superbiam vertunt, pompæ volunt, non usui humani generis servire. Reliqui tingere se satis habent, & primis labris gustare, mergi imbuiq; pro inutili est. Hac viâ artes & doctrinæ laudes titulusq; fiunt & satis est hunc præferre. Quæ dum video & intersum

---- *ægro assiduè mens carpitur æstu,*

& eligam probè abjungere ac de meis optem nec credo te aliosq; qui inter magnos estis (nam in vulgo isto scio aliter esse) sensu valdè à me abire velut certantes inter Græcos olim, qui palmam primo cursu sustinebant, auferre noluerunt in alium diem annumve rejici, abire pulcri laudatiq; victoriæ illâ fronde magis erat ut vellent: in nobis quid aliud sit, si lethum mittatur, ut eo velut curru aut cursu veniamus ad verum illum & non desiturum honorem quid mali sit? Sed quò excurri? sisto. Salve Salve.

EPIST. XIX.

Montem Belticum.

***HELIO PAULO** lætitiam nuncia.*

Quæ

QUæ illa? quâ nulla tibi altior erit aut magis ad mentem. ego in vincula eo (id ne in lætitiam? exſpecta) nuptiarum. Quando? ſine morâ aut dilatione & niſi quid humanitùs, ſub inſtantem autumnum. Sed audias hæc à me ipſo meliùs; cogito enim ad vos antequam de tempore aliquid decidam. nam de re ipsâ jam concluſum. tibi dicet qui has adfert. Munera hîc adjungo, ſed qualia ego, tuque optamus, libros. ad Urnæum etiam habes, trade. De quo Heroë lætor, quod ſpes non fallat. Sed aſpectus ſermoniſq; certus hæc abrumpo. Nam te videbo iſtic, ſi aliquandiu hunc Solem. tu diu fac, & vel Sybillæ ævum.

EPIST. XX. *Portuam.*

JOANNI LAURENTIO.

GRatus & affectus & ſenſus de me tuus, quẽ non afficiat, non inter ſtupidos ſed mortuos ſit. Sed ego cenſuras volebam, tu laudes in me ſpargis? animum probo, qui expreſſit, eas non admitto. ut Sol cum nubes obumbrat, parùm clarè nos ſpectat; ſic animus cum amor. Tibi ſit, qualia illa aut ego ſum, ſi æquipares ad tàm magnũ, languemus & humilia. hæc omnia noſtra, ut ſtrutio volãdi ſpeciẽ habet nõ volat; ita vereor ne ego doctorum, inter eos nõ ſim. Siſtũt hîc ac tardãt ab eo conatu munia & functiones

tiones publicæ quas obimus. Sed ne fallam vobis talibus me & mea probari diu habui inter votiva & excitant me hæc judicia, non attollunt aut vano vento inflant. De munere inopinantem me eo afficis, adeò non sperantem, quid dicam? nisi sic carum id magis esse in isto animo, qui & calidè amat quidquid hoc est scriptorum & te melioris illius Phœbi germen. Optem pro meritis gratiam tibi & præmium esse, qui ad alta tàm fortiter & rectè assurgis. Sed virtute ipsa contenti simus, si alia etiam absint. Ego animum hunc jam reddo, cætera immunis. Quod à perillustri illo viro addis aut addicis carum, à puero amavi adeoq; convixi in primis illis annis. Lusus, discursus, risuum cum suavi quodam & titillante sensu recordor, quæ simplex & malarum artium rudis ætas dedit. Atq; ea mihi inhærent & dulci velut recursu etiamnunc mentem hanc tangunt. Ivisse jam in oblivionem putabam, ut cum magnis illis plerumque evenit, quid ad pares tantum memoriam mittunt, humiles nos infimosque nec cogitant adulti nec curant. De me gratum in isto animo non excidisse, magis in cura sic adhuc esse. Quod idem & majus illi à me erit, si occa-

sio

ſio ad id unquam aut neceſſitas ſe dabit. Quod pro eo petebas ecce feci. inſcriptionem itemq; carmen hic habes, utetur alterutro ut illi tibiq; viſum, ſi quid addi, demi, mutari volet judicium faciet & factum putabit. De ſolenni meo die quod petis credo non ante initium inſtantis hujus Septembris futurum, etſi hoc nonnihil pendet ab arbitrio patris, non mei ille dudum inter beatos, ſed qui ſuam ad me permittit & dat. Vale Aslacum, da mihi veniam, ut per te ſalutem.

EPIST. XXI.

Lundiam.

PAVLO MARTINIO.

PArcè jam ſcribo & rarenter, quid refert, conſtanter amo, diſcedere cupiam ab hac vità, cum ab arcto hoc fœdere quod junximus & Muſæ mihi, cupere deſinant cum ego tibi. Tantum te habeam quem hactenus, nec hic fluctuo aut vereor, ſcio me in pectore tibi eſſe ac fore, dum ego ſic ſim, hoc eſt, virtutis & ſapientiæ cultor. Sed aliquid de me ibi inaudiſti. Diu attentatum & à multis nunc ſucceſſit, nec erit ut rumor eò non pervenerit, quis? me in carcerem compactum (percutio te? pone metum) Hymenæum. Fatalia iſta ſunt mentem huc & illuc vertas, non ſuccedet &

aliquid interveniat, donec à fato destinata venient. Hoc erigit & jubet bono animo esse. Ita maturare non fuit in mente, sed multæ causæ huc inducunt, magnæ. Genium urbis nosti, nosti hominum, cogor quieti meæ & rei, ne quid dissimulem, consulere, quæ aliàs labatur & ruat. Optem te ad inceptum inclinationem ferre. Heus tu, quid urbis ibi habetis non formosæ solùm, sed supra Latium supra Græciam excultæ. Ita mihi dat augurari B. Laurentius magni acrisq; cordis vir, aut ego peponem pro eo habeo. Carmen ad me dedit ante hos dies velut parariū amicitiæ inter nos faciendæ, ita me Phæbus eruditum, suave & ad ejus mentem cusum. Conspirationem inter nos planè observo non studiorum tantùm, sed animorum & judiciorum. Et quia te conciliatorem amicitiæ ac sponsorem ponit, apud te testor me eam seriò sanctèq; habiturum, quàm diu me hæ terræ habent. ò multa in ijs prava pro nostris votis! ô hoc nuperum triste de fato magni Lindenoi, ego patronum, tu Amicum amisisti, qualem vix aut non donet hæc ætas. Sed diffusior sum. tu salve, magnum virum & mihi jam amicum pectus à me amplectere atque has trade, si non elegantiâ, certè fide & affectu contra ejus certantes.

EPIST. XXII.

Orenburgum.

PETRO PETRO.

LOngum meum silentium jam pensabo & dabo te in lætitiam, si affectum tuum novi. Quâ re inquies? novo instituto & inclinatione in nuptias, in uxorem. ita planè decretum est, idq; subitò & sub autumnum proximum. Res jam cœpta est, ad VI. Id. Sept. implenda. consilium illud probes? vultu, ore, pectore, scio, facies, ut

οὐδὲν δῆτ' ἀγαθῆς γλυκερώτερόν ἐστι γυναικός.

Nil unquam melius certè est uxore venusta.

Ad eum diem te & tuam huc invito. nec ille ipse Zephyrus, qui nunc sic spirat, suam Floram, ut nos te vocamus. Seriò inter calida vota & præcipua, hoc est, ne falle, Multa de me; de studiis, de alijs, hîc audies, quæ juvent, & diffundant. divulsi diu sumus, nunc jungamus, lætemur, garriamus de tot ludis, tot lætis, quæ vernans ea ætas dedit. Occasio similis vix erit, tu hanc arripe. En libellum diu addictum. Dic bonâ fide, quid videtur? damus & subscrimus plures? an satis est sic in periculum venisse? censuram à te rogo, quam multi non dabunt (quò venimus) inter

inter Danos, Nam litteræ & Musæ quo eant vides. in plagas certè alias & sitientes Afros, ut Poeta magnus ait. Reliqua in tuum adventum.

EPIST. XXIII.

Locum Regium.

Io. SEVERINIO FIONO.

AUdi rem lætam, ut est tuus amor, jam tandem

Κικλήσκω μέγαν ἁγνὸν ἐράσμιον ἡδὺν ἔρωτα,

Advoco magnum, sanctum suavem & musteum Amorem.

Quando etiam me ad nuptias inquies? sub mensem instantem, ne longiùs etiam hoc producam. Ego, mi Severini, statui ad læta illa me dare, Deus modò & vita velint. nosti ævum hoc & quibus me tradidi, nosti. Sed taceo, mea ita defluant ego in amplum non eo. & verbo dicam si pro voto, pro sperato hic vivam, erit quæ domum curet, erit quæ opes resq; quidquid modicæ illæ aut minutæ, dum ego litteras sic curo. sed

γυναικὸς ἀγαθῆς ἐπιτυχεῖν, οὐ ῥᾴδιον!

Incidere in uxorem bonam non est leve;

à Deo petenda est, & feci nec leviter nec raro enter, certus eum monstrasse, quæ in usum sit, in salutem. A bonis magnisq; est, in ea, quæ

quæ aliquis optet aut ſperet. veni cum fratre, tum ſorore, cum aliis, quos ibi voco ad VI Id. Septemb. exſpectamus. XV.

EPIST. XXIV.

Horlemaam,

GEORGIO MARIO.

NOva ad te fero, inſperata, ſed grata tibi aut valde erro. In abitu ferè eram, certe votum & cogitatio fuit, nunc Juno compedes injecit & vincla, ac manere me vult. Audiveris cum hæc ad te venient. debeo hoc iis qui me dederunt, ut poſteros & nepotes videant. vota occulta, & à natura inſita huc trahunt, ac Deus hoc omnibus, qui ubiq; orbis ſunt aut fuerunt, inſevit. Adverſa, mœrores, luctus adfatim hæc vita donat honeſta voluptate & gaudio temperabimus & quæ in eâ acerba jucunda ſic reddamus. nec alibi magis poſſumus, quam in hoc carcere, non cum ſincera & tuta delectatione. Sit in cujus ſinum jucunda, in cujus triſtia deponamus quæque curas noſtras dividat & ad ſe trahat. Sint ex eâ quos ſinu teneamus, pectori jungamus, quique pueri delectationem & penetrantem illam voluptatem, adulti gaudium donent. Ego conſtitui huc me dare, & ne diſſimulem de ſocia ea jam proſpectum. In VI. Id. Sept.

Solennia

Solennia nostra incident, tu ad ea veni & in hanc mentem veni:

τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης;
Quæ vita est, vel quid latum Venere absq;
venustâ?

Villadius quando ad nos? quid agit, qui agit, pro optato & ingenuo ejus honestè? velim ac utrumq; vel seculum valere. Vale. Malmogiæ.

EPIST. XXV.

Rosafontem.

BARTOLOMEO HANSENIO.

Quidquid resistas aut obvertas, te inflectas obducasq; ut vis

Manet immutabile fatum.

& contra id nec vi te munias, nec consilio firmes; quidquid vult, erit. quidquid jubet. In animo fuit eum ad conjugium nunquam dare, sed id contra me vult & cogit. Res meæ poscunt, quæ aliter labant, me ad alia sic intento, amici instant, alliciunt, nec resiisto, ut rem dicam, nunc magis

οὐ μὲν γὰρ τι γυναικὸς ἀνὴρ ληΐζετ' ἄμεινον
τῆς ἀγαθῆς,
Namq; nihil uxore bona vir amœnius
Sortitur. *unquam*

ut veri

ut verè decoreq; ait Poëta magnus. Nec diffundo nunc valdè. De me, ut ad optima semper, quantum humanitùs pote, electionem oculumq; mittimus talem spero invenisse. ad VI. Id. Septemb. domum duco. ad læta illa te vocamus; veni vove;

οὐκ ὀδύνην, οὐκ ἄλγος ἔχει γάμος, ἀλλὰ χορείην,

Ne gemitū luctūq; thorus, sed gaudia donet.

Sendius comes cōnsorsq; eat, cœptam amicitiam irriget, & Mariagrius, nisi se jungat, non me tantùm, Musas habeat iratas. quid insto?

Αὐτόματοι φοιτῶσ' ἀγαθοὶ πρὸς δαῖτα φιλούντων,

Spontè boni accedunt convivia dulcia amantum.

Ego vos exspecto, & lætos lubentesq; amplectar. ad magnum nostrum etiam perscripsi. adducite. Malmog. XV. Kal. Sept.

EPIST. XXVI.

Rosæfontem.

ANDREÆ SVENDIO V. N.

IN vincula conjectus sum, mi Suendi; sed in quæ tu voles, ne animum demitte. Nuptias cogito & læta jugalia. quid aliud agat?

ὅστις γενόμενος βούλεται ζῆν ἡδέως,

Quicunq; lætam degere hic vitam volet,

vota occulta & à naturâ insita ducunt ad hanc

ad hanc junctionem & volunt unum unius esse. Mortales sumus brevis ævi & vitæ, posteros cogitemus ut in iis vivamus ipsi ablati. Multa etiam in hac vitâ se offundunt, inamæna, quæ leviùs libentiusq; feramus adjuncta vitæ, imò lætorum tristiumq; illa consorte.

> Μακάριος ὅστις εὐτυχεῖ γάμον λαβὼν
> ἐσθλῆς γυναικός.
> *Felix nimis, latè cui cedit bonâ*
> *Uxore ductâ,*

ait ille. de me spero, de te etiam opto, venire in hanc mentem. Sed luctui jam datum, sat mærori. Huc votum huc animum reflecte & in beatum illum nodum. ut facias & exemplum habeas, ad solennia nostra invito, veni etiam apud nos in hunc carcerem. Nam & Junones hic tractus habet, quarum formæ nil Helena habuit aut Venus simile. Salve salve, nec falle aut suspende sic vocantem, sic desiderantem.

EPIST. XXVII.

Rosæfontem.

CHRISTIANO MARIAGRIO.

BOnum factum, mi Mariagri, ut statim effundam quod mihi (addo & tibi) lætitiæ est & amori.

ἐγὼ

ἐγὼ νῦν ἕξω λεκτρ', αὐτοῖς καλῶς ἔχειν,

Habebo nuptias, in queis benè degere.

Spes mihi & votum. ut faustum sit, ut felix & læta omnia respiciant, ad hanc junctionem votis juva sed præsens. Alios exspecto ab illo tractu; ac, ut tempora jam sunt, optimos maximosq; è nostris, da te comitem, si me amas, si mea. Brevis via est & iter, leve officium pro amico; mihi tamen magnum & ad optatum. Veni etiam in hanc mentem & exemplum: Ut sit olim & ex re & usu tuo sit, Deum veneror, Te, ut venias. XV. Kalend. Septemb. ∞ Ioc. XVI. nam de adventu vestro securus hæc non dilato.

EPIST. XXVIII. Borrfam;

MAGNO BARTOLINO.

SPes & vota ad solitudinem fixi, mi Magne; ad quietem, nec mens fuit in nuptiarum hæc vincula venire, aut ad amæna illa me dare. Mutavi ecce subitâ vim fati, & occultâ quadam ac mihi incognitâ viâ huc trahor, ut animum & vota ad nuptias, ad uxorem disponam, &, ne fallam jam inveni, sed à fatis magis, quàm me quæsitam. Nam

γάμους ὅσοι σπεύδουσι μὴ πεπρωμένους
μάτην πονοῦσιν,
Qui nuptias non destinatas ambiunt,
Frustra laborant;

Ad VI. Id. Sept. necti & injici vincula ea debent. Te ad læta illa vocamus, imò poscimus, ex jure, ex more, ex promisso; Senatus urbis etiam orat & invitat. In derivatione fluminis consilium tuum volunt, quod ad lacum & mœnia ducunt. Promissa exsolve toties data; nulla occasio talis unquam erit, sume jam oblatam. Ad vos invitabar per hos dies, in simili casu aut causâ, sed ne fallam non venio. Nam ut alia non sint, tempus nimis angustum ad hoc iter, heri litteras demùm cepi, die Solis, qui instat, hilaria illa obibunt. ego si noctes etiam impendam in viam, non pertingam, quod res postulat, maturè, non si cursu,

Aut si Pegaseo ferar volatu.

Sine me læta illa agite (nam scio te miscendum) nec ad tristia aut damnosa unquam ite. X V. Kalend. Septemb. CIↃ. IↃ c. XVI. Nam, colloquii conversationisque certus hæc abscindo.

EPIST. XXIX.

Lundiam.

PAULO MARTINIO.

AD solennia mea tandem voco, spero quod venturum. Si es, & promissa toties data

non

non fallant, VI. Id. Sept. hîc sistas. Eo die ad me pudicissima virginum, quas Selandia, Scania, Fionia habet,

manibus deducta suorum

Ibit,

& tu fac. Tristis ferè ille annus tibi fuit, à tuo, ab uxoris parente, ab aliis, quos amisistis. Læta jam misce & tempera ac hilaritate aliquâ insperge. ut pluviam & ventos serenitas excipit, & pellit: ita mœrori se misceant & fundant letitiæ; nec jacere semper & angi, sed surgere & reniti etiam convenit. hîc faciamus, veni, cum Velleio, cum Cæciliâ, cum liberis, quos aliter non invito, ingenium hoc nosti & publicâ viâ non incedere. unum vos estis, quid epistolis dividam? apud alios fortè opus, apud vos non erit, qui mei XV. Kalend. Septemb. ∞ .Iɔ c. XVI. nam ad tuas non repono in sermone hoc melius facturus.

EPIST. XXX

Asloam.

LAURENTIO ASSEROO.

TArdæ tardæ eæ litteræ, gratæ tamen quià doctæ, avidis oculis legi, quia magni

affectus in me testes, magis quia magni ingenii & doctrinæ. animi enim mentisq; imago in hac tabellâ, nec hîc tegimus facilè aut fallimus. ut in amphorâ aut vase quid insit primo gustu dignosco; sic quid in animo. isto affatu & ad Parnassum ac Musas te non venisse tantùm, sed intrasse scriptio ista mihi dicit. Ita perge, studium id ardoremque serva aut auge, in prudentiam & virtutem. Eæ patrem tuum in summo posuerunt, & te ponent; si viam, quam inisti, recto pede calcas. Sed ad nos veni, hîc fastidium impone ædificio eo doctrinarum, & quod reliquum adhuc est, hîc adde aut orna. Pro spe tuâ invenies imò supra spem comem in vos tales & volentem. Amo altas & magnas istas mentes, & instillare ego in eas promtus, si quid melioris doctrinæ in nos Musæ. De Lipsio verè censes, scriptor est intimis meis sensibus carus, ut vel putem bono generis humani natum ad mentes ingeniaq; formanda, ad prudentiam cordibus instillandam. De aliis nescio, me ab eo

Flectere non odium non vis non gratia cogat.

Quam inclinationem vel à stilo isto noscas, quem, rectus aut alius sit, ab eo hactenùs traxi, & quod in omnibus scriptis non usurpo.

pre

pro aliorum sensu magis fit quàm meo. Parū, preter undas fluctusq; habet hæc vita. semper in spe aut metu sumus, & huc illucq; rapiunt varii à cupidine, ab ambitione, à fastu venti. firmat valdè, si navis nostra his monitis nexa his nixa, quæ ille crebrò & utilitèr spargit. Ego certè mihi apto, & Epictetum Senecamq; ejus exemplo. In ijs sapientiam, in ijs prudentiam, in ijs animo huic robur quæro: ibi deniq; ut probus, ut pius sim. Nam si hunc finem non habemus, abi studium hoc omne litterarum. infelix & sine fructu vita, quæ scopum tantum habet scire & sciri. Multi docti mali fuêre, quos miseros nos si æmulamur. Sit nobis piè placideq; degere. cum submissione & probitate mare hoc navigare sæpè inquietum & commotum, sit ab istâ miseriâ ad perennia & futura læta venire. sed à me ipso audies, veni modò, amanter & benignè hîc eris & magis quàm apud Phæacas Ulysses. Quod scito, & ad nos jam citò. Malmogiæ. ꝏ Ic. c. X VII.

EPIST. XXXI.

Rostochium.

EILHARDO LUBINO.

LÆtum lubentemq; me fecisti, mi Lubine, humanitate tàm diffusâ, & quam à tàm

magno non sperassem non hoc ævo. Gratias spiras ac veneres, & plura signa in iis litteris benivolentiæ & doctrinæ, quàm verba. Quem commendasti, libenter vidi, virum magnum, officia etiam ostendi sed ostendi. transivit hac veriùs quàm mansit, & in dolorem erat aliter adhuc non habitum, quia à te commendatum. De Epistolis placent jam magis, quòd tibi sic placeant, utinam sint quas censes aut scribis & in famam venient non malam, ac quam nulli dies vel anni tollant. De Lipsio omitte, neque ut æquarem unquam fuit in votum, & tu supra eum me ponis non decorè. Quid tamen dissimulem? mercedem laborum habeo à vobis, talibus æstimari, id est, magnis altis, quorum inter vertices te loco. Ut omnes communi consensu laudem hanc non donent, unum illud metrum tuum ad me sic acritèr, sic amantèr deductum det fidem, quod ita me Musæ eximium, decorum, doctum est, sanguinem ac succum à Marone è veteribus illis traxit. Insta, addico tibi paucos hac ætate esse (& nunquam densiùs ad Parnassum itum) quibus hæc sic fluāt à fœcunda venâ. Iam adjuncta illa quam putas re ipsâ & tractatione se probasse. Dico tibi ut sic nulla scriptio

multis

multis his annis. utinam plures se darent in viam! sed cum sedati animi & affectus notis, citô esset hos varios, hos noxios (de DEO, de Sacris, dissensus sensusq; restinguere & emédar.. Etsi ut Theologos video longiùs longiùsq; diffidere & turbare, vovere hoc magis fortassè licet quâm polliceri. Sed mea ista avidè jam exspecto, oro ut primâ commoditate mittas. Ego jam ad te in rem eam sumptum, XXVIII vestrates florenos, & munus ad uxorem tuam, quale haberi nunc potuit. Autumnus aliquid dabit quod gratum sit, nunc inopia hîc & paupertas.

EPIST. XXXII.

Francofurtum.

CHRISTOPHORO HANSENIO.

Raró ad te mitto, mi Hanseni, quia raró habeo eò ituros, & quia tu raró facis: In angustias quasdam me inclusi studiorum eæ non sinunt ad omnia me permittere, quæ vellem, & omnes, etsi occasionem ad te semper quæro, non omitto aut neglego oblatam. Si litteræ omnes non perveniunt, in causâ sunt qui ferunt, nec enim felici successu mittimus ad tàm remotos. E liberis alterû jam audio

ſedem migraſſe, non ultrà videndum, & γῆν πρὸ γῆς, ut in aliâ re ille ait. Te ſolarer in eo caſu & amor ac pietas, pœnè dicam, in te poſcat. Sed dudum eſt, etſi huc nunc primum alatum, ac credo cum Senecâ, quòd jam

Tempus fecit ærumnas leves.

Hoc inculto. vide, imò diſce, fata ordinem non ſervare benè ſi non turbare. quibus optata noſtra multos annos (ſi ijs hoc pondus) darent, auferri; hic relinqui delinquentes aliquos & canos. Nèc tu dole aut indignare, magis erige te & alta hæc ſpecta, cogitaq; de te meq; mox fieri poſſe, quod intra annos aut longum aliquid debet. quod utinam de me ne tardet valdè aut protollat, qui iſta ac humana omnia ſperno aut contemno. non ad Timonis tamen, abſit, ſed Zenonis exemplum. Nam oculos paulùm mihi attolle & per vaſta hæc regionum mitte. quid usquam eſt quod invitat ad manendum, ſperata aut jucunda vides ruere fatearis nec gradu ſed curſu à nobis ire. Virtutem ubiq; præcipitat non labitur aut labat, Religio rixæ pugnæ fiunt, & ſatis eſt has præferre. pro hac ubiq; ſermones ſenſusq;, pro pietate nulli & nomen jam pœnè ignoramus. Ut credam neminem pium velle impio hoc ſeculo eſſe longævum aut de alio optare.

optare. Proconſules olim Romani cum copiis caſtrisq; tractis redire poſſent in triumpho, gaudebant ad eum diem & affectabant in ti ob dilatum: idem hîc cogitandum meliùs triumphantes felicesq; in cœlum duci quàm hîc variis caſibus culpisq; implicandos diu teneri. & ſicut in ludis olim fatuum merito dixiſſent, qui coronæ propinquus & certus jam adquirendi, mallet ad cerceres reduci & mereri incipere: tale hîc ſcribam pàrùm ſapere qui cum letho poſſit in victorioſa illa loca ferri, velit in incertis triſtibusq; hîc jactari. Sed Deo hæc permitto, qui ſtat vitæ, actionumq; arbiter & producet aut incidet. Epiſtolas cœpi dare & nunc duas centurias in guſtum. Eas ad te mitto; nam alia nunc non erant. mitto. Sed ut cenſeas, imò ut Alſtedius cenſeat vir mihi ſemper magnus, nam in eum finem hæc emitto. in præloquio leges, litteras ad eum jam darem? multa vetant, primâ occaſione erit, nunc dilatum. Tu à me ſaluta & Phænium, quem nunc vix amo ſic tardum.

EPIST. XXXIII.

Toruam.

SIGUARDO GRUBBIO.

IN mundo eo non eſt, mi Siguarde, cui me magis velim probare, cui mea, quem Deus

& homines juxtà probant; nam qui judicium tuum ad se trahat, omnium trahet, certè optimorum. ita tu in omnibus doctrinis & scriptis magnis nec alibi exorbitas aut fallis. Sed

παύσομαι σ' αἰνῶν. ἐπεὶ
βάρος τι κἀν τῷδ' ἐστὶν αἰνεῖσθαι λίαν,
Laudare te jam desino
Grave est suas audire nam laudes nimis.

Paucis & veris verbis litteras amas & habes, etiam eos amas qui tractant, me supra multos, in quem beneficia non das, sed effundis. Hoc non monuit tantùm, sed attraxit, ut quod primum serium scriptum, in lucem darem, tibi darem ut & censorem haberem, qui aut in via eâ instigaret aut in meliorem duceret & amoris aliquod indicium in te declararem, quod etiam ad posteros iret. acccipe dum majus aliquod feram & feram, si vivam, ita vivâ. Ad meos eo hac Septimanâ, sed & redeo, nisi lethum & extrema me ibi tenebunt. De migratione aut discessu alij nominantur? audio & indignor te deprecor cogitare. extra hunc metum esse, qui hoc nolletis hoc anno saltim, hoc languore. Quid etiam alibi spectem aut quæram? Divitias? verè quamvis superbè dicam animus iste altior, quàm ut se mittat ad

hæc

hæc vilia, hæc vana hæc. ſed deſino. Per interpretationem hanc crebram divini verbi hoc ſaltem profeci, ut menti huic impreſſerim contemptum & calcationem rerum humanarum, id eſt, fugacium. Ambitio forte trahit & famam novam novo loco & ſede me vult dare? Audacter ſcripſerim contigiſſe eam ſuper optatum, non ſolùm ſuper meritum, & unum ſolumq; ſtudium eſſe ut ab eâ abſcindam, ne ſe ſpargat. ſed quid excuſo? Quem hic vides inter magnos doctosq; eſt, & verè dicam prima ingeniorum, ortu etiam (ſi quis tamen hoc æſtimet) & fortunis in ſummo. Prudentiam animo jam it collectum, & quidquid à diſcurſu eo & inſpectione quærimus melioris doctrinæ. Nefas putavit te non adiri quam melior fama ad illos & longius miſit. Tu meâ cauſâ vel leviter fruendum te da & me cenſe verè tuum.

EPIST. XXXIV.

Vomium.

N. PORTÆ TRYGONIO.

LOngiùs in ſcribendo ceſſavi, quia tu ſic facis. Aliter decebat qui tàm arctè juncti ſumus, nec ita

---- φίλως ἀπέχθεσθαι ἑταίρους

Ἀγρῶν.

tuis ali ingenium nostrum mentemq; scis & pasci, & in illo otio miror, quòd non scribis. me multa ut scis vetant, studia, hæc functio, quæ gravis, magna, addo non esse per quos mittam, & alia quæ ibi non obstant. Hæc emenda, & vivat ea amicitia, dum nos vivamus, nec infringat hoc vinculum nulla dies, quam quæ vitæ hoc stamen infringat. me certè habebis semper volentem, nec cogitatio unquam aut sermo mentem auresq; subit, quin commoveat & ad te aspirem. Epistolas jam dedimus sed duas tantùm centurias, velut periculi faciendi causâ. legas te ibi quando eas. Poëmatiorum liber XXIX. etiam prodijt, quem habebis, quando ego facultatem mittendi. ipse adhuc non vidi. Sed tu juvenem hunc, mi Trygoni, ad functionem adspirat in ijs locis, ipse dicet. Juva meâ causâ consilio, directione, operâ etiam si in provinciâ tuâ potes aut extra eam. Me non tangit, alij hîc pro eo orant, ut ego te, qui promotum valdè vellent, & si à tuâ intercessione alibi fiet & ope, multi tibi debebimus. De Corvino audivisti, ille verò firmus, à lecto jam multos dies fuit, languorem ultrà nec sentiens, nec timens. Utinam de patrono tuo eadem spes sit, quem ego metuo, ut malum hoc diurnat, ad tardum. Sed

cer-

certum lethum ire. propone tale jam nunc menti & illam tolle atq; robora in omnē fortunam. Vitæ hoc mare, ut sic scribam, intrare jam demùm ego tuq; incipimus, quod hactenus fuit in ludis aut lætis fluxit; Spondeamus nobis & sciamus, multa turbida & inamœna eventura; Sed quæ tamen jucundis & speratis quibusdam æternus ille rex solet temperare. Utraq; cum modó ferenda ad magna ad recta aspiranti, illa spes aliqua hæc metus percurrat, quia nihil hîc tàm firmum, quod non vicibus suis alternatur. Sed quò ivi? Vale, mi Trygoni.

EPIST. XXXV.

Lundiam.

PAULO MARTINIO.

RArentèr jam scribo, mi Martini, defectu non amoris, sed argumenti, & munia quæ hîc obeo ad multos me non permittunt, inquieta, spissà, acria, ut scis, Utinam tranquillitas aliquandò sit & quies, quæ alijs! amici sæpiùs hanc manum, imò exteri & nostri ab eà viderent, qui gratiam & famam fortassè (De Historicis scis me loqui) ferrent. Sed fatum nostrum est sic distrahi, ut destinatis studijs vix sit tempus ac locus, imò non sit, nec id te fugit. Ego hæc omnia, æquo animo

mo & amplexu tollam, te illo, quando & isto, mi Martini, jam aveo & ad te aspiro, & seculum videtur, cum te non video. Erit ne citò? aut me sistam antè ubi magis Petræus nuper, quem virum verè probum & in hæc studia proclinatum nos præcessisse, me triste judicium faciente, scito. Quid istud est optimos quosq; nos relinquere, pravos, improbos, leves durare vel augeri? Utinam mutationem ista non dent, & plagam (solet ita) olim trahat secum! Sed queri malitia est, tolleranda hæc sunt mente quâ constantes & mundi jam gnaros decet. Soletur disidium tantum & in non multos annos futurum: nam quàm diu hic mundus, id est, exiliũ nos habet? Dura longum (et ita opto) sed ut dures longissimè, quid nisi octcginta, aut, quod nemo velit, centum annos. Breve & leve est, si æternum hoc respicis, quo iterum juncti fruamur. Quantũ hoc autem quo divisi à nobis sumus? quem luctum aut mœrorem mereatur: Ut in viâ si sumus, non dolemus valdè perdi aliquid & amitti, ad quod redire iterum est & recuperare: Ita nec hîc faciendum, in amisso hoc aut illo recipiendo in brevi & reddendo. De me certè hominem non magis miror quã horti mei rosam mori aut florem. Ut quid enim

vim

vita hæc donum est non debitum, non mansio, iter ad æterna læta. De te quid aliud credam? inspice non dicam Scaniæ sed mundi confusum hunc statum. sunt curæ, sunt cruces, erunt. calamitates publicæ & privatæ, & nisi Deus faventi manu medeatur, exitia regnorum & rerum. Quis in ista lubens, si in insanis non est, suos mittat aut servet? Maneant quibus aliter non licet exspectaturi eventum, alios suspirijs ne reducemus, imò gratulemur, evocatis. Sed quid evagor? Nunc hoc à te peto videre, ut promissio tua est, Pauli Merulæ in Galliam & Italiam. Scaligeri de Emendatione Temporum, itemq; Casaubonum, quæ olim obtulisti, Benivolentiam in me ne hîc abscinde, ad alia merita ista adde. Nova quædam hîc mitto, tu cense, te aliosq; vide, in annos & secla missos, confidentèr dicam, fideli pennâ. Vellejum ibi saluto virtutis & Musæ prolem. itemq; Telegardium olim & nunc inter meos. Nam Tausanum adhuc apud suos tardare an teneri fama mihi dicit. Utinam moram hanc rumpat, quam in longum non trahit, ut tempora jam sunt sine damno. Utinam nos vosq; sanos solentesq; amplectatur, hoc est, in eum, in virtutem, in cœlum propensos. Malmogiæ, CIO Iac XVII.

Ola

Olao nostro gaudium nuncia; si ante me adscribis aut invisis. nam hinc nuncios non habemus, quod illud? cui jam dudùm inhiavit. filius ejus tandem ad nos Bonâ fide? optimâ & valetudo valdè quam se reposuit motu ipso & discursu. Nam inter firmitatem morbumq; medius diu vacillavit; nunc cum Deo robustior brevi validiorq; pleno gradu ad ea ibit, quò destinamus. Etiam illuc (nam scio desiderari diu non visus) etsi hoc intrà brumam non potest. Ea effluxa mittam vel obtorto collo (ut sic dicam & jocer) ad suos; si tardat ipse aut resistit.

EPIST. XXXVI.

Herlobaam

JACOBO ERASMIO.

UT amicitiam renovem aut conservem; quæ cum tuis diu fuit. Causa est, quod scribam. Rediisse â tàm longâ peregrinatione; libentèr audivi, etsi tibi fuisse jucundam non dubito, etiam longiorem. ut omnia magna & celsa videre: ita fas terras urbes viros variâ laude & hac Musæa nostra celebres, quorum conversatio juvat & ad sapientiam fert; nam ut flores qui tangit, odorem ab ijs trahit: ita ab istis doctrinam, & tales non nisi ut gemmas Deus sparsit, id est, raros & in unoquoq;

solo

ſolo aliquem, qui luceat & id illuſtret, nec una tàm felix terra, quæ omnia felicia ingenia claudit. Sed fortunæ reduci pro te lito. felix ſit, longum ſit & fauſtum in omnem vitam. De meis rebus vis. Nos adhuc Malmogiæ in obſcuro ſanè & ignoto, non tamen tranquillo aut quieto. Nam iſta labores nimii tollunt aut libant tùm & morbi, qui huic urbi, neſcio, quomodò aliquot annos frequentes. Amicos tamen vel hîc habemus complures, ob quos vita hæc ipſa amœnior & tempus ſæpè ſpe citiùs nos linquit: in iis Paulum Martinum, virum magnum, clarum, & Muſis ac tibi, atq; utroq; nomine mihi amicum: Et eſt Siguardus Grubbius altiſſimi animi & doctrinæ heros, in paucis Scaniæ noſtræ ornamentum. Sunt plures. Sed quorum notitia ad te ut opinor, non venit. inter quos & cùm functio permittit, inter libros dies ſuavitèr fallo. quid ſi conviviolis interdum & iis noctem provocamus? Certè fit & crebriùs quàm ego aut ſtudia hæc vellent. In quibus ſi commoditas aliqua ſit, brevi quædam damus fortaſſè ne exſpectata. Alii quæ poſſunt generi humano commodent ac proſint, nos è libris adnitamur iis ad honeſta & virtutem accendere, demus vivis mortuisq; (de Hiſtoriâ intellige) da-

re, & quæ talia in studiosam hanc vitam cadunt. Sed aspirat animus te videre & alloqui post tàm longum iter, quod non diffido vel hoc autumno futurum, si urbem vestram aut patriam visendi causâ accedam. hoc brevem nunc facit finiens ut diu in patriâ eâ sis, ut felix

Spesq́ tuas Deus omnes votaq́ donet,

eum oro, te, mi Erasmi, ut in me sis, qui fuisti. Malmog. ꝏ .lↄ c. XII.

EPIST. XXXVII.

Asseroam.

NICOLAO OLAO V. C.

TArdavi ad tuas rescribere, quid excusem nisi quòd occupatus. scis in quâ functione sim & loco, & beatum id otium & quies, quam rarò respiciant. Ut manum eodem tempore non damus ad diversa; sic iste animus nec ad multa simul se mittit. De munere quæ tàm exposita, tàm obvia. benivolentia, quæ ut Nilus spontè irrigat & dimanat? Gratias nunc ago, sed hoc tantùm, reddam cum fortuna mea & occasio ferant. Quæ hinc volebas missa, id verò factum, & navis nunc reddidit aut reddat in brevi. ut diu est cum hinc solvit. Si aliud in rem vestram hîc possumus, mone, hoc est, factum perfectumq; redde. De me quæris, de meis? ij valent, me scis in litteris esse & eâ parte esse.

Epi-

Epicuri de grege summum;
ut molliùs hoc edicam, nam certè voluptatem si quæ in his terris, in scriptis librisq; quæro, certus non alibi inveniri magis aut dari. inter eos sacri eminent (nam pietas primas in humnis ducit) eos seriò tracto non ad famam tamen, sed salutem

nec isthæc
Otia divitiis Arabum liberrima mutem.
Tu nunquam istum in me animum. Malmogiæ. CIↃ IↃc. XVII.

EPIST. XXXVIII.

Locum Regium.

Io. SEVERINIO FIONO.

MEntem mihi eæ percusserunt velut suavi thyrso voluptatis; intervallum enim præter solitum jam fuit scriptionis. Portuam cogitas, ut eò excurram & obviem rogas. Vellem & pro optato foret vel cum aliis jungi, qui tàm arte non tangunt. quomodo tecum non non esset? nec locus est ex meo voto, nescio, quid in terrâ ipsâ atq; aurâ quod alliciat. omitto quòd ibi me semper ceperunt & tenent tenebuntq; diu robusto nodo, serò aut non divellendum. si essent res meæ eo loci, ut quod vellem liceat, vitam hanc non traherem, sed ponerem in eo loco. Nam hic res nostræ

labuntur, quò ceperunt, ad. abrumpo. tu bono animo esse jubes? nihil opus, ante sum; nec frangat omnibus viribus fortuna. ne tamen mentiar ad alios incipio inclinare. cum videam ventos hîc parùm spirare ad Musarum meaq; vela. Malmogia si esset quæ fuit, facilè teneret, nunc validè mutavit, & omnia hîc jacent aut frigent. Urbibus senium suum est & finis, ut omnibus rebus humanis, & videtur hæc ad eum ire. non sunt commercia, frequentia, divitiæ quæ fuerũt. Portua aliter, faveo, surgat floreat & qui in eâ. De nostrâ fiat quod Deo & fatum volent, cujus nutu juvari hæc possunt & restitui locus atq; homines in veterem splendorem voveo. Poëmatiorum liber XXIX. jam excuditur. it ad Illm. Sinclarum, mittam cùm habeam, per quem mittam aut ipse feram, si ocium majus erit. Ibi tamen ut me exspectes, frustrà sit, tàm citò id non licet. Heroëm nostrum audio fecisse quod facturi omnes sumus. Quid tu doles, jaces? gratare, si me audis, cantu, plausu prosequere eductum, ab his tristibus, immissum in æterna illa Hilaria & ludos. Nam reverà ævum hoc sic turbulentum & triste, ut nullum paulò magis erecti, &, ut sic scribam, sublimis mentis oblectet, in perpetuis adversitatum nimbis &

bis, & quæ nemo sustineat videre. Quâ remediorum spe? nullâ, non mihi. Alia superveniant, quæ turbent, antequàm alia finem spectant. & ad summum, non longè abesse videtur fatalis & formidabilis ille dies,

quo Machina mundi
Ardeat, & cœli moles operosa laboret;

ut ex ethnico Pöetâ hoc dicam. Itaq; an infaustus ille, qui publica aut privata mala evadit, & in hospitium it, ab omni vi ac varietate fortunæ liberum remotumque. Natalem nostrum diem inspice? lacrimæ eum inchoant & vagitus. Reliquam vitam? suspiria & curæ opplent, nec hora aut momentum, quod non inter spem metumque suspensum, quod non timores gemitusq; dividunt & percurrunt. Iam decretorius ille dies venit? inter dolores & lamenta mundum imus relictum. Inter ista quæ vita sit, & quis, cum quietem fatum ostendat, anteponat vela dare adversis tot ventis? obnitamur, si me audis, hîc detenti & constantiâ nos muniamus adversum non grata. Sed iidem Deum sequamur, cùm ad se vult ductum hilari pede, imò alis eò eamus, nostros non revocemus, imò non doleamus ob ablatos.

cum supra humana vota, certa mea. nam ille arduus, ille alacer vivum divinumq; aliquid habet verbis, sensibus, numeris,quod non assequamur. Quid tamen negem aliquas spero eo surgere? de aliquibus etiam aliter esse scio & non hoc altum, lepidum, sed & eruditum habere. Ut in optimis etiam campis, videbis lolium alibi & avenam sæpè inspergi: ita in istis viles humilesq; multæ ubiq; immixtæ, & quibus lucem ac publicam inspectionem non darem, nisi ob magnos viros sit, ad quos eæ missæ, qui de neglectu suspicentur & contemptu non interfundi. Nam ut æquè nos semper tollamus, id non pote, & ut animus mihi est cum scribo tales, ab eo hos fœtus duco. jacent, frigent, ægrotant mecum, exiccantur etiam, & aërem altumq; petunt, nec minus istas damus cum vena favet & in calore quam versus. Sed hîc loquamur; nam in vià hæ te oppresserint.

--- ὥς ἐνὶ θυμῷ
Ἀθάνατοι βάλλωσι

Ceu mihi menti
Cælestes indunt.

Eosdem quæso ut salvum huc ducant & sistãt.

EPIST. XL.

Horlenæum.

GEORGIO MARIO.

ACcepi litteras tuas. Cum voluptate & eas, & versus vidi, in istis animi & sapientiæ signa, in illis amoris in me tui non magnitudinem tantùm (de eâ anteà constabat) sed perseverantiam, adeoq; in altero lætor, in altero etiam voveo ut semper constes. Sed de versibus, ij probi si tamen ad typos tradas (vide quàm sim amicus, & quod sequi solet liber) ultimam curam adhuc poscunt. à te videbis, imò mutabis vel me non monente. Ea est fuitq; semper mentis acrimonia, quam nec minima fallant fugiantq;. Nam in ----- jam videris exorbitare à prisco, hoc est, meliore more & lege. De Severino aliquid ad eũ volebam, aut debebam, & merebantur postremæ ejus responsum. Sed quid dissimulem? paria facere in hoc genere neq; licere, neq; ut rem dicam, lubere. Occupationes aliud quærunt quas obimus. Dico tibi mirari ipsum me cum mensis lapsus est per molestias illas omnes pervasisse. Hic ad cõvivia, ambulationes discursus trahit, alius scribere me vult & meditari, de versibus, inscriptionibus, gratulatoriis, passim nunc molesti & nascuntur aut moriuntur mihi negotium dant. Qui ista non. salutationes, garritus, nugas adferunt & talibus septimanæ sæpè dandæ. Omitto privatas has scriptiones, quæ

quæ in die magnam partem ſæpè poſcunt. Quid functio & quæ muneri adhærent? Juro tibi altum ingenium requiri, ut ad omnia iſta conſtes. Ego tamen obduro, in ſcœnam hanc immiſſus ſum, non dimittor aut exeo, omnia conatus. Suſtinenda hæc perſona, quam benignior aliqua fama mihi donat, quam vel hac causâ non nego odiſſe me & velle depoſitam. Pro altâ & divinâ ſapientiâ Poëtæ ſcriptum.

bene qui latuit bene vixit,

quem verſum nimis ſerò huic menti impreſſi, nam reverâ beata in tenebris vita, in ſeceſſu. ut aliud non ſit, quotusquisq; non dicam præmia, ſed judicia ſtudijs noſtris habet. Sed quò abeo. Tu ſalutem nunc à me dic atq; ſcribo aut ſileo, amare æternùm, & hoc audiat ille æternus. De Centurijs nec ipſe adhuc vidi. Utinam ſint pro exſpectatione & voto veſtrum qui amatis, omnibus ut probem nec optem nec ſi poſſem velim. De te non manes? Fata viam invenient, & virtus, cui te trade. me habebis in te pronum, etiam cum hæc terra non habebit, in quâ ſententiâ finio. tu vale.

EPIST. XLI.

Aſſeream.

NICOLAO OLAO.

LÆta audi; Laurentius tandem ad nos, supra votum tuum invenis, ad magna & alta indole & naturâ fertur, in vestigia tua ibit, gaudium nobis dabit, quos tangit. Mansio aliqua mihi hic probatur, sed quæ non nimis diuturna sit. pòst ad alios & alia, Germaniam, &, si voles, Britâniam videat, mores linguamq; discat. Hic demùm ei sedes, uxor, functio, te meq; prensante. ego jam suasor adjutorq; illi ad optima ero tuâ sed & ejus causâ, & reverà ingenio ac virtute meretur. Ad medicinam (de eâ cogitatio antè mihi) nec inclinatio ejus ferat nec poscat usus ad Theologiam eum malim ire; quia, ut nostri hic mores sunt, limen ea est ad honores, & quod magis moveat ad æternos illos, alia libare tantum suadeam. Ipse scribat, & si velis brevi dicat. Ego ut hæc claudam, omnia bona ominor & de eo spondeo, nec fallat aut nos frustret. De Laurentio Severino læta audimus. Jam diu illi speratum talem nodum optavi & requirenti. Benè est adduxit. Nam de opibus amplam audio, de ortu honestum & à magnis amplisq; tractum. De eâ aliquid ipse scripserim, & occurrit his oculis usurpasse. Comis mihi visa, proba, & (quæ magna earum laus) modesta. Si nihil horum esset, apud eum fiat, ut ejus

pietas

pietas & moderatio, atq; etiam morum & ingenij decor est, quo vel invitos aut iratos ad se ducat. Nuptias eas læti lubentesq; trahite, me quod præsentem speras nil opus, & ne vocate non venturum. Faustitèr vel hîc acclamo & corde voveo, nec magis ex illo, qui in templū thorumq; sistant, ubiq; in oculis habituri. Illum illamq; tàm ex fide amabo etsi non venio, quàm me summum illum Deum velim. Is te illosq; servet secundet & felici faventiq; vento in verum felicitatis portum olim sistat. Sed heus addixisti adventum ad nos? ubi ea promissa.

δεῖ τοὺς φιλοῦντας πίστιν οὐ λόγους ἔχειν,

Non verba amicum habere, sed fidem decet.

Cogita, emenda & salve.

EPIST. XLII.

Portuam.

JOANNI LAURENTIO.

LÆtum me fecisti eâ scriptione, mi Laurenti,

-- ἰάνθη κραδίη, γήθησε τε γλῶσσα

-- *Gavisum est lectus beataq; lingua;*

cum vidi, quid cum legi, sic in me pronam & affectam? quid cum munus libavi, quod junxisti magnum; ? earum in ære tuo sic sum, & st.

& superari me in hoc certamine debeo fateri. Amorem excipio, qui sic in te vivit & spirat, ut sententiam si ipse Minos dicat, contra te donet. paucis & devotis verbis. Me habebis qualem voles & optes, quàm diu hæc terra habebit. Fas & Fides audite. A Germania mira quæ inspergis, nec tamen inexspectata. Nam res mihi neglegi videntur, sicut currus qui permissus equis, nec dari consilia aut imperia oportunè nec capi. Sed relinquo hanc curam ijs, qui capita in terris; Illi viderint, utinam tranquillius quietiusq; interdum Reipublicæ hanc navim torquentes! Me hæc vix nisi ut ludi tangunt, qui scio in superis ijs antè conclusum, quid in terrenis his rebus regnisq; fiat. magis insperatus amici illius dolor movet & in mœstum sensum rapit. Ah triste! ah tragicum! Ad quod quid dicam? discamus cavere & metuere, nec metuenda, magis excipere & ferre infracto vultu cum contigerunt; nam ut in mari unda undam pellit: sic in hac vitâ casus casum. Sed hæc talia quando coram? si functio hæc remissior, jam esset, si vel intensa sint & alio hîc substituto ad vos ibo. nimis juvat, calcata olim loca remeare & oculis libare, vos in illis, sic cupidos in me sic volentes. An non & occasio huc brevi? Nam nescio quid de

Bar-

Bartolinâ iterum crassa lætus lubensq; audivi, mag s faciã(Numen citò id donet) de liberatâ felici eo onere & solutâ sit hoc gaudimu maximo & absolutissimo virorum, ut diu ut sæpè videat nõ opũ tantũ (& ita opto) sed animi ingenijq; hos hæredes. officium á me offer in sacro fonte certò tùm venturo, aut si quid â me aut per me possit dari quod sit ad mentem. Sed quid tu ita pauca? annon Centurias meas legisti? in ijs plures ad te aut de te; nam omnes neq; licuit neq; libuit, & sequantur jam aliæ brevi, si videam ævum in his favere. Ibi etiam te videbis & probabis sat scio insperfum. Quid eas ibi laudant aut damnant? Quid Resenius? nam ille vir mihi magnus, & judicium rectè de his talibus aut nemo in hoc ævo. Scribe. juvat indicia habere inclinata, si de præmijs stultum aut supervacuum (& est, mi Laurenti) cogitare. Remitto quæ è tuis apud me erant. N. N. vidi nec (cur non dicam) invidi. N. N. illud etiam non pro spe meâ (tecum hoc sit) eruditum. Woveri illa mihi proba. Stilum acutum, acrem & non calcatum habet, Venerem tota scriptio præfert & ingenij non vigorem solum sed vitam. De Acidalio sententiam qui feram, copia, mihi aut inspectio numquam fuit. si per te erit, beneficium

dabis,

dabis, hoc est, solitum tuum tenueris. Malmogiæ. CIↃ Iↄ c, XVI.

Quem commendasti ita Deus mihi, ut benè, ut benignè faciam tuâ causâ.

EPIST. XLIII.

Portuam:

CHRISTIANO FRISIO.

Religio sit te interpellare in eâ altitudine, in ijs curis. Istam veniam mihi jam da, & inter tâm multos qui cottidiè visunt, petunt, consulunt, me quoq; admitte favoris tui indignum & cupientem. Nam velut hedera, ut se tollat pedamenti & fulcri indiget quod amplectatur: ita nos favore & allevatione vestrum talium. Hæc res me ad te mittit; nimis enim hîc premimur diu & mergimur, nec se sic tollat, quod in nobis est melioris illius venæ, nisi tu attollas & juves. Nam ut Soli temperatura & benignitas ad fertilitatem non facit, non dicam, sed non sufficit, nisi clemētia aëris juvet, & Sol aliquis serenior: ita ingenia etiam magna dotes suas non spargunt & refundunt, nisi gratiâ talium & auxilio adjuta. Optem mihi â te fieri, cum tempus & res ferant, si erit dabitur toto gradu pergere viam quam suspenso & renitente pede, hîc est nunc mihi eunda. Te enim non amico res spesq;

ſpesq; noſtræ in arctum coguntur, & ego in fortunâ non magnâ vitam non traham tantùm, ſed finiam. nec in eam venientem magna fiducia à me cœpta. Sed Deus meliora & tu, in quo utroque non nego, mihi ſpes eſt. Carmen ad te ſcripſi ſuperiore hyeme, aut effudi, hîc habes, oro ut cum gratiâ tuâ & favore legatur.

γιγνωσκομένα
δ' ἀρετὰ κλειναῖς ἀοιδαῖς
χρονία τελέθει,

Ait Pindarus, tu ne ſperne, aut te averte. Epiſtolas etiam mitto; in ijs duas ad te, de alterâ ſcio, prius te accepiſſe, de alterâ ſpero, & quòd ſic editas ex voluntate tuâ ſit. Tibi, illuſtriſſime Domine, (quod unum ſcriptione eâ, quod alijs volui) colentem me & obſtrictum defero, manſurus admirator & cultor tuus, quàm diu in miſerâ hac terrâ maneo. Imò eum affectum ad meliorem illam & beatam feram.

EPIST. XLIV.

Stargardiam.

DAVIDI HERLICIO.

MAnum hanc noſti? Canuti eſt illius, qui olim tàm ſuaviter tecũ, tàm cupitè, is te adhuc non amat, ſed perit. Per temporũ intervalla, per locorum, quæ nos disjungunt, non fuit pone-

ponere hunc affectum. adhuc est, qui fuit, hoc est, qualis Nisi in Eurialum erat, & vitam hanc ponam, cum illum, utinam in te sic diurnet! Nos adhuc Malmogiæ nomine saltim noto tibi loco, in rebus non maximis, sed mihi affectuum modico honestis studiis & animi hæc cultura fallimus, quod in mundo hoc inamœni. Vel nunc in Matthæo eram (nam jucunda illa & Musæa deposui ferè per hos annos) atq; eum continuo & novo, nec diffuso nec contentioso commentario illustrabam. Alius nunc mos scio, ideoq; fortassè censuræ, isti occupationi parùm benignæ. Sed mihi modestia placita, & alibi pugnemus in iis, quæ ad Deum compressis manibus (quod ille ait) stemus. Nec video profuisse adhuc contendere sine modo & rixari. Mihi sedet mores tantùm formare, ut nunc seculum ferax opinionum, sterile devotionis. Et aut ego de magnis ingeniis sensum gustumq; non habeo, aut hæc illis probem. Si tamen ad lucem permittam. Nam cogitationes esse de premendis & multis meis cur te celem. Epistolas nostras mitto. aliud nunc non est, vellem ut tu ad me judicium de iis & censuram; & quid alij culpent aut laudent, qui ibi magni. juvat scire, quanquam non muto semper, si quid rectum mihi

aut

aut probum, quod illi non probent N. N. in te vidimus poteras honestiùs vapulare. Sed consilium tuum probo, quod est tacere. Quid h. ad hæc talia te convertas imò committas?

χρηςὸς πονηροῖς ὀ πτερώσκεται λόγοις,
Verbis bonus non vulneratur improbis.

Apud istos, qui studio & præjudicio incurrunt, nunquam te probabis, & vitam ac famam illi scripto dabis, si respondes; despectum ac neglectum à se concidat, & in ventum ibit, imò in irrisum & quo Volusi olim Annales. Fama aut vita non respiciat. At te, mi Herlici, quàm diu mundus hic stabit. Salve.

EPIST. XLV.

Glassacium.

ANDREÆ SINCLARO.

MIrum sit & novum, ignotum sic ad te dare, nisi omnibus nota sit demissio tua, inclinatio, amor in has Musas, & qui eas præferunt. Prior suadet, reliquæ promittunt, non insuavem fore accessum, ad quem affectus trahit & cultus quidam tui. Magnus Rex equitem te dedit veteri & illustri honore auratum; additâ etiam summâ gubernatione & dominio Martiali per has terras. Nec præmium tibi hoc dedit, sed solvit; & virtus tua stadium

anteà habuit, in quo se exerceret, nunc campum, ut sit ex Dei gloriâ, tuâ laude; usu omnium, eum veneror atq; oro. Ut publicè etiam facerem, libellum hunc dedicatum tibi ivi, in eâ tuas laudes, quas ego educam & diducam olim in la iorem hunc scriptionis campum. animus enim tuus si in his favet, ad majora animum mihi addat. Quid istâ re quæram? in tuum favorem, per eum in Regis venire? res meæ non pro spe hîc aut voto; à te jam fiducia accessit mutationis & meliorum. Et fiet, si apud caput hoc nostrum juves, vota mea ad magna non eunt, nec inter avidos sum, & hiantes illas conchas. Commodiore tantùm loco esse non altiore hoc opto, non meâ tantùm sed patriæ causâ, in cujus laudes me fundo, victorias, triumphos, ut vel non creditas adstruam; vel sepultas producam è tenebris & longo ævo. Est alius qui id jam agit. Decem satis non sint ad has curas. utinam coràm aliquandò dicam! & erit si vivo. Spes enim mihi est, verè dico, in mente & ope tuâ; & tu ne dejice aut frustra: ita famâ olim

Troica vincas

Secula, & Euboici transcendas pulveris annos.

Ad quam tua virtus materiam, mea industria stilum addat.

EPIST.

EPIST. XLVI.

Montem Belticum.

LAVONI URNÆO.

AD Musas non eo mi Urnæe, sed curro (nè arrogans sit) & ostenderem, me junxisse, si mei voti essem, si vitæ. nam functio ea non ex meo usu, studia hæc in arctum cogit, nec vult hic status, quæ ego volo, & currentem sistit. Epistolas tamen dedi hac æstate; nam reliqua non aspicio, etsi ad finem pœnè ducta, donec me majus otiũ aspiciat. Eæ ad te eunt, ac jam poscunt admissionem. sume explicato vultu & mente. Debui, mi Urnæe, eas dare, qui affectum jam antè largè in me declaras, & eâ magnitudine es & sapientiâ, ut in paucis priscum Daniæ splendorem sustentes. Paucos habeo, quibus hîc innitar, te inter primos reperio, ad quem acclinem. qui velut manu injectâ ad te ducis & juvas. Reponere hoc volui & apud posteritatem sic testari, de benivolentiâ eâ & favore, quam à me iterum addico & oculos hos claudam antequam in te affectum. Ità altè penetravit, &, ut sic scribam, increvit in animum hunc Urnæus. Vale & cultum à me semper exspecta, quem celsitudo tua postulat & fortuna.

EPIST. XLVII.

Portuam.

GEORGIO MAGNO.

POrtuæ jam es, bono & commodo tuo ut sis hortor ac voveo. Mansio ibi langior non fuisset è tuo usu. & rem dicam, gaudeo illuc venisse; suadeo manere & in meliori hac mente. Musas enim iterum amplexum opinio nostra est & votum, ut arctè possis, vide quibus te misces. non desunt. qui vitia affricent & aspirent novis adhuc & morum ignaris. Bonos potes debesq; amplecti & eos aspice, in viam & vestigia eorum te da. Janum Vullenium audio reversum ex longâ peregrinatione. nosti? Socium tibi hunc velim & consortem, nec Musæ quenquam dederint magis ex voto aut ex usu. Industriam & pietatem in eo juvene semper amavi, & ut vidi primùm (Herlovææ id fuit ante annos plures) certè admiratum illam indolem ivi. Est ibi A. Corvinus, ipsa sapientiæ & Phœbi item proles. Est L. Samius è manu olim meâ culturâ. his jungi te velim, cum ijs ad recta & alta ire; nam huc contendunt, & pertingant, si ab ullis sperandum. Sed in hac scriptione mihi suspirium nobis non licere, vix spem jam esse. Nam hæc functio ut remittat quis dabit? Eâ sic intentâ

nec

nec reditus quidem nobis ad libros, Sed desino hujus excursus. Inter doctores Bartolinū ama, doctiorem ea urbs non habet,&in eâ comitate & candorem morum, & Resenium mihi inprimis audi, virum. sed demissio ejus ac despectus & contemtio laudis os mihi frenant. & alij vix infra istos sunt. fructum dabit ad quemcunq; te dones. Opto, & ut felici pede semitam eam decurras. Quo? ad sapientiam & virtutem, quò nisi imus valdè à recto abimus. Sed tu i & ad alia longiùs longiusq;, mi Magne. omnia adsunt quæ huc juvant ingenium, amici, occasio etiam, omnia magna & in summo quæ tu æstima, & magni habe, neque enim

θεὸς πᾶσι τὸ γ' ἔδωκεν,

Deus omnibus hoc ita donat.

Sed incido. Tu quæ nova ibi erunt, scribes, vel stili tui causâ, quē exerceri sic utile. venia semper erit & mihi jucundum à te appellari. Vale, & quid in re & spe tuâ sit, liberè hîc depone. quod in manu meâ est, quod in meorum, à me, aut per me tibi erit. Malmogiæ. ∞ Iↄc XVII. Intra duas has tresvé septimanas sermonis copia inter nos erit, & aut ego ad vos ibo, aut te istuc deducam. Tùm de eó, quod tangis, alijsq;. nam ego nunc de studio & consulto omisi.

EPIST. XLVIII.

Portuam.

CASPARO BARTOLINO.

ETiam ſeculum dat, qui vos Hectores audent, & Polydamas adhuc aliquis in vivis? vidimus hîc N. N. in te quædam, & vin ſcribam? riſimus. quid vero? Troilus erit ad te Achillem, & nobis riſum, ſuis dolorem debet. Tu ad ea quid facias? contemnas, ea eſt ſapientia tua & robur. ut fures divitibus inſidiantur, mendicos neglegunt: ita hic eſt, ubi virtus ſe oſtendit ſtatim etiam livida illa Dea, & ignoti atq; ignari ſolùm ab eâ liberi. qui ad famam & judicia aſpirat, ad ſiniſtra etiam ſe paret, & ſatis eſt, ſi meliora præponderent. Venti ſecundantes illas auras turbant non pellunt, ſe miſcent non ſuperant, tu famæ & poſteritati permitte, quam animus tuus tutò ſibi ſpondeat non iniquam. Hæc talia non in animum immittenda, vix aſpicienda, & ſi ſunt dimittenda, ut venti, neque aliud iſta ſunt. Oculos hîc claude, imò aures, nec iis inſurge aut occùrre, quos nulla tua gloria vincas. Sicut in aquam aut lutum qui baculo ferit, maculas in ſe plures & humorem elicit: tale in iſtis, ſubjicias non domes aut tranquilles. Illud vetus mihi probum:

ἀδεῖ,

ἥδιον οὐδὲν οὐδὲ μουσικώτερον
ἔστ', ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν,

Nil dulcius nihilq́. Musicum magis
Est, posse quàm calumniantes sic pati.

Tibi cur non sit? semper fuit, semper erit laudis comes invidia, & qui jam nomen: eam etiam habebit, at nos perpetuum inter nos amorem. Quid Jac. Finckius? redijt, & salve illud lætis gratantibusq; dictum? Quandò apud me fiat? erit né ut his oculis usurpem antequàm æternum tandem claudam? Voveo. & ne ante me lethum auferat, quàm ille huc se ferat, cujus mœstos oculos & animum in discessu observabam nec meis quidem illis lætis aut hoc intacto. Sed lætus felixq́; maneat, sedem eligat. non enim suspicor de peregrinatione longiore. Famam honores augeat, aut magis dicam, servet; (nam ea jam diu in magno) & cum otium sit, nos inviset. Me utinam intentior hæc functio permitteret excurrere interdũ & evagari, atq; ut alij arbitrio nostro abesse, residere! Viderem sæpé vos audiremq́;. Dulcior vita esset & valetudo ipse firmior hilarata vario sic alloquio & aspectu. Non datur, non dabitur, quod pejus est, ut me hîc ligant mollem à naturâ & audientem.

Quis magnus aliquandò educet?quis sedem semel vacuam det ab his turbis? in quâ Deum quietè tranquilléq; venerer. Me & has Musas colam? in quâ lucubrationibus locus ac tempus sit? Nam hîc quidem cum adfecta plura habeam, non digero aut effero, ita menses & septimanæ fluunt in continuâ hac occupatione & remissionem non dante servitute. Quod fessum tardumq; concinnet, hoc corpus & uno verbo ex alacri pigrum pœnè fractumq; reddit. Nã labores ut excitant aliqui sic exhauriunt nimij & exedunt. Tamẽ aliquid bervi ad Sinclarum habebitis, sed nolim res maximas exspectari, nec id argumentũ tulit. Salve, salve.

EPIST. XLIX.

Rosæfontem.

ALBERTO CORVINO.

ITerum à te vidi benivolentiæ plenas & curæ quæ tibi de me est, quædam meis. Istâ delector, illam opto longam fore, & à me addico ætatem. De Mariagrio quod indicas & doles, id vero mihi gratum; nisi n. me amares, nisi meos, non caderet in te is affectus. Ego quid sentiam aut succenseam? levis res & amissio est. Et cur negem nonnulla ejus culpâ hoc fit. cur honorem eum neglexit aut contemsit? nam rem habet & quam multi ad alta veniunt, qui non

digni

digni cum eo. Sed parco. consuetudini aliquid dandum erat, imò legibus quas accipere debemus, non dicere, ferre non dare aut novare. Sed hæc mitto, credo ipsum dudùm ab animo. Jam in meis rebus, quod de mutatione addis, id verô nihil. Risu solutus sum in illâ gratulatione, méne ad tàm alta destinari & obscurum tenuemq; subito induci in clarã illam lucem? mihi crede nihil consultationis, nihil cogitationis est, aut fuit super me illuc traducendo. Ut me tibi aperiam, dubito an acceptem vel nunc oblatum. Quis mei illic usus? adulari, laudare, blandiri, non est meum, nec eorũ quos melior Phœbus aut ævũ ament. quod ibi solitum & pœnè necessum. Si omninò hîc non maneo, ad quietiora anhelem & mente eam. Affectent inhientq; eò, quibus visum, splendida hæc emant inhientve; ego dudum

Omitto mirari superbi
Fumum & opes strepidumq; mundi.

Da mihi veniam immutare parùm & adaptare. In obscurum despectumq; intendo, ubi lateam ignoresq; inter viles. ò quando tantùm locus sedesq; sedabit! ubi mihi sic vivam. dies cum fructu & sine famâ traham

Expers curarum atq; animum virtute quieta
Compositus semperq; meus.

Ubi studia hæc & litteras tractem, solatium ex ijs & lenimen parem contra turbida hæc & languida quibus vita terrena distinguitur ex fatali quadam lege. Ubi labes istas morum, ubi lapsus hos rerum non audiam, hanc nunc solennem vitiorum hominumq; colluviem non spectem, aut intersim. Sed quò eo? Epistolas videbis brevi, sed duas tantùm Centurias; nam reliquas adhuc teneo, dum videam, quò recidant primi hi conatus. judicia vestra coràm audiam, aut si non licet, legam. Windium, eò audio venisse, ad Genium meliorem & nostrum virum. Saluta, amo & debeo, ut est raritas talium virorum in hoc nostro ævo. Eum, teq; opto sanè, benè, jucundè esse, tales diu perseverare.

EPIST. L.

Portuam.

GEORGIO MAGNO.

SUave mihi in tuis litteris, quod urbs ea est & te capit: etsi quem non, qui ingenio alacri & magno sit? varia ibi inspectio: Varius cultus loci atq; hominum & confluxus adeò ex multis terris, quos vel Regia vel Accademia (sed

(sed magis illa) eò ducit. videre ibi sit quidquid ad fructum aut voluptatem, etsi tu hanc non propone. Multa etiam vana oculis auribusq; objici, non frustra suspicor, ipse expertus; tu declina vitâ, ad alia te da. Habes ibi ad quos potes, in omni litteraturâ claros, celebres, magnos, eos audi, adi, & in animi & stili partem verte. alios tamen non omitte. Quos? primos illos summosq; doctores, id est, mortuos, eos volve, quæso te, revolve, in ijs monita & hortationes ad omnem virtutem atq; etiam sapientiam, quam animo tuo jam is quæsitum. Fac, ô mi Magne, & virtute, constantiâ, labore ducibus, ad fastigium hoc laudis conscende. Sicut bulbos qui disserunt flores ex iis cum gaudio vident: sic ego à vobis doctrinæ & virtutis illos flores, si dabitis, qui eam insevi, & meliore quodam succo directionis & culturæ inspersi, & tu dabis aut nulli è meis opto

Et quo te melior Phœbus monstraverit ire.

De reliquis quæ addis, per deum pone hanc curam. pergamus viam inivimus non sistendi his impedimentis, vix aspicientes. Nihil gloriam secum, quod non invidiam simul trahit. si in oculis est qui patrat; nam in notos inspectosq; plerumq; vertimus, in dissito,

aut

aut defunctos benigni. Multi quod in se non inveniunt in aliis visum oderunt, & cum ipse se attollere nequeunt, alios nolunt, factis cum remoras dare non possunt, conantur linguis. Nam ut serpentes quidam non visi lædunt: tale isti aspectum non sustinent, in occulto ferè detractatiunculas has spargentes. Nec tàm altus unquam fuit, qui non sic petitus. Quis isto seculo (longiùs non te duco) vel paulùm se attollebat, qui liventes has linguas non habuit? Scaligerum vide Lipsiumq;. nam in humanis nil fuit supra istos. quot in eos fuerunt non sermonibus solùm aut dictis, sed scriptis & libellis? Et tu me teq; vis exortem. Ignotus ignavusq; mane; eris. tolle paulùm & nomen famamq; sparge, pro uno laudatore plures senties detrahentes. Sed in breve tantum, & benignior illa fama fumos illos statim spargat, ut Sol nubes. omitto. Hamiltonum ibi nosti? valdè mihi est inter amicos, vide ocyus Charitum & Phæbi sobolem. Libentem volẽntemq; in te meq; reperies. Paulus Andreas etiam est né ibi? ubicunq; ille magnus, sed fortunam pro doctrinâ illi fluere nondum video. Sed hæc quoque accedet. à Sartorio illa mittere te velim. & si quæ in publicis perscribi, quæ curare me sine curâ tamen non nescis.

EPIST.

EPIST. LI.

N. N. S. ET AMOREM.

VIdi litteras ab ipsâ Humanitate tibi dictatas & vidi cum admiratione (eo verbo utendum eſt) & voluptate, in iis animum & amorem tuum. utrumq; magnum & qui à meliore Phæbo non calet ſed ſpirat. Antè ſcripſiſſe te & miſiſſe dicis, crede, nihil me tuum vidiſſe à diſceſſu meo è Bohemis, id eſt, ab ipſis ſeptem annis. an ad tuas tacuiſſem, qui in me tàm promtus & volens? diligentior ſum ad reddendum, magis cum tales laceſſunt & provocant. nunc amorem, fidem, cultum offers. illa accipio, iſtum non mereor aut poſco, à me addico. Pro Lipſio proq; Puteano verè decoreq; cenſes, in gloriam illi geniti induſtriæ, pietatis, ſapientiæ & omnibus ijs numeris abſoluti. in rem magis quàm ſpeciem docti, in omni genere viri cujusmodi nec voto nos ſimus. De me in pectus penitum dimiſi in animum, & juvat ac paſcor inſpectione. Ita multa ibi haurio habeoq; prudentiæ imò acuminis plena, ita mentem mihi attollunt ſupra viles res hominesq;, qui ævum hoc tenent. luxuriam, laſciviam, faſtum in odium ſupra Vaticanum apud me ponunt. divitias, hono-

honores, omnia exrerna in contemptum ducunt. Sæpé mihi cum magno Poëtâ clamant:

Improvisa lethi
Vis rapuit rapietq́; gentes.

Me sic imbecillum & paucarum virium cogitare monent de discessu, Parcas dabere ante oculos, quæ ad cœlum & alta hæc ducunt meditari, ætatem nullos facere immunes, omnes modò natos subjici huic tributo, & quæ longum sit hîc narrare. Quod me his misces, quod addis etiam apud vos jam mihi nomen esse, magis amo quàm credo; si enim me, si meà video, animum contraho. Etiam ad illos tuos sive rogatus, sive consilia. Vos amo, loca illa amo, magnis viris semper insessa. sępé animus fuit videre; cernere & salutare magna illic lumina. Adhuc non datum, quod meus dolor est & damnum, nunc non dilatum, sed, ne fallam, desperatum est. Possem jam sic invitatus. multa obstant, religio quam scis à vobis aversam, adhuc enim obhæreo, uxor etiam (tibi non creditum) quam hîc duxi, sapientiam etiam tracto, sed non quæ pompam & colorem habet. Nam Mercurium in pectore ego magis quàm linguâ, judicio & consilio, quàm eâ fortasse melior. Hac parcus sum non rei ut ingenii inopiâ, sed quia sic decrevi. Et his moribus;

bus, nullus mei ibi usus. Jam qui semel sedem ponimus, ægrè movemus, id magis cum in terrâ, quæ nos dedit

ἦ γ̓ πατρῴας ἀνδρὶ φίλτερον χθονός,

Terrâ viro quid suavius est patriâ?

Et alii ut possunt mihi certum & impressum est à patriâ non devertere aut disjungi, sed neque à tui unquam amore, licet in alio de Religione & cultu divino judicio. Ad N.N. hîc habes, trade X. Kal. Jan. nam vestræ diu in viâ.

Epist. LII.

NN. CULTUM ET AMOREM addico.

EPistolam tuam ad me legi, id est, saccarum & mulsum gustavi. allectantia verba & ex animo non summis labris profundis. lætor, non tantùm gaudeo, tales in me esse, & ibi esse quem non moveat & attollat id sive judiciũ, sive amor & á vobis in eo culmine & summo? amicitiã, auxilia addicis, an ea tantùm? opes honores & sedẽ denique apud vos. Unde mihi à vobis hæc humanitas? ubi nec auditũ hoc nõ mẽ censebã, lætor, sed oblata appetere possũ nõ accipere. uxor nũc ligat, quã ab his locis non perduco. Religio etiã à vobis abit (quid dissimulem?) & eã liberã nõ detis. Duo ista nisi sint imò postremum id nisi sit, assumerem quod ultrò

fie

ſic offertis ut viderem, amplecterer, jungerer tàm candidis & in me pronis. gratias ore agerem, factis oſtenderem. Et quanquam id non licet, non morietur apud me hæc benignitas, imò non apud alios, in orbis ſpacia & ævi ibit, quàm latè ego, aut ſcripta mea ibunt. Quod addis audiſſe te meditari me aliquid de Religione à Poëtis tractum, ita eſt, aut potiùs jam meditatum; nam ante annos ſepoſitâ eâ curâ: nolim in exſpectatione ibi eſſe, quia nihil in eo magnum præter argumentum, quia non ante mortem, ut multa mea aut fortè nec tùm edendum. Delectare iſtâ re poſſum, parùm juvare, immenſam fortaſsè lectionem quoquè oſtendere. Sed quid hoc neceſſe? nam in recreatione (talem habui) ſcio labore ſupra quam credat vulgus me defunctum. Quod quæris de Bagonij annis ſcito nil poſſe me definire; abeſſe etiam qui certam notitiam darent. Nam Cimbria natale ei ſolum, à quâ nos hic longè. Novi à multo tempore virum (Pragæ id primò factum) puto quinquennio aut ſexennio me majorem. Diceſſit autem, ſi memoria in eo conſtat, nunc ante quadriennium primò, id eſt, circa triceſimum ætatis. Hactenus ſcivi referre, hoc etiam ingenium magnum fuiſſe, mores candidos vel ad hybernam hanc nivē,
in

in vestro de pietate, de DEO, sensu & quæ non hic deduco. De Lipsio, hoc est, summo Belgarum, qui fuerunt vel erunt, verè censes, debemus

Nil oriturum aliàs aut ortum tale fateri.

In omni doctrina vir fuit, cujusmodi nec voto nos simus. & ingenium ejus, judicium, Venerem non capiunt nisi, qui ipsi habent. Ego in eo semper, & juvat at pascor eâ lectione. Ita multa invenio prudentiæ & acuminis plena. lætor te conspirare mecum in hoc affectu. Ego munus hîc adjungo, quod colorem ab eo traxit, si perveniet, lege, cense, & mihi non succense, quod hoc quidem tempore non pareo. Vale Ampl. & Reverend. Domine, & me ama semper jam tuum. CIↃ Iↄc. XVII.

EPIST. LIII.

Rostochium.

EILHARDO LUBINO.

IN silentio tuo, mi Lubine, miror, & si verum dicam, mæreo. fontem habeat necesse est, vel à contemptu nostri, vel, quod malo, ab occupationibus tuis. nec enim ulla Parca nodos inter nos rumpat arctissimi amoris. de me addico, de te opto. Sed literis meis quid factum, & iis quæ junxi? accepisti? an fefellerunt, quibus

dedi. nescio quid sperem, aut mihi addicam, cum sic tardas. Illi nunc redierunt, nunc ante mensem, ajunt tradidisse. per Musas nostras oro, per amicitiæ Genium, ne neglegas, si quâ viâ id pote, aut protollas. aut quod omninò facile, ut significes, an ibi non possint, non velint, ut ad alios eam. Non merui apud te tantum, aut in commodum unquam fui! Enitar in eo quod restat ævi, si valeo, si mea, nec serenitati huic alia sors nubem inducat. & Morycho stultior sit, qui non cogitaret. sed juvat de successu scire, nô fuerit ut hucusq; sit dilatum. Scribe, imò mitte, & me in cœlo collocabis novâ (explosâ alicui phrasi) apotheosi.

EPIST. LIV.

Mediolanum.

ERYCIO PUTEANO.

EGo verò te non amem Elegantiss: Puteane, & jucũdissimâ imagine mecũ circumferã? Ne prorsus ferreus, & ab omni humanitate sim relictissimus. Sed patere tibi dici, quod officiis & amore vincere me paras, vereor ne frustra sis. Facilè enim in alijs tibi cesserim, modò hîc victorem me agnoscas. Sed quæso quæ Gratiæ, quæ Veneres literas tibi dictant? Flammam te scribis. Credo. nam torreri me igne tuo sentio.

Ma-

Magnam horum hominum experior humanitatem: eam tamen talem, ut hunc locum sedem errantis animi eligere hactenus non potuerim. Itaq; eis paucos dies Hamburgum petam, ut res meas componam, & in Italiam redeam. Interim tuum erit, amicissime Puteane, commendare illustriss. Cardinali Borromæo, ut foveat eundem animum, quem semel in me habere cœpit. Varias lectiones avidè aveo. Pragæ, ipsis Kalendis Julij clɔ Iɔc II.

J. W.

EPIST. LV.

Portuum.

CASPARO BARTOLINO.

SUme suspirium, vir amate, mea vixit. Aliter præ luctu præ lacrimis non edico, & hæc stillas ab oculis bibit, quas detergo, exsicco. Ea mors me mihi surripuit, & nunquam reddat, aut ire sinat ad solitam quietem. Quid dicam aut obvertam? unda est

omnibus,

Quicunque terræ munere vescimur,
*Enavigand*a.

Transitus suos & interitus mortalia habent, cũ metæ venerint, nulla vis & consilium firmet. Unum hoc optem, nõ procul abesse diem, quæ

ab his tenebris me simul in lucem illam æternam inferat,& me meæ reddat.

Ostendent sedes ubi fata quietas.

Jam jam exspecto horam & exquiro, quo me fatum hoc corpore & carcere solvet, nihil me jam tenet aut delectet. Metum evici, qui si ligat alios non me, trepident & caligent omnes, at non ego. Captivus leo expansâ custodiâ nõ ejicitur sed aufugit & redit ad notas silvas & campos: Sic ego cum voluptate in æterna & perennia roseta. At juvenis, sed ævi tàm satur quàm Nestor aut Priamus amissâ meâ. Quid enim præter lachrimas & incommoda suppeditat hæc ætas. Quin jam dolor in morbum duxit, qui forte sonticus est,& protolli parum, non tolli volet, egoq; jam in thoro fatali libros & oculos æternùm claudam? Duram (ut videtur licet non mihi) fortunam, sed quam antiquare (cum Puteano dicam) non possumus, culpare non debemus. Fiat quod Deus & fatalitas volent. Qui si finem paulum adhuc removit, & vitam longiorem posuit, eam decrevi in locis non istis degere. Redibo cum Musis in gratiam, in Academias exteras inclinat animus. Ex citherone liquor suavis mihi fuit, sed latuit sub fundo amaror,& festinanter rivum ad me fecit, Redeam ad eum, qui ex Helico-

licone fluit. Sed ſumptum ea res ſumet? cui aſſervem aut conferam? Non aſpiro ad Mydonias opes, erit tamen quod poſteris relinquam, ſi fama reſpexerit. Majorum fortitudo, geſta, virtutes, tam amarum fatum experta ſunt, ut ne veſtigium ſui reliquerint, & ſepulta jacet, ô patria tua gloria, triumphi, laudes. Nemo eruit, nemo aſpicit. Venuſinum meum quæ nõ præſumentem, quæ non promittentem fatum, quod non ſperabat, evocavit. Quid reliquit? Tot lineas, quot Thebarum portæ. Sed feciſſet, viam ad æternitatem ſtraviſſet, niſi eum Parcæ; nec cenſeo majus aut vividius ingenium fuiſſe hoc ævo. Deo ita viſum magnos quoſq; traducere ad magnam illam cœli ſedem, ad quam nos quoq; aſpiramus, adeoq;

Vitæ ſumma brevis ſpem nos vetat inchoare longam.

Ego jam pranſus & paratus ad curas has eo, ad Hiſtorias flecto, & quidquid vitæ velocij ſuperſit, mihi certũ conferre ad hanc meliorem mentem, ut, quod in me eſt, fugitivas majorũ laudes retraham in noſtrum ævum, & Heroes à tenebris erutos in luce & die ponam, ſi vires ſequentes anni dabunt & valetudo, quæ adhuc (magno Deo gratiæ) firma fida fuit. Sed da-

aut defunctos benigni. Multi quod in se non inveniunt in aliis visum oderunt, & cum ipse se attollere nequeunt, alios nolunt, factis cum remoras dare non possunt, conantur linguis. Nam ut serpentes quidam non visi lædunt: tale isti aspectum non sustinent, in occulto ferè detractatiunculas has spargentes. Nec tàm altus unquam fuit, qui non sic petitus. Quis isto seculo (longiùs non te duco) vel paulùm se attollebat, qui liventes has linguas non habuit? Scaligerum vide Lipsiumq;. nam in humanis nil fuit supra istos. quot in eos fuerunt non sermonibus solùm aut dictis, sed scriptis & libellis? Et tu me teq; vis exortem. Ignotus ignavusq; mane; eris. tolle paulùm & nomen famamq; sparge, pro uno laudatore plures senties detrahentes. Sed in breve tantum, & benignior illa fama fumos illos statim spargat, ut Sol nubes. omitto. Hamiltonum ibi nosti? valdè mihi est inter amicos, vide ocyus Charitum & Phæbi sobolem. Libentem volẽntemq; in te meq; reperies. Paulus Andreas etiam est nè ibi? ubicunq; ille magnus, sed fortunam pro doctrinâ illi fluere nondum video. Sed hæc quoque accedet. à Sartorio illa mittere te velim. & si quæ in publicis perscribi, quæ curare me sine curâ tamen non nescis.

EPIST.

EPIST. LI.

N. N. S. ET AMOREM.

VIdi litteras ab ipsâ Humanitate tibi dictatas & vidi cum admiratione (eo verbo utendum est) & voluptate, in iis animum & amorem tuum. utrumq; magnum & qui à meliore Phæbo non calet sed spirat. Antè scripsisse te & misisse dicis, crede, nihil me tuum vidisse à discessu meo è Bohemis, id est, ab ipsis septem annis. an ad tuas tacuissem, qui in me tàm promtus & volens? diligentior sum ad reddendum, magis cum tales lacessunt & provocant. nunc amorem, fidem, cultum offers. illa accipio, istum non mereor aut posco, à me addico. Pro Lipsio proq; Puteano verè decoreq; censes, in gloriam illi geniti industriæ, pietatis, sapientiæ & omnibus ijs numeris absoluti. in rem magis quàm speciem docti, in omni genere viri cujusmodi nec voto nos simus. De me in pectus penitum dimisi in animum, & juvat ac pascor inspectione. Ita multa ibi haurio habeoq; prudentiæ imò acuminis plena, ita mentem mihi attollunt supra viles res hominesq;, qui ævum hoc tenent. luxuriam, lasciviam, fastum in odium supra Vaticanum apud me ponunt. divitias, hono=

honores, omnia exrerna in contemptum ducunt. Sæpè mihi cum magno Poëtâ clamant:

Improvisa lethi
Vis rapuit rapietq; gentes.

Me sic imbecillum & paucarum virium cogitare monent de discessu, Parcas dabere antè oculos, quæ ad cœlum & alta hæc ducunt meditari, ætatem nullos facere immunes, omnes modò natos subjici huic tributo, & quæ longum sit hîc narrare. Quod me his misces, quod addis etiam apud vos jam mihi nomen esse, magis amo quàm credo; si enim me, si meà video, animum contràho. Etiam ad illos tuos sive rogatus, sive consilia. Vos amo, loca illà amo, magnis viris semper insessa. sępè animus fuit videre; cernere & salutare magna illic lumina. Adhuc non datum, quod meus dolor est & damnum, nunc non dilatum, sed, ne fallam, desperatum est. Possem jam sic invitatus. multa obstant, religio quam scis à vobis aversam, adhuc enim obhæreo, uxor etiam (tibi non creditum) quam hîc duxi, sapientiam etiam tracto, sed non quæ pompam & colorem habet. Nam Mercurium in pectore ego magis quàm linguâ, judicio & consilio, quàm eâ fortassè melior. Hac parcus sum non rei ut ingenii inopiâ, sed quia sic decrevi. Et his moribus,

bus, nullus mei ibi usus. Jam qui semel sedem ponimus, ægrè movemus, id magis cum in terrâ, quæ nos dedit

ἦ ἡ πατρώας ἀνδρὶ φίλτερον χθονός,

Terrâ viro quid suavius est patriâ?

Et alii ut possunt mihi certum & impressum est à patriâ non devertere aut disjungi, sed neque à tui unquam amore, licet in alio de Religione & cultu divino judicio. Ad N.N. hîc habes, trade X. Kal. Jan. nam vestræ diu in viâ.

EPIST. LII.

NN. CULTUM ET AMOREM addico.

EPistolam tuam ad me legi, id est, saccarum & mulsum gustavi. allectantia verba & ex animo non summis labris profundis. lætor, non tantùm gaudeo, tales in me esse, & ibi esse quem non moveat & attollat id sive judiciũ, sive amor & à vobis in eo culmine & summo? amicitiã, auxilia addicis, an ea tantùm? opes honores & sedẽ denique apud vos. Unde mihi à vobis hæc humanitas? ubi nec auditũ hoc nõ mẽ censebã. lætor, sed oblata appetere possũ nõ accipere. uxor nũc ligat, quã ab his locis non perduco. Religio etiã à vobis abit (quid dissimulem?) & eã liberã nõ detis. Duo ista nisi sint imò postremum id nisi sit, assumerem quod ultrò

fic

ſic offertis ut viderem, amplecterer, jungerer tâm candidis & in me pronis. gratias ore agerem, factis oſtenderem. Et quanquam id non licet, non morietur apud me hæc benignitas, imò non apud alios, in orbis ſpacia & ævi ibit, quàm latè ego, aut ſcripta mea ibunt. Quod addis audiſſe te meditari me aliquid de Religione à Poëtis tractum, ita eſt, aut potiùs jam meditatum; nam ante annos ſepoſitâ eâ curâ. nolim in exſpectatione ibi eſſe, quia nihil in eo magnum præter argumentum, quia non ante mortem, ut multa mea aut fortè nec tùm edendum. Delectare iſtâ re poſſum, parùm juvare, immenſam fortaſsè lectionem quoque oſtendere. Sed quid hoc neceſſe? nam in recreatione (talem habui) ſcio labore ſupra quam credat vulgus me defunctum. Quod quæris de Bagonij annis ſcito nil poſſe me definire, abeſſe etiam qui certam notitiam darent. Nam Cimbria natale ei ſolum, à quâ nos hic longi. Novi à multo tempore virum (Pragæ id primò factum) puto quinquennio aut ſexennio me majorem. Deceſſit autem, ſi memória in eo conſtat, nunc ante quadriennium primò; id eſt, circa triceſimum ætatis. Hactenus ſcivi referre, hoc etiam ingenium magnum fuiſſe, mores candidos vel ad hybernam hanc nivē; in

in vestro de pietate, de DEO, sensu & quæ non hic deduco. De Lipsio, hoc est, summo Belgarum, qui fuerunt vel erunt, verè censes, debemus

Nil oriturum aliàs aut ortum tale fateri.

In omni doctrina vir fuit, cujusmodi nec voto nos simus. & ingenium ejus, judicium, Venerem non capiunt nisi, qui ipsi habent. Ego in eo semper, & juvat at pascor eâ lectione. Ita multa invenio prudentiæ & acuminis plena. lætor te conspirare mecum in hoc affectu. Ego munus hîc adjungo, quod colorem ab eo traxit, si perveniet, lege, cense, & mihi non succense, quod hoc quidem tempore non pareo. Vale Ampl. & Reverend. Domine, & me ama semper jam tuum. CIↃ IↃc. XVII.

EPIST. LIII.

Rostochium.

EILHARDO LUBINO.

IN silentio tuo, mi Lubine, miror, & si verum dicam, mæreo. fontem habeat necesse est, vel à contemptu nostri, vel, quod malo, ab occupationibus tuis. nec enim ulla Parca nodos inter nos rumpat arctissimi amoris. de me addico, de te opto. Sed literis meis quid factum, & iis quæ junxi? accepisti? an fefellerunt, quibus

dedi. nescio quid sperem, aut mihi addicam, cum sic tardas. Illi nunc redierunt, nunc ante mensem, ajunt tradidisse. per Musas nostras oro, per amicitiæ Genium, ne neglegas, si quâ viâ id pote, aut protollas. aut quod omninò facile, ut significes, an ibi non possint, non velint, ut ad alios eam. Non merui apud te tantum, aut in commodum unquam fui! Enitar in eo quod restat ævi, si valeo, si mea, nec serenitati huic alia sors nubem inducat. & Morycho stultior sit, qui non cogitaret. sed juvat de successu scire, nô fuerit ut hucusq; sit dilatum. Scribe, imò mitte, & me in cœlo collocabis novâ (explosâ alicui phrasi) apotheosi.

EPIST. LIV.

Mediolanum.

ERYCIO PUTEANO.

EGo verò te non amem Elegantiss: Puteane, & jucũdissimâ imagine mecũ circumferã? Ne prorsus ferreus, & ab omni humanitate sim relictissimus. Sed patere tibi dici, quod officiis & amore vincere me paras, vereor ne frustra sis. Facilè enim in alijs tibi cesserim, modò hîc victorem me agnòscas. Sed quæso quæ Gratiæ, quæ Veneres literas tibi dictant? Flammam te scribis. Credo. nam torreri me igne tuo sentio.

Ma-

Magnam horum hominum experior humanitatem : eam tamen talem, ut hunc locum sedem errantis animi eligere hactenus non potuerim. Itaq; eis paucos dies Hamburgum petam, ut res meas componam, & in Italiam redeam. Interim tuum erit, amicissime Puteane, commendare illustriss. Cardinali Borromæo, ut foveat eundem animum, quem semel in me habere cœpit. Varias lectiones avidè aveo. Pragæ, ipsis Kalendis Julij cIↄ IↄcII.

J. W.

EPIST. LV.

Portuam.

CASPARO BARTOLINO.

SUme suspirium, vir amate, mea vixit. Aliter præ luctu præ lacrimis non edico, & hæc stillas ab oculis bibit, quas detergo, exsicco. Ea mors me mihi surripuit, & nunquam reddat, aut ire sinat ad solitam quietem. Quid dicam aut obvertam? unda est

omnibus,

Quicunque terra munere vescimur,

Enaviganda.

Transitus suos & interitus mortalia habent, cū metæ venerint, nulla vis & consilium firmet. Unum hoc optem, nō procul abesse diem, quæ

licone fluit. Sed sumptum ea res sumet? cui asservem aut conferam? Non aspiro ad Mydonias opes, erit tamen quod posteris relinquam, si fama respexerit. Majorum fortitudo, gesta, virtutes, tam amarum fatum experta sunt, ut ne vestigium sui reliquerint, & sepulta jacet, ô patria tua gloria, triumphi, laudes. Nemo eruit, nemo aspicit. Venusinum meum quæ nõ præsumentem, quæ non promittentem fatum, quod non sperabat, evocavit. Quid reliquit? Tot lineas, quot Thebarum portæ. Sed fecisset, viam ad æternitatem stravisset, nisi eum Parcæ; nec censeo majus aut vividius ingenium fuisse hoc ævo. Deo ita visum magnos quosq; traducere ad magnam illam cœli sedem, ad quam nos quoq; aspiramus, adeoq;

Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam.

Ego jam pransus & paratus ad curas has eo, ad Historias flecto, & quidquid vitæ velocij superfit, mihi certũ conferre ad hanc meliorem mentem, ut, quod in me est, fugitivas majorũ laudes retraham in nostrum ævum, & Heroes à tenebris erutos in luce & die ponam, si vires sequentes anni dabunt & valetudo, quæ adhuc (magno Deo gratiæ) firma fida fuit. Sed da-

mnas ne sejungere me à vulgo sermonē & [illegible] τὰς λεωφόρους μὴ βαδίζειν (*per publicam viam non ire.*) Hanc viam & veteres calcarunt & Lipsius nunc iterum præivit, altus, alacer, sublimis, plenus spirituum & sanguinis. Ad eum me donare cœpi, imò natura traxit, & stilus jam ab eo colorem spero ducit, nec pœnitet, ut jam tempora & mores sunt, & fama ac vita spero respiciet. Quærimus in cibis, non saturitatem solum, sed & saporem: Ita lector in his scriptis non rem modo sed dictionem dulcem & venustate mistam. In inamœnis saltibus inter vepres & dumos flores & frondes non quærimus, si in amato & patentī vireto sunt & legere ibi licet: Ita si exempla ab antiquitate indagamus, non asperos illos & duros, sed excitatos, lenes, plenos dulcedinis & suavitatis volumus. Adeò spatgi debent felici quadam pennâ quæ vivere optamus & amari. Credo ad hanc rem quod optimum elegisse. Sed tu mone, quid fieri velis, quid expedire vides, non adeò crevit hæc arbor & obduruit, ut flecti nō poterit, & in aliam formani duci. Debilia autem sunt in me doctrina & ingenium, ac redolent meos annos, qui ab adolescentiâ adhuc caleo! fortè aliis hanc provinciam melius imponant? utinam! & non uni, Decem ingenia

ha-

habent in historiâ eâ, quod insudent. Mihi tamen nec laborem nec laudem eripiant. Vale. Malmogiæ, è domo, quæ te nucesspargere prima vidit, è Museo, in quo patris tui viri immortalis Musæ habuerunt. Kal. Mart. CIↃ IↃ CXV.

EPIST. LVI.

in Arcem.

SIGVARDO GRUBBIO.

TRahit, ad has dandas, qui eas adfert ferè retinentem, qui scio vos sic in alto non nisi timidè & in magna causâ adeūdos. Adeo tamē & oro quia ille apud me utrunq; facit, ut juves ad ea, ad quæ aspirat tibi nota. Scriptione sperat posse affectum dari, Sed à tali, hoc est, magno, alto, cui non facile quidquam negabitur. Advenit in cujus manu est rem eam dare, & si ad eum tuæ litteræ, credit se spes & optata habiturum. levis commendatio ei satis erit, & rogo ut eam des, nisi molestum sit, magis ut ad me amorem & affectum ætatem.

EPIST. LVII.

Lundiam.

PAULO MARTINIO.

ALiorum res me sæpiùs ad te mittunt & nunc faciunt, etsi hæc valdè me tangit, ac si unquam seriò rogavi & ardēter nūnc facio.

Genero meo nescio quid liticulæ ibi est, cum suis, ipse nosti. scribit in casu simili aliquid decisum in Hallandia, quod hic juvet, te descriptum addixisse. per me rogat, nisi molestum fit, ut nunc habeat. Juva hic mea sed & ejus causa & mitte. Sedcum hoc nuncio commodú pare erit, ibit eò è nostris quidam, mittendi facultatem aliter tàm facile non habeam, nunc [illegible] & festinatione ei opus, (ita scribit,) [illegible] tu ne protolle subductione aut neglectu, nos tibi debebimus, Musæ solvant. De [illegible] quid habetis? in eo est ut terras has eat relictum? magnum aliquid annorum illi actú & eleganter ac cũ fructu actum. optare ei hoc statu, quoddam longævum nescio an pro amico sit. In alios non inquiro; Ego mundi hujus pertæsus in florenti adhuc ætate est quod subducere me ab eo velim. Nam quid opus diu protolli, quod certo semel nos manet, nisi inter lætiora id ducendum, Lethæa illa unda, & pio sensu id sume, *Omnibus* [illegible]

Quicunq; terræ munere vescimur
Enaviganda;

Quicunq; ubicunq; sumus. Navigavit jam D. Laurentius, quem nosti, ô natum ingenium ad pietatem animis infundendam. qui subito nec

opi-

opinato morbo obijt ante paucos hos dies. Fecit & Teucer noster sed in Cimbris, ubi vitā proposuerat degere. sublimis mentis & cordis juvenis, in magnâ spe honorum & vix credendis opibus relictis. Fortunam hucusq; cæcam fatuamq; ego nunc Mortam dicam, eos aufert, qui seculum aut ætatem in annos vellent dari, qui cum luctu cum lacrimis, hæc relinquunt. præterit vitæ pertæsos & spernentes; cur ad me non venit? cum plausu exceptarem? & (uxorem excipio) quem pauci desiderent, abductū. Sed omitto funera ad vivos venio, & Velleus quando semel ad nos, non menses jam sed annum id addixit, ut nunc tardat promissum tantum puto, in re nil futurum. Portuæ audio fuisse elapso mense, cur tàm pulcram occasionem omisit, sed veniat tandem diu non exspectatus tantùm sed optatus, nec Ulijsses ad suos gratior post longam peregrinationem redijt, quàm ille nunc nobis in illâ altitudine & candore mentis, illâ puritate & nitore morum, inclino in id tempus & cogitata sensusq; miscere, garritus & risus interjungere ad vetera novaq; sermone ire & cijathos libare, memoriæ vestrū qui abestis. Nam ut tu iterum ad nos tàm citò non spondeo. Vale III. Id. Junij CIϽ IϽC. XVII.

EPIST. LVIII.

JOACHIMO MORSIO.

QUod apes faciunt, mi Morsi, aculeum infigunt & relinquunt, ipsæ discedẽtes, hoc tu. venisti in hos tractus, me excitasti, & philtrum, non nego, injecisti amoris. doctrina illa & morum elegantia, de longiore mansione spes mihi erat, avolasti, & me non invito tantum sed inscio. Non decebat, mi Morsi, & dicã factum ab amico non amicum: crede, in nullius adventu ita lætatus sum, nec dolui in discessu. Sed adquiesco, pensasti litteris longis, lætis, sed nimis in me pronis. quis enim ego aut mea? Unus de plebe litteratorum, ista languida, obærata, si comparas ad tuum aurum, sed judicium id mihi gratum, & is amor quia magnus, nec n. aliter illam mentem traxisset in lapsum, hoc est, nimias de me laudes. in te magis cadunt optimum dedicissimumq; Philologorum. Epistola tua mihi dicit, certior animi testis quàm sermo: sed hæc mitto. Magna illa urbs qui facit ad tuũ gustum? ingenia semper habet plurimum formar, scio non esse nisi cum tua voluptate, & si quid in ea ingratum à formidabili ea lue est, quæ eã nunc sic turbat. Tu cum fructu inside, oblectare & sedem hanc elige reliquæ vitæ. Ecquid notitia adhuc tibi cũ

Asla-

Aslaco aut Alano utroq; insigni viro, isto præceptore vetere, & cui bene etiamnum factum velim eximo isto corde, tu nosce, inter tuos habe, & honorem hunc habe affatus. Quid Vormium nostin'? ille verò magnus, nec supra eũ invenies in omni eo tractu in vos tales affectũ, te insinua. Nam de Finchio, Bartolino, Resenio illi fama antè noti & nunc vultu aspectuq; sat scio usurpati, ut ij nati in gloriam & miraculũ nostri ævi. De scriptis, quæ jam paras ad lucem, felix sit è fama tua sit: hortor eo valdè & suadeo, si ad finem ducis,

—— σοὶ δ' οὐ δέος ἐστ' ἀπολέσθαι.

Sit metus haut tibi mortis.

Me etiam huc trahis magis quàm adducis & onus imponis quod non assumo, vires & quietem meam nosti. illas morbus hic durior fregit aut libavit, hanc subducunt mihi non solemnes solum occupationes & quas munus id imponit; sed novæ & indies natæ. Ut Phæbum & Musas omnes tester, otiũ sæpè ad mensam & cibum non esse. Ita negotium mihi non tantũ mea negotia creant, sed aliena, & cingunt ferè semper res hominesq;. Magnam diei partẽ salutatores, invisores eripiunt, & multi pocula ac epulas captantes. Quod nõ illi cõsulatores, adolescẽtes, è plebe etiam sæpè, qui directione

& mo-

& monitis poſcunt juvari in hoc aut illo caſu. Inter iſta quis libris liber locus, quis lectioni aut ſtilo ſit? Veſpere interdum poſſum, ſed illã quoq; invitationes & conviviola ſuffocantur, quibus quamquam me ſæpè, ſemper non ſubduco. Eſto. hic me vindicem? Cum manè dicendum mihi ad populum, meditatio aliquot horas ſibi, neq; hoc neſcis, depoſcit, cum hoc nõ, oculi me reducunt, qui abnuunt lucubrare fracti certè delibati nimijs ſtudijs, vijs, vẽtis, & quæ ſolennia eſſe ſcis in hac vitâ. De carmine quod petis, mittam: nunc unum, quod eo ipſo die fudi, quo tu Lundiam. ſcripſerunt etiã, qui in contubernio meo: & ſi Portuæ adhuc ſubſiſtas in brevi habebis, in hac feſtinantiâ nõ licet, ſuggeſtum vocat. ſcis perpetuas occupationes has noſtras, pono ſtilum, ſumo palliũ, eo, tu ſalve, Malmogiæ. V. Kal. Sex. CIƆ IƆ. C. XVII.

EPIST. LIX.

Portuam.

JO. PAULO RESENIO.

CEnturiam ad te citò darem, ſi ad omnium vota facerem, qui id volunt. nã ut ad Oceanum fluvij, ita ad te omnes ſperant, qui nullũ ſine auxilio demittis, & ope, ſed dignum. Multis hoc nego, qui enim audeam toties, & ad te, qui ſic in ſummo? huic non potui, movit me

modestia, quam præfert & verecundia, aliter ignotus. doctus est, aut valdè fallor: licet ἐκ τῶν ὀνύχων τὸν λέοντα γινώσκειν; cum talem esse ex pauco sermone, nec enim longo cum eo usus sum. festinabat enim ad te, ego ad occupationes & studia. hoc petit, habere te faventem, &, ut verbo dicã, conspirantem in promotionem, si in naves ibi vocant nunc aut requirunt, nam eò aspirat, & in bello credo & castris fuisse talibus assuetum & veterem. Ipse dicet, opto ut se tibi probet, tu juves & ad ea ducas quæ in usum sint. De me, fortuna ista fluit quo non debebat, aut votum meũ est eam ire, adversis tristibusq; opplet aut pellit, quod esset in hac vitâ jucundum. Quæ ipsa hoc graviora, quod spem nõ alam de ijs unquam emendandis. Quid ergo superest nisi ad illum oculos mentemq; tollere, qui supra est, & cum Poëta clamare,

— *Miserere pater speciosoq; eripe damno.*

Et faciet fortasse, etsi differt, cũ videt prodesse. Manum ad alia mitto. Ad Joannem tuum, quæ terra aut intentio nunc habet, quid in futurum proponit. nam in eo esse, ut certi quidquam statuet in reliquam vitam ratio & ætas sed & prudentia tua & pro eo cura instillant. Numen veneror ut duplici bono ejus fiat, præsenti & futuro, si minus illo; Nam de hoc mun-

do pa-

do parum est, & ut non dolendum valdè in via tempestates pluviasq; ferre, modo meta & hospitium emendet, aut pro voto sit; tale hic dicam, nil referre quomodò id breve id lene vitæ iter fluat, modo finis prosperatio sit, & cœlum donet. Quod nobis certum qui Christiani. Gratia illi sit qui ad id creavit, eduxit, redemit. Quædam mea iterum prodierunt, & mitti ad te jussi alia mox excipiant, si non celare magis è re sit & nos subducere è famæ hoc mari. Laus sanè & plausus non valdè per hanc viam. amicis tamen ocium sit largior, interdum quibus jucundum non nescis inspici sic & in terras ac longinqua mitti.

EPIST. LX.

OLAO, SAMIO, GEMSEO.

Nihil jam præter amorem me adduxit scribere, & fortasse quia abeunti sic addixi rerum alias parum est, ea apud nos ut semper quieta. In publicis hæc (mirare quod tango) è Principibus unus in Westphaliam ivit, nisi scis, regio comitatu. Deus in suam, in ejus laudem vertat. Episcopatus Viburgensis etiamnum vacat, admirante hic vulgo & stupen-

pente, quid protendat ista mora præter solitum præter morem. Simonius Asloam missus est jam nuper sacris ijs initiatus, sed sine titulo, quem postremi duo attulerunt, Doctoris, etiam de alio functo in Noruegia hic sermo. sed omitto hæc non nostra, in privatis quid? Nos hic ut solemus in studijs & solitudine vitæ hoc tempus degimus, remoti ab a. bitione & à laude, quod ab alijs, te scio, audire. Epistolæ tamen prodierunt & Poëma etiam novum. Alijs meis quid fiet? nescio an lætheis tandem aquis mergam, ita seculum est. De te in magna urbe es, &, quod sequitur, turbida, tumultuosa, in quâ bonâ & mala variè mixta, ubi multa prava animo auribusq; sæpè objecta ne abducant te, aut aliò flectant, ut Ulijsses nautis aures clausit ad Sirenum cantus, sic tu oculos mentemq; ad ista. Ad virtutem sedulò & pietatem eamus. illi ornamentum doctrinam demus. alia mihi crede, venti nugæ inaniæ sunt; ista sola, donent in æterna terra felicitatem, in ista famam fructumq;, &, quod adhæret,

Nomen, longinquos quod se non ponat in annos.

Quan-

Quamquam de eo parum est. Tranquillitas, quies, animi corporisq; serenum est, quod imus quæsitum, hic internum gaudium, post æternum utrumq; tibi mihiq; ex imâ mente opto. Persæum ibi nosti, ipsam sapientiæ & doctrinæ prolem? nihil illo utriusq; amantius. te insinua & junge. excitant enim vel inspecti illi viri, & in eandem viam vocant. tu ini & ad metam decurre, Malm. Idc. XVII.

EPIST. LXI.

Marpurgum.

JOANNI RHODIO. S. D.

IRe ad nos iste proposuit, imò litteras meas ferre, si ibi invenit, & tu adhuc non in Italiâ, carum habe, quia à me commendatum, hoc petit directione tua & consilio juvari, ad optima ibi duci, & talium conversationem & usum, si ipse non manes. Nam obhærere ibi animus ei est. Sed quàm diu te caremus, mi Rhodi? nolente & volente me ut verum fatear. Nam esse te in ijs oris & motu, quidquid altum & magnum in mundo hoc est videre, summos viros & ingenia, quæ Deus latè sparsit, amplecti, alloqui, convivere è laude tuâ esse, imò è doctrina & usu inscitus, ego si non suam,

ſuam, ſed ſatis jam feciſſe, mens mihi dicit, & ſuadet viciniorem fieri nobis. Ætas tua ad ſedem jam avet& quietem. Parens grandævus id jam optat,& nepotes ejuſdem ſanguinis ac nominis à te videre, & fiet, cum tu,cum Deus viderit è re eſſe, ego optem & conſulam certè, ut ſine dilatione & morâ ſit. Sed ſi nihil tenet ibi & ligat, niſi quod facile rumpas. In meis quid? Morbus aliquot jam menſes libavit aut fregit, nunc nunciem quod læteris meliuſculè eſſe. Portuam, Coroniam, Lundiam profectus fui, & vel ipſe motus vel mutata aura (quod lætus credo)me recreavit, utinam plenè ſemel fiat & bona fide. Velut corvi abjectis cornibus remeare creduntur in novam juventutem: Idem mihi eſſet,& tùm demùm ordiri viderer vitam. Deus ſpero dabit, ſi utile & in ſalutem ſit. Si non maneam melius qui ſoleo,aut etiam hîc non maneam. Scio freno & correctione opus ut ſimus qui debemus. Nam reverâ ut frumentum folliculos non ponit niſi percuſſũ ſic,nos nõ laſcivias has&vanitates niſi afflicti. Ego hoc eum rogo, ut non quod delectat donet, ſed quod expedit. In ſtudijs ad quietem me compono, non ingenij inopiâ, ſed animi quodam decreto. Neque famæ jam parata ad eam permitto, vela hîc ſubmittere incipio.

tu alijque in ævum & secula ite, quos melior Phœbus aspexit,

Me mea fortuna obscuris involvat in umbris.

Ego te in hoc corde æternum. ∞ Ib. c XVIII.

E PIST. LXII.

Portuam:

JOACHIMO MORSIO.

CUm gaudio vidi & legi. sæpè tales litteræ me adeant? id est, mella & favi; nec eæ tantùm gratæ votum magis, quod est de tuâ in his terris mansione, quod utinam & te tuique similes fas sit hîc tenere: talibus convivere jam diu votum habui, nondum successum. Soli hîc sumus & inter eos, quibus harum litterarum parvus sensus. Mane in eo animo & apud nos cade, condere, cum tempus hoc sit; & tardum sit. De successu securus sum, eniteris, si niteris. De Lipsio quod addis. parce, ferrum ego do, si examinas ad illud aurum. Si verba alia, damus verba.

ἔνθα τις ἀλγεῖ κεῖθε καὶ τὴν χεῖρ᾽ ἔχει.

Dolorem ubi quis habet, habet & ibi manum.

Ita

Ita linguam, ubi quid delectat; id hic fit, & me quia carum habes, in laudes eas te immittis. In his litteris à cunis sum deditus, nec mutem vel incidam, quin magis magisque in gustum amoremque earum ducar & sic ætatem perseverabo, nescio an pro modo, quem tu ponis. Magnum aliquid hîc non dedi, aut sum, si tamen vita erit, nomen aliquod extera & benignior fama fortasse mihi donet; nam de nostris judicijs, eâ parte non satis securus sum. Tempore aut loco remotos amamus, nostros vix ferimus. Fuit hoc, erit, quamdiu nos erimus, nec hîc tantùm, sed quocunque litteræ venient. me non dejicit aut turbat, & alijs ut visum: ego

οὐ παύσομαι τὰς χάριτας ταῖς μούσαις,
συγκαταμιγνὺς ἡδίσταν συζυγίαν

Non desinam Musas miscere Gratiis
Suavissimâ conjunctione.

De magnitudine Danicâ vellem. & ipse cogito, hoc autumno id verò non potest. Narratiunculâ attexis in re magnâ & fortasse nô citò iterum audienda; sententiam dicere jubes sed

non audientem. Ego á vobis procul. Constitutus ego circumstantiarum parùm gnarus velut per nebulas decernam, & elogio aut stigmate notem quæ neutrum merentur? In summâ aliquid dicere de auditis possumus, per partes & in rem illi, qui rebus consilijsq; mixti sermone liberet per ista tecum ire. Nam ille pravè aut probè emissus abit mox in ventos. In scripto aliter, qui in orbis spacia & ævi manat. Sæpè venit ad non probaturos, & in culpam nos trahit si non directè prolatum. Heus autem quàm me hilaravit. & suaviter diffudit Rhodij mentio

Τὸν ἐγὼ περὶ πάντων τῖον ἑταίρων
Ἶσον ἐμῇ κεφαλῇ.

& itâ hoc meum sit salvum. non vidisti tàm indefessum ac Phœbææ hujus curæ inhiantem magis aut ferentem. Ubique ille in litteris, Musis nocturnus diurnus, nec diem illi perdere in dolorem sit sed horam. Qui assidui nobis valdè videmur torpor & ignavia sumus ad eum comparati. Vivat, ad magna eat immortalitate dignus juvenis, & nostra hæc citò revisat. avocor: tu me utere si unquam usus sit, invenies facilem & in te propensum. Malmog: CIϽ IϽ c. XVII.

EPIST:

EPIST. LXIII.

Asseroam.

NICOLAO OLAO. V. C.

LÆtum mihi, Lætum tandem à te aliquid videre in curâ de vobis fuimus, ea jam sublata, longum ita sit; & valetudo, conatus, spes ex voto semper fluant. Constantiam laudas nunc primùm me monente inspectam volvere te magis velim & scrutari ut nec magis prudentiam ipsam. Nam profectò ille

Judice me pulcherrimus author,
Virtutis Rectiq;.

aut nihil ego quod rectum est vidi. in stilo acer, eloquio fortis, judicio constans ubique & directus. Monita sententiasq; quam crebriter salubriterque infundit, quæ præcepta & consilia spargit, quæ jam vivis postumisq; longinquis aut juxta positis utilia in omne ævum & salutaria. Mundi & vitæ contemptum, vitiorum turpiumq; fugam quis magis instillavit, quis inquam inter profanos omnes scriptores, & qui olim aut nuper prodierunt? Altos infimosq; formavit, subditos,

principes. fructus per homines & ætates, sparsit. ac delectantia ubiq; multa & jucunda. scio esse cum Martiali:

Qui ducat vultus, & non legat ista libenter;
Ut nimia, ut superba. Sed ita posteritas de me honestè faventerq; censeat, ut nihil supra meritum dedi unquàm in ejus laudes, dubito an ad illud. illi ipsi verbis aversi tacito affectu attollunt. Sed de istis alibi de adventu, cur dilatum.

ζηλός μοι σέθεν. ὡς χρονίζεις.

In dolorem hoc est, tu eum tolle, tuos hic vide. De matre ea adhuc in lecto, & fatum, quod semel hîc faciet diu tegit & mergit. cum ego ibi. Juro hos oculos eam digitum non abfuisse à suis claudendis, & miror adhuc esse resistendo. Sanitatem iterum optem, nisi Deus aliter vult, neq; abnuet fortasse sed differt. cum Plauto:

Æquus animus optimum ærumnæ condimentum.

Libellum hic mitto, quem eâ hyeme scripsi dicam an effudi? res dicet, ut ederem animus primò non fuit, non certè sic solum.

Sed

Sed erat quod eo traxit, & sine cujusdam malâ gratiâ, opinor legetur. In aliis nunc sum & non nesciat: hæc aut alia ætas, si ad finem ducam quæ jam cœpta. Sed hæc mitto, tu veni quàm primum viæ meliores, fidem tuam hîc libera, etsi nos perpetuùm ea nectat. Quæ his inclusa ad Laurentium mitto, & unà salutem & gratias pro officiis, quæ exhibuit diffusè.

EPIST. LXIV.

Octaviam.

HELIO PAULO S.

IN oblivionem non mitto, nec ulla occupatio subducat; peccas, mi Heli, non dicam, si scribis sed sentis. Constantior sum & addo prudentior.

> πιστὸς ἀνὴρ χρύσου τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι.
>
> Ἄξιος.
>
> *Argento fidus proponit dignus & auro Vir.*

Te non linquo, si etiam abeas & te avertas, quem talem semper inveni. Litteras tamen diu non dedi? tu hîc valdè indiligens accusas?

revo-

revoca, malam causam deteriorem reddis. In alto otio es, in quiete, in ætatis flore, occasione mittendi cottidiè habes & Lundiensi viâ, nec nunc spero amittes rebus sic immutatis. A me hæc absunt, & scis quæ hîc vetant, avocant, trahunt. Aliter litteras à me non tantùm sæpe videres sed ipsum me. Tu vicem hîc imple, veni interdum ad tui sic volentem, sic cupientem, scribe sæpè quid tu, quid Urnæus, quid alij vestri. De me in studijs non cessamus, & (epistolas nostras jam videris) nisi quod munus hoc retardat, tùm mœstitia hæc temporum vix spe jam lenienda ad alia me jam verto. quæ sequenti ævo saltem precium aliquod aut decus habebunt. Deus mihi det absolvere. Audio esse qui pro Lipsio aliquid fortè elatius dictum non libentèr ferunt. Atqui virum eum laudatum ivi, Deum non feci, qui titubare, labi errare non possit. tantùm juventutem ad consilia & præcepta ejus mittebam, ut nunc quoq; censeo præclara. In Constantiâ certè, Monitis Politicis alijsq;. In versâ & prosâ oratione veluisse, judicium supra multos sustulisse; Sapientiam animo non summis labris habuisse, & si quæ talia etiam nunc contendo; supra omnem judicorum aleam posi-

poſitum ubi & quando mihi ſcriptum? Quid ſi intra modum intraq; meritum illa ipſa ſcripſi. mihi videor, & ſi ab ijs abivi non agnoſcam tantum culpam ſed emendem, ſi qui oſtendant. Avocor. altum illum & perpetuum amicum noſtrum à me ſaluta, poſtremas ejus dic accepiſſe, & quæ adjuncta; reſpondere nunc non poſſe.

EPITS. LXV.

Jenam.

OLAO SAMIO GEMSÆO,

ME abſentiâ eâ ſic longâ torques,
σὺν τοῖς φίλοισιν ἡδὺ γὰρ πράσσειν καλῶς,
Iucunda amicis res enim convivere.
& in lætitiam ibo, ſi tu ad nos. ſi eâ æſtate cogitas, ne protolle. eâ abijt, certe in proclivi eſt & viæ injucundæ imò clauſæ ſi quid etiam tardas. ſcis mare hoc quod dividit non ad nos permittere ſub brumam, non certè ſine diſcrimine. In tranſitu Roſtochij ſubſiſtere adſuadeam, viros videre & noſcere, quos ea urbs magnos habet. Lubinus in ijs eminet, vera Phœbi & Gratiarum proles. Is nimis in me benignus, & ſcriptis his meis famam excitat, quam non ſuſtinebunt, tu innoteſce, amplectere. Alia non impono, niſi ſolennia & nunquam omittenda, litteras ſapientiam me ama, fluida

men, utrumque per mihi gratum. Præmium illi fuit jam mori, ut tu fortiter & impresſè is laudatum. ipſi mihi ingratum in floridâ adhuc ætate ſic oblatum, nec licuiſſe ſuis diutiùs ſupervixiſſe. Quid tamen ? Vides ut fructus quos decerpunt, necdum maturos in melle & ſaccarro miſcendos, in majore ubiq; pretio, quàm qui ad hyemem inſident, & dum ipſi cadunt. Tale hic dicam ſuavius utiliusq; in juventute hos rapi, quam in ſenium, & longum aliquid durare, nec ulla in lacrimas hic meſſis non prudenti, qui ad altiorem in iſtis vim oculum mittit, & ſcit hæc ſequi providentiæ currum. Quem ipſum & nos ſequamur, mi Mari, liberi lætiq; ſi volentes, captivi ac ſervi trahendi ſi inviti. primùm id ſimus fauſti ſic felicesq; etiam in infauſto ævo. Nam in eo ſumus & heu Europa non fortunæ & facultates ſolùm tuæ, ſi ad aliud ævum vides, ſed virtutes moresq; labant ac ruunt, vitijs propè evectis & tenentibus primas;

Non ita Romuli
Præſcriptum & intonſi Catonis.

Abite ſtulta, non, quod moneat magni, & qui ſuper omnia eſt, Ducis. Is dolente & indignante oculo ſtulta hæc mundi videt. videt ? imò vindicet; ſi ad eũ nõ vertimꝰ á peccatis vitijsq;

ſeriò

feriò femel averfi. fed defino triftium.
dreinum lætiore cogitatione eo. Qu
ad præclara multa, fat fcio,

μέγας ἀντὶν θυμὸς ἐπείγει.

Mea jam circundo, quando amplex
rus? fpem fovebam, ante feptiman
fcio annon fallentem, fed ut erit, ar
nem vel ob magnum illum Buquium
parabilem amicum noftrum, quem i
tangit. de quo verfum meum edat, inf
utatur (in prioribus tuis quæfitum)
quandò ei vifum. in eum finem fcrip
fi minus optato meo cultum, falve. Mal
Non. Octob. ꝏ Iↄ c. XVII.

EPIST. LXVII.

.Po

HENRICO HAMELTO

DEcdi ad te ante feptimanam, quæ
petij; fed ut vota mea eunt Mufæa
magni precij aut fumptus, petij ut v
nolente, fi non ? cur cum matre non
quæ hic fuit, aut faltem litteras, quæ
rent, non poffe? Seriò, ad duos tantùm
beneficium dona, remittam cum bonâ
Nihil in omni re meâ erit, quod tuu
erit, ubi & quandò voles. & impera m
Epiftolas noftras mitto, fed primam ta

Centuriam. Secundā ad huc non fuit videre, etsi in Iunio excusam; habebis quàm primùm ipsi mihi sit nancisci. Vale, mi optime Hameltone, & mitte, ita ad te Deus omnia quæ voles. Prid. Non. Octob. CIↃ IↃ C. XVII.

EPIST. LXVIII.

Rostochium.

EILHARDO LUBINO.

QUid dices, mi Lubine, posuisse me memoriam aut amorem in te, qui tàm diu sileo? scriptionis intervallum fuit, non amoris; nec enim est in Germaniâ eâ, cui magis debeo aut volo; & mare, quod nos dividit & se jungit, undas suas amittat aut ponat, antequàm ego in te affectum. An non enim volens tibi donem, qui te ostendisti in me sic benignum? sed nolo hæc apud te, nunc quædam ad Typographos vestros mitto, ut excudant & divulgent. imò ad te mitto; quia volentiorem mihi non scio in toto eo tractu esse, illi enim (N. N. certè) non nihil neglegentes, non dicam imperiti, nisi habeant, qui dirigat aut monstrat. INTERLUDIA mea testantur, quo non editum mendosius scriptum aut edetur. Majoris momenti ista sunt, velim ut summâ curâ in lucem & aspectum eant. A te jàm hoc peto, ut aliquem ibi addas, qui postre-

mam

mam inſpectionem addat, ſed perit
doctũ ac cui ipſe ſolvam; Nam ab ipſ
petere audaciæ ſit. Ecce exemplar qu
eos velim, & anxio pede inſiſtere tal
litterâ, nam aliâ nolo, quin potius on
non confici nec tradi Typographo a
tit, quàm qui inchoare, jã poſſit & v
etiam parata jacent & deſcribendi la
tantùm poſcunt, ut ſequantur, & erit
te, ſi ego ero. Vale VI. Kal. Apr. CIϽ I

EPIST. XLIX.

LAURENTIO SAMIC

MEnte & manu excito, ut in ſapie
ſtadium feriò te jam des & immi
magna natum ego alijque ſperant.. V
fruſtrà. Ito ſic in rectâ viâ & ad metam
ij conatus ſunt, qui ingenio tuo com
apud alios favorem & laudem ſunt
In converſatione multum eſt, & eam
dicio uſurpa bonorum, & quos Phæb
tas ad ſe traxerunt. In florenti urbe e
ne cenſe tamẽ Socrates & Xenophont
eſſe, diſcerne, ijs te trade, à quibus
aliquid trahas & doctrinæ, imò, qu
ſolet, lucis & famæ. Nam ut Luna ſp
à Sole trahit: ita nos à doctis & mag
ĩa os miſcemus. Tu fac dum anni, ami

sio etiam adsunt gradum tibi sterne ad alta & magna, neque etenim ut opto & auguror, hic sistes. Me si in re aut spe tuâ quidquã possũ cupientẽ volentemq; invenias & rogari nolo sed moneri. Nec parentẽ tuum altũ magnumq; virum unquam magis, quâm te nunc amabo dignã eo prolem. Tu utere quandò & ubi voles. vestri eò nunc invitabant. Decrevi venire & hunc capere ante hyemẽ voluptatis fructum. quid enim dissimulo? dulce mihi erit calcata olim loca recognoscere. Magnos ibi viros cernere ac salutare. sed & languor fortassè leniat, per mutationem hanc & motum; nam ut ferrum diutino situ æruginẽ contrahit, nõ habet sæpè & indies tractũ sub manus: Ita mentes nostræ vitium sumunt, nulla unquâm motu hilaratæ. Continua hæc sessio & indefessi studij continuatio non mœrorem & tædium tantùm attraxit sed veternum. Proderit excuti nonnihil & excitari. tũ vigorem à peregrinatione sumere, quo egere me in pertinaci hoc labore debeo fateri.

EPIST. LXX.

IOANNI NOLIO,

UT horti, mi Noli, aut campi post imbrem magis florent & rident: ita animo huic fit à tali rore, quem adventus vestrũ talium inspirat: adfecerunt me ij mores planè ex veneribus & leporibus facti, magis ingenium

id altum, & ad alta destinatum sc
illam Reginam. Juvisset non ho
plures, sed dies absumere, quia ra
video ab altiore illâ mente & ven
nos, ex ijs sũt qui tingere se litteris
imbuere. Interdum aliquot exter
in has oras eunt, te libens habui, &
casio semper hujusmodi sermonu
hunc animum tangunt & pervadu
sicâ omni & hilaritate, & de te v
vitus demisi, nescio an invitum m
æternum tuum, nec ullum spatiun
pus mihi excutiet. Tenta; si usus ur
reperies facilem & pronum. Tu jar
eam metam. Pietatem ubique & vi
sce, eæ,

Οἴσουσι κλέος εὐρὺ καὶ ἐσσομένο

Donent præsentem laudem fa
turam

De Rhodio ecquid habes? ubi qu
jam ab eo diu nihil. De reditu hîc
cti sermones, nescio an eventum
Desidero nunc valdè nec dederim
tionem longiorem. Nam etiam ni
quis potest? Redeat in honores, op
surgat, patriæ ornamentum & lum

net, quod Deum rogo non prosperare solum sed properare, ac quæcunq; in usum sunt ibi & hîc donare. Heus audistin' ---- sed publica sepono. in privatis aliquid mutatum à tuo decessu. Regelum & Bremerum dimisi veluti ad altioris litteraturæ mercatum, illi Portuam elegerint in brevem sedem. Asserous in Germaniam jam mentem & mox se mittit. Ego in solitudinem sic redigor, id est, in quietem. cętera quæ fuerunt, nisi quòd morbi hîc serpunt à tuo abitu, sed serpunt non grassantur. Deus sperò me & meos servet, te inter illos.

EPIST. LXXI.

Jenam.

MARTINO PERSÆO I.C.

Diu non scripsi, mi Persæe; quia feci id aliquoties frustrà. Si aliter non vidisti, in brevi excusas videbis. Frater tuus quia aliâ viâ ait missurum, quæ perducat, sæpè meæ ad te ibunt. nec enim est cui magis debeo aut cupio in ijs terris, aut qui altiùs in hoc corde. Et semel hoc scito silentium alibi amorem exstinguat, apud me nunquam. Status meus adhuc qui fuit; cogitationes erant de mutando, sed obhæreo. In unâ re factum, audiveris cum hæc illuc, in nodos me conjeci nuptiarum. duxi

qualem tibi opto, hoc est, divitem, fo
& quæ utrumque animo habet,

τί δεῖ καλῆς
γυναικὸς, εἰ μὴ τὰς φρένας χρυσᾶς ἔχ

Formosâ enim quid est
Uxore, si non mente prædita est

Opto ad nos citò te venire & in e
Morbi hîc videntur seriò minari à tu
su, haud scio an dilatent & virus s
Certè multos miserunt in timorem, e
me, qui scio relinquenda humana ha
tamen esse, felices beatosq; qui primò
Nam verissimè Lucano scriptum nihil
prẹter mortem esse, & sine exceptione

Pavido fortiq, cadendum

Cecidit ante has septimanas Octavius
nous in mediâ & meliore vitâ, alios an
ponens & spondens, vir cui magnus h
dus videbatur angustus, & à quo fortit
dacia, acritas expirabant. decessit inqua
& intenso morbo sublatus. Ille tantù
Accius Ulstandius novus etiam Martis
nos deseruit, sed miserabili & horren
tis genere. Nam, dum cum martiali i
vere inprudentiùs ludunt, atrium arce
cendunt & non vitandum exitium p
summatibus plures ad duxerat, alij le
gravius omnes tamen læsi, ipse Hos

paucas horas an noctem dicam, vitam misero & non credendo cruciatu impendit. Eamus animum tollamus, nescij quo casu aut culpâ terras relicturi. Sed heus tu? examinasti me postremis litteris. Epistolæ meæ ne editæ. Injurius in me, quisquis hoc audebat & dicam ---

EPIST. LXXIII.

NICOLAO ALESIO,

QUid dices quod ad te scribo, levitèr visum, parùm notum? in causâ est qui has fert, & trahit eò non ducit, ad functionen ibi aspirat, habiturum putat quod ambit, si tu juvas. me mulci pro ipso rogant, ut ego te. facio, commendo tibi & causam quam posse plenè. Rem totam ab ipso audies, educat & deducat in pleniorem sermonem. me alia jam vocant. Vale, & quanti apud te ego vel sic ostende.

EPIST. LXXIV. *Porticanis:*

GEORGIO MARIO.

NImis ne, mi Mari, sic te utimur an abutimur? De libello nuper imposui, & tuâ operâ approbatum audivi, quando etiam excusum? avidè jam exspectabam. Fasciculum etiã ad te nuper dedi litterarum, quas ibi, quas Jenam, quas Francofurtum curares accepisti, ne & aliæ jam iverunt ad quos volebam, aliæ in viâ? cur non scribis, imò cur librum non mittis? decem dies sunt, cum ego

ad te istas. Ad Sartorium etiam quæ
Perfidiam hominis si fraudavit [aut
sed non fuerit in tâm brevi viâ ut a
tèm quid in causâ sit & moratur pe
si neglegit qui debebat. In honore e
quem magna illa Academia tibi non
solvit optem ex usu & felicitate fore
gur & in solitum quodvis lumen oc
dimus: ita tu animum debes ad lau
& splendorem, de te sentire vel nunc
milibus & modestis, nec putare culn
doctrinæ jam ascensum. sed ut calcâ
hos habere, qui instigant ac admone
altiusq; aspirare. Nam hac parte nu
provehimur, quin è longinquo sit m
ra semper discenda. Rhodius ecquid
ita nescio quæ fama ad me adfert. A
spicere nunc & regustare, quod in sp
vel hoc autumno me posse, si Portua
cina loca reficiendi mei accedam. N
hoc medici, & auram hanc pro san
facturum si mutem. & motu levam
quod sperem, ab hoc languore, cun
vant quæ debebant, tædet jam ejus si
duri & ad finem venire optem, aut m
Bliccio jam factum; nuncio tibi si n
antè, renovo si auditum, decessisse.

præcessisse magnum illum virum ad lætas & æternas illas sedes. Ita ad me scriptũ Rosæfonte; & quia tu nõ ita procul indè, puto te quoq; sensum habere hujus damni. sed corrigo hoc dicti, quidquid ingenium fuit altum magnum & prolixâ vitâ dignum. Benè ei factum fateri debemus, & irascatur ille nobis, si sciat non facere. Nam quem vel levitèr sanum juvet videre tristia. hæc & in nullam partem jucunda nunc hanc nunc illam plagam atteri, publicas privatasq; calamitates surgere, & quæ nec lubet recensere. Inter ista grandævum fieri allubescat habere cottidiè & degustare quæ quis odit. Prid. Non: Sextil.

EPIST. LXXIV. *Asseroam.*

NICOLAO OLAO.

PArùm aut tibi gratum, aut mihi decorum sit, venire à nobis ullos sine litteris. huic jã do, hac unâ causâ ut valere me scias & meam, reliquos tuos ire, quò votum tuum est, ad virtutis & honoris templa. Quod solatio tibi & lætitiæ sit inter reliqua hæc tristia & adversa, quæ hoc ævum adfatim offundit & velut communi lege. Hic certè, & res valdè in turbido, ob morbos qui nõ serpunt jam, sed grassantur. Deus & fatum medeantur. me ista non dejiciunt, & studia in his omnibus quietum serenũq

 reddun

reddunt opto ut tibi sit, vel serpentis
matiorum librum XXIX. hic mitto, et
eo rari aut magni. Laur. Severinus, re
ad vos? huc non venit. & quid interv
mutaret, post promissa toties, tàm co
data? Avidè exspectabam jam dudùm
spectum, & in mente tamen gestatum
me Fatum illud insperata olim Fortun
ut ego cū hîc tenere optabā causā tam
adventus (non enim omissi credo) per
si ab eo audax sit hoc postulare. CIϽ IϽ

EPIST. LXXV. *Locum*

MAGNO BARTOLINO

Diu jam ad te non dedi; quia rarò se
qui eò ferant. In amore diligentio
nunquā cessat, etsi scriptio interdū. Ga
illuc venisse, apud matrē invaletudine
flicta esse, ut præsentiâ tuâ & solatio q
des, quā vellē adesse! eam & te semel ad
dere ante excessū! sed nūc nō permitto
ta vetant artantq; me domi, invaletuc
aliquot dies affligit, uxoris absētia, q
hac septimanâ ad suos, addo fūctionē, c
rum donet remissioni. Severinus dicet
scribo. Putabā, epistolas me posse m
sed secūda Centuria adhuc tardat; videl
vi, & te in illis. Salve & Matri, Fratri, S
me salutem. XIII Kal. Sext. CIϽ IϽC, XVII.

EPIST. LXXVI. Portuam.

GEORGIO MARIO.

COgitationes erant de itinere ad vos:mutavi & multa obstant,valetudo,quæ per hos dies non amica,uxoris absentia,quæ ad suos jã ivit,provincia hęc,quęrarò nos aliò permittit. Mitto itaq; pecuniã ad Satorium, ut ille res eas ad me non hîc dilato,procura. De me ne suspira nunc nimiùm aut exspecta. Te ibi videbo, cum Deus hanc valetudinem firmiorem dabit, nunc nec ausim per eam commovere me, etsi spero ab illâ patriæ aurâ & favoris vestri leniendam illam & tollendam. Sed quid tu ita nihil ad nos? Judicia ibi audis de nupero nostro scripto & censuras. cur non asscribis? Quid de istis alijsq; censent, an pro ævo hoc venam habent firmam durantemq;? Quid Finchius? quid alij ab altiore ibi venâ? quid etiã agũt? Nam ut industria multorum est & peritia scio non cessare. Aslacus certè magnus ac inter apices ingeniorũ & laudem hanc durante consensu merito ei demꝰ, Brocmãnus etiã adprobus & miror nisi id ingeniũ brevi det claritatẽ. inter præceptores olim fuit, & cũ commodo meo memini duxisse, in primis illis ãnis ad ea, quò ibã. Plures etiã Academia ea habet ad quos (nõ enim supra quos) paucos componas in Europâ. sed de meis

istis

istis fac consortem qui faciant ad hoc
judicia & mentes. juvat intellegere, no
adducar ob ea adversa pœnitere aut d
mea mutare, si ea proba; sed rarius v
hanc arenam aut plenè etiam me ab
Dybuiadium publico scripto in N. N.
rere nescio quis rumor hic susurrat. est n
exempli sit magnos hos sic in se verti &
mitti, Humanas has litteras vocant, in
xãtesq; magis est ut brevi dicamꝰ. Sed qu
huc trahit? dicã quod sentio & quod r

Stimulos dedit æmula vir.
Nec quemquam jam ferre potest Cæsarvé
Pompejusvé parem.

O desinite rixarum, hoc est, ineptiarum
ras has librosq; modestius submissiusq;
te. Qui hactenus usurparant, quid pra
decus aut probrum retulerunt. Quan
lius modesti, quàm alti ingenij censer
cia hæc & censuras prosteritati perr
Sed omitte non nostra, salve,

EPITS. LXXVII.

Jo. SEVERINO FIONO

ANimus certè erat ad vos, nũc ne sper
hæc æstate, aut suspira, non venio. va
vetat, sine quâ mens non mutasset, ea e

nuior & incertior, valdè exercitũ habet. nisi fuisset diu est, cũ ille tractus me habuisset. hilaritas, cãdor, benivolẽtia, solemnia mihi sũt apud vos & voto usurpanda; sed nunc voto tantùm. Vitam hanc finirem antequam mediam eam viam. ne in eam trahe. Epistolæ lucem jam aspicient, & ego judicia pro me aut contemptus in quæ incurrant, ut illa aut hic erit, temperem, perseverem. etsi ut nemo

θνητοῖς πᾶσιν ἀδεῖν δύναται.

Cur doleam in judicijs aliquot adversis vel parùm dignis. De Carmine, lætor in censurâ & honesto de eo sensu votum. interpono mereri & ut Hygeia hunc tractum reviset: quid Lerquius redijt. Jucundum fuit audire & juro tibi,

-- *Incussit blandum per pectora amorem,*

Rectè & fortunate advenerit, fortunatè agat, diu agat. Ecquando ad nos? longi dies & noctes huic desiderio quod gestit amplecti, & cum Poëta;

Jucundum os oculosq; suaviari.

Dulce erit de longinquis illis oris audire. de viris ibi ingenio doctrinaq; magnis, qui illustrant. quid Heinsius, quid Puteanus illi Semones, verè dicam, non homines. quid item

Grotius quid Gruterus, nunc præ-m
alij è cœtu Phœbi?Malm. ∞ Ib. c. x
commendasti cupio & volo, sic ubi t
res ferant.

EPIST. LXXVIII.

Rose

MAGNO BARTOLIN

RAras ad me litteras, mi Magne, m
valdè caras, fluentes puro succo
amoris. eum in me non indicas, sed
nec exteris, sed immittis in hoc pectus
Utinam functio hæc remissior sit, uti
voto ire & redire sæpiùs in sermones
plexus tuos irem & præsens degusta
nectar. Tu jam velles? vix est ut spere
autumno serum est,

--- ὕε δ' ἄρα Ζεὺς
συνεχῶς

Severinus valdè trahebat, & ipse inclina
nunc dilatum aut, ne fallam, desperatum e
tùdo habet & non sinit pedem hinc mover
magis ad nos, tui cupidos & volentes. Tu
cui otiari licet & pro voto & usu peregrina
hoc abest. hic ligamur nimis rigido funi, c
& in quietem det? Parca & extrema illa c
enim antè spes sit. Centurias nostras non
illic, id vero mihi placet in precio omnia
id mihi persuades in his terris & dissentie
trifariam judiciis. Sed satis non damnari, &

quid miri aut novi sit. Pauci adplausum habuerunt vivi, nec scriptum adhuc vix scribetur, quod plenum favorem trahet, si in oculis est qui dedit. Ubi nunc non in more spernere aut convitiari propinqua, contrà loco aut ævo remota admirari. Versus hîc inclu-do, quos tu vide & ride, quod postremum serio scio facturum te, & rem ac verba eò ducere. stringebam ita non iratus, quod stilus ipse prodat, in quo faceti & iucundi aliquid, vix duri aut amari. quid autem requiras aliud? non est ille hostis, cum quo me compono. Vires in fortes vertamus, imò viros, istos è vulgo (nam ab eo non se exeruit quidquid hoc putat) admoneri sat est, ut desinant vanitatis & quod nunquam erunt, ne esse se credant. Vale ô mihi semper Magne & de te, de nostris, de publicis scribe, si quid est nobis admonendis vel delectandis. Westhovium, si vides, à me saluta, in quem affectus meus nec nunc quidem claudit, licet à me aversum. Malmogiæ. ∞ Io.c. XVII.

EPIST. LXXIX. *Rosæfontem.*

BARTOLOMEO HANSENIO.

ACcepi tuas, me lætum non invenerunt, sed fecerunt. in morbo eram, nô tamẽ in lecto, vires amico hoc affatu. & quasi novũ spiritum adflasti; magis quòd â multo tẽpore jã vestras non habui. ut n. post longam sitim, ad liquores avidiùs aspiramus: ita ad scriptiones ab amicis post intervallũ. De advẽtu meo ad vos vix potest, ita hîc distrahimur, non occupamur à studijs, à provinciâ, à morbis: nã ij crebri hîc sũt, & mirabor si nõ convertãt, nõ n. dicã evertãt. No-

vem

vem in meâ domo(quod mireris)jar
ipſe langueo & mente & corpore p
lapſus, quid ſit in reliquum hoc ter
ſcit,

-- Videt qui cuncta ſuorum
Novit, & inſpectis ambit la
miniſtris.

Is te diu ſervet, nos reſtituat, ſi ſaluta
quod ſalvus advenit, quod ſuos vos
mihi lætum, magis quod nos, cum r
in mente geſtat & viſere per te addi
propenſi animi ſigna ſunt, in quo
conſtet in corde iſto volo: veniat
invadam & ad os apprimam ac ad p
mota ea loca ſuavi ſic cogitatione &
reguſtabo. Deſidero jam diu magni
cum quo dies traham, & fabulation
bulationibus interdum dividam, c
ſtis illis modeſtisq; ſermonibus er
ſublevamur, quod neceſſum eſt in r
ris aut occupationibus, quas publice
tim ſuppeditat hoc ævum. Sed heu
...... Alia in publicis non habeo, r
ſic attigiſſe. non ſoleo certe aut mos
cretumq; ſinit. In meis totus in
ſum & per has ſeptimanas Danielem

Prophetam & virum conor illustrare ex parte. Nam per præcipua tantùm eo & apto ad hoc ævum, ad mores vitamq; corrigendam. Utinā non pœnè frustrà & remedij nec locus jā nec spes sit. Quæ à me petis, hîc mitto, habuisses antè, nisi in animo fuerat ipse ferre. Utinam sint quæ dicis alta docta, & pro tuâ salivâ. Ipsi mihi non valdè nunc probo, postquam ætas hæc nunc sic auget & in amplum it. De Bertilo cū pro votis, & supra tua vota esse assurgere scito: famam laudemq; stirpi debebit, ego non desinam eo hortari, eum in oculis habere, te in hoc corde tibi devoto. Petrum Petrum ibi saluto virum magnum, & (quod scire te cupio) in me volentem. Malmogiæ, ∞ Iↄ c. XVII.

EPIST. LXXX.

Jenam

MARTINO PERSÆO

dolorem nuncio.

NOn serium aut magnum, sustenta, quem tamen audies non lubens, à vobis abeo? quò? in beatas illas terras & superas. Morbus jam ante vix vitam mihi reliquit, nunc iterum stravit, vix surrecturum. sed tu serium dolorem hunc dicas & magnum? non debes,

lutum

lutum sumus scitè mixtum, ait ille.
mnum sit nos frangi, ut optima&æth
in terram inclusa se liberet, ad cœlum
avolet ab hac fece. Nam illinc de
optat & debet eodem recipi. mihi
qui me fecit, eduxit, servavit. Ut in ca
sunt, lætantes exeunt, & libertatem
donatam: ita nobis faciendum, nec
prosequamur quod lætitià debebamu
longo & duro itinere sunt, gaudent
tam tangunt, nos magis id decet, cur
illam. Cur non faciam? à miserià
eripior, in felicem inducar; morbos
tiam hìc relinquam habiturus illic
optet & speret. Hìc è plebe litterat
quis sum sine laude, sine famà: ut
habebo glorià non tinctus solùm sed
& ex magnâ illâ luce, obscura hæc
videam? sed contemnam etiam & ri
primo flore abeam, si nunc! quàm m
ipsum partum vix infusâ vitâ, vita es
egi jam optimam & suavissimam æv
lusi, lætatus sum, sine dolore aut mo
ad alia veniam si maneam, quæ afflig
liquam ætatem, ut nulla tàm felix for
non mixta poculo aliquo mœroris
Poëtâ

amarum ad satietatem usq; suggerit. Seriò, mi Persæe, fortiter ægroto. quid fiet deo in manu. illi me permittam, hæc omnia tàm promptè ferre paratus, quàm ille inferre. nihil ab ipso nisi utiliter, nisi sapienter & ex salute nostrâ manat aut fit. Quis nolit se subjicere & parere? Utcunq; jam cadat, te vivus non magis amavi, quâm pòst verè vivus amabo, & in hoc animo ad meliora illa loca ducam, quem in eo hîc jam porto. sed succedite læta; illud n. est quod scribis & nominas in ijs locis inclinatos in me, id est, litteras esse. Nam quia illas in nobis largé credunt, amant, non quòd meritum aliquod nostrum in eos aùt ævum hoc est. de altero eo jam ante notum ex sermone cum Hamiltono, cum alijs sæpé & ultrò de me habito. Redamare me seriò addic non fallas. Idem de Arumæo, ad quem hæc mens jam dudùm ivit & cogitatione sæpè junxit. Gaudeo eum ἀντιφιλεῖν & benivolentiæ hoc sensu pariare. Has volui ad[illegible] ac ad te dare, fortassis extremas. Salve, salve.

EPIST. LXXXI.

pomnam[illegible]

HEINRICO HAMILTONO.

Mens nō erat ūquā ad te dare, mi Hamilt. quid ita? quia nunquā scribere mihi pœne certū

aut calamum magis sumere. in inc
etiam alibi dictus in terrâ, sed ma
& valetudo jam se reponit, etsi tar
midè. Utinam plenè faciat, ut

οὐκ ἔσθ' ὑγείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν β

Nil sanitate vita habet præst

Ad studia tamen adhuc non fuit rec
incipio, & ut pueri, tento ac nitor
cum ego nuper apud vos quidquid
thecâ tuâ aut facultate, nunc accip
Lipsi mihi nunquam visa. velim ut a
volentiâ jam liceat. Lovanium ej
pro hac mente, dum ad seria illa ad
adsurgo, etsi quæ alia ad Historias
ut Dea Aspricollis & Hallensis. Exem
Politica optem videre; & magnâ al
Nam parum ejus operum apud me
Constantiâ, de Cruce tantùm vidi
theatro item Gladiatoribus; Ma
Romanâ & Militia, & si quæ talia; r
partem careo, & tu si ad paucos me
eorum dones; & inspectionẽ, benefic
magnum, grande. Quid insto? scio

φίλων γὰρ οὐδὲν ἴδιον, οἵτινες φίλοι
Ορθῶς πεφύκασ', ἀλλὰ κοινὰ χρή

Nil proprium est purè puteq; aman
Sed sunt. fides si vera, communes o

magis libri & chartæ; & tu ijs involve & obnube (chartis dico) si mittes, ne à nautis aut mari sordes trahant. sine dilatione etiam aut morâ beneficium hoc velim dari,& rescribi, si id non pote. Innitor jam Dalæum, hoc est, locum non longè à vobis,&arripiam certè si nostri hîc dimittant. Amici valdè trahunt; nam ibi terra natalis mea est. tùm locus & rus jucundũ ac caput quod res hîc eo loco,ut nemo hærere hîc possit,cui carum&optatum otium. Sed nec stipendia,quæ debebant commercijs propè fractis&multis per luxuriam aut desidiã infirmis. ut pleraq; non ad inclinationem spectare videantur,sed ruinam.Me quies capit nõ illa iners & ignava,sed quam scripta& sapientiæ studia sustentent aut vegetent, ac quæ in otio negotiosos fuisse ad ætatem proclamet, quæ post nos fluat. Paro igitur plura, si Typographos habeam scientes talium & volentes. Nam perdunt depravantq; (quid dissimulem?) quos hactenus fuit nancisci. non verba,periodos sæpè omittunt, commata, cola, & quidquid horum est,neglegunt aut invertũt.transpositiones crebras vocum miror ipse sæpè, & mæreo.&quæ pudor est videre. fit cũ litterarũ damno, cùm nullâ meâ laude;& aut rectiùs in posterum mea exeant, aut non eant. Mitto

Poëmatiorum librum XXIX.ob ca
editum. Sed quas à me audies cur
nã ut tu huc optare licet non ſper
ſed manus jam labat & reſiſtit.

EPIST. LXXXII

CHRISTIANO MARI

IN alienâ causâ & gratiâ iterum i
has adfert, uxorem meam tangi
dies. In Athenæum veſtrũ aſpirat
venit, an accommodum ſit & tutu
mo, de mensâ etiam proſpiciat;
animus eſt, fratrem adducere. Tu
rige ad optima, author eſto, in n
quidquid illi amicè à te fiet. Paren
ſummis fortunis. & ad quem nulli
his Sçanijs, non in eo ſtatu. de ſol
ſint, qui ad ſe intromittunt. A
ſplendidos ut ducas voluntas mea
preces, nam ad nimios ſumpt
contrahat. In his locis morbi. & ſe
aliosq; minantur. niſi Deus tamen
ſtinguat, quid dicam?

Νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ
αὐτόματοι φοιτῶσι, καὶ θνητοῖσι φέ
Noctes atq; dies morbi mortalibus
Sponte ſua cunctis mala mœſtitiam

Ut tibi serò faciant, pro te mihi votum. Nã de me puto vos audivisse. Languor quidam stravit & in lecto multos dies tenuit. an & dimittat, & in veterem stationem locabit? quod deus & cum ille volet; Nam ab eo hæc aliaq; immittuntur nobis corrigendis & admonendis fragilis nostræ sortis. Tollit etiam & sistit, si nos ad eum tollimus pœnitentia & devotione, nævos sistimus, quos ivimus & imus sparsum. quod utinam & nobis per nos liceat in cœlum mentē oculosq; attollere ea verba vocesq; ferre. Nã ut Telephus ille apud Homerum ab Achille læsus, oraculo jubente ab eodem remedium petijt: Ita nos debemus in istis alijsq; adversis lenimen ab eo postulare qui immisit. quod abire non potest nisi nostro bono, aut, si ante non sit, æternæ saluti. Vides statum meũ itaq; quod Jacobæus sic benivolè defert (in ultimis tuis quærebas) utraq; manu accipiam si sim qui fui, nunc mente, & gratias (ne neglige) à me dic me nõ respuere sed differre, donec per languorem hunc possum uti. Frater ecquid in quiete jam &, ut velim, optato loco? Animo ejus qui facit ista sedes? aliud aliquod fortasse magis allubescat? nolim. ubiq; aliquid quod displicet, ubiq; multa infusa nõ ad optatũ. tædia & molestias suas vitæ omne genus habet &

infcitia noftra aut infania nunquam
aut cupitis quiefcere, præfentia fpern
abfentia anhelare, & vitam femper int
deria habere fluctuantem. Interea abdu
quæ M. Gerardum jam duxit (nam ab
bes fcire) & bonâ fide felices femel b
reddit.

EPIST. LXXXIII.

P

MAGNO BARTOLINO S.

SEd & conftantiam item precor &
nam jacere te fcio & dejici ab infpe
letho. Me certè ftravit & commovit ut
jam multis his annis, etfi quid opus? U
nis, fi arcte jungis pungunt, levitèr ta
lædunt: ita hic fit, in dolorem fi nimi
mittis, dejicit, non faciet levitèr hab
eum modo. cogitemus, & quod null
proprium perpetuumq; bonum. qua
mus ad tempus & ufum aliquem, tant
ftra funt, etiam hæc vita, quæ non r
via eft, ad aliam illam vitam. Feremu
amicam eam afpiremus, non doleam
miffam. Vult hoc illa ipfa & optat, è ca
fperamus) & fuperis illis terris, oculos
& nos mittit, lætante animo, robur n
fentit, teneritudinem & abjectionem
&

&miserante.temperemus,qui ſcimus fato hæc fieri & nullos ab hac lege immunes.

ὀ κακὸν οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται,

Haut pravum hautq; bonum, ſi ſit primus modo natus.

Habemus alios, ubi cogitatio noſtra, ubi animus quieſcant, in quos vultum & oculos mittamus, nec in hac omni vitâ tàm dejectum aliquod malum eſt, quod non temperatum cyatho aliquo lętitię.ſed verto ab hic triſtib9.Mechanica tua quando Solem nos ea videbimus. Malé differs, quod ante annos dignum & exſpectatum legi. protollis dum largiora tempora ſe aperiant, & Minerval iſta portent? Vereor ut nobis vivis hoc ſit cogitare. ſi ego aliquid in ævum introſpicio, fruſtrà ſpem eam alimus. Studia & quieta hæc vita divitias nunc non donent. ad omnes & ubiq; vide, præmij hæc

Res hodiè minor eſt, heri quàm fuit atq; eadem cras

Deteret exiguis aliquid;

ut alienis verbis tibi hoc dicā. Et ſi huc imus, alias res licet agamus.Sed tu ſcopum hunc non habes, quidquid alias ſit in morâ.Chriſtopho-

rus ille quid? turbat adhuc omnia n
nō solet quiescere.& si nescio quomo
id puto minas tantum futurum. in
Ubi quod in N N tam diu & cum bi
quem virum supplantare potest non
ille autem quid? ridet,spernit? nec a
sa est. Usu & ætate discimus spreta l
jecta cito concidere nomen & vitar
à responso & oppositione. quam m
in magnos viros injurij etiam supr
nunc fit famam tangebant & secaba
ostende vel chartam? non invenies. C
statim & diuturna non sunt nedum
Non sciremus jam Platonem Socra
bellis his petitos, nisi id ipsi alijve ab
prodidissent. cogitet, contemnat, se
centem stellam esse, cum nec fumis d
scintilla. Morbi hic invalescunt &
munt, ut sistat & tollat eam rogo, q
misit. ꝏ Iↄ. c.xvii.

EPIST. LXXXIV.

Ros.

PETRO PETRO. S.

Diu non scripsi, tandem debeo, constet solitum illum me esse? id
xium & volentem. Sæpius esset, sed si
cio, si munus hoc, si loca, quæ abjun

permittor. Me? studijs severioribus mergo non trado tantùm. Munus? nihil donat remissionis aut otij, jam loca? raro hic habeo, qui iter illuc habent. Hæc sistunt & obstant, nullo tamen amoris impedimento aut fraude. Nam ille non silet, etsi litteræ. paucis sed fidis verbis. & quæ à pectore non ore tantum veniunt, amo puro & vero affectu, nec optem, Musis & bonis carus esse, nisi mihi tu. De novo munere lætor.

Τερπνὸν δέ τι καὶ φίλων ἀ-
ἐ ἐυτυχίαν ἰδέσθαι,
Nam dulce amicorum videre
Felicitatem.

Opto felix esse & non portũ sed stationem eũ locũ, te ad alta longiꝰ longiùsq; iturum. opto, te illic videre incoram, ista dicere. & quid si mei reficiendi causâ ad vos excurram? ego aspiro & vellem si functio illa vellet, quæ ligat, & amorem fidum, veterem vegetare, delicias, lusus, stultitias narrare primæ illius ætatis. Cogitatio ea adhuc afficit,

Et mihi diffuso sensum perstringit amore.

Videbo quid in æstatem liceat; nam nunc valetudo vetat, quæ tristior mihi est & fuit aliquot jam menses. surrexeram, stravit matris abitus ab his terris. nosti illud vetus:

νόσον

νόσον πολὺ κρεῖττόν ἐστιν, ἢ λύπην φέρειν.
Morbum leviùs est ferre quàm luctum diu.
Sed hæc mitto. epistolas dedi hac æstate et jam videris, tibi ne alijsq; ibi satis probas? de judicijs aveo scire. indica; non quia sequor semper aut muto, sed quia nec contemno. Ad Claudios fratres si scribis, salutem asscribe. Martinus manet adhuc ibi, aut aliò vertit? Primum velim & voveam certè nisi major aliqua sors à nobis vocat. dolcam si nihil benignè adhuc in eum factum, certè debebant, qui in hic magno sunt, si mos & indoles illa antiqua esset, sed ætas hæc non pro Musis nostris, & ego quem in aliquâ famâ, etiam in aliquâ re supra vulgarem sortem censent in me sentio, qui nihil valdè à studijs retuli præter laudes & nomen, variè inter culpas & contemptum tractum. nam quotusquisq; hæc nunc non spernit & calcat. ∞ Iↄ c. XVII.

EPIST. LXXXV.

Octaviam.

HELIO PAULO S.

AD læta vestra ire commune nostrum votū est. Sed hoc tantum. teneor hîc & adstringor à morbo, â munere, à dolore, aliter an non vellem & affectarem ad tàm amicos & diu non usurpatos? facio & vix ita qui esurit ad mensā-

nec

nec dies sed annos apud te ponerem, si pro optato degenda vita sit. nam cum Poeta

ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν, εἰ μεθ' ὧν χρέων τις ἂν,

Quam dulce vivere, si quis est cum queis cupit.

Sed jam langueo & quandò finis? quandò infortunatas illas terras

Latantis-semper vita tractusq; beatos?

Nam harum turbidarum jam tædet; occupationes etiam tenent magnæ hîc semper & molestæ, nunc præ solito & adsunt & instant. De matre etiam jam audiveris vixisse. adeò nulla hîc firma & constantia,

--- οἶδε γ' οὐδεὶς

Ανθρώπων, ὅ, τι νὺξ χ' ἡμέρα ἀνδρὶ πλεῖ,

Nemoq; novit

Quid jam mox homini nox vè dies vehferat;

dolorem renovo, si magis tango. Me absente solennia ea agite, sed dolente & invidente. faustum sit, felix sit, & salutare in vitam non hanc tantùm sed venturam. Epistolas edidi per hos menses, inscripsi præsidi Urnæo, illinc vobisq; acceptas. Juvat rescire; non quia judicia aliorsum semper rapiunt, sed quia nec spernere semper decet & nos supra censuræ ale-

am efferre. cæterum ipſum Heroem diu ego in magno habui cultum deferre, vel doctrinæ ejus quam habet ſupra fortunam ſortemq; ve inclinationis in me cauſa. niſi ad te eumq exemplar, ſcio per veniſſe. Tranſivit hac ante triduū Vernerus ſalutem ab eo dixit. tum etiā ſperata quædam de B - - - rebus. Fatum pro greſſum aliquem ibi dedit, utinam verum tan dem & magnum, qui mercedem tractum ur bemq; ſecum ducat. Fiet ſpero & Deum ho non abnuere ſed differre, ſi - - miſcetur & ſ jungit, video pugnam & certam in alterutram partē cladem. Nam ut ille fervet ardet promptus damnū dare aut ferre frigus hoc nōpatiatur & in hyemē etiā trahi bellū. ☉ Ioc. XVII

EPIST. LXXXVI.

Roſtochium.

EILHARDO LUBINO.

CAræ mihi jam tuæ & optatæ, hoc habebant triſte, quod excuſas reliqua ex meo voto. longum mihi fuit fateor, longum, & jam non dilatum pœne deſperatum habui, non â t (qui debeam) ab ijs qui huc ferrent. ſed accepi mi Lubine, & gratiam tibi habeo & pro operâ & pro ſucceſſu, me ſic feciſti non amicum ante fui, ſed mancipium, et ſi res tuæ requi runt, in hoc tractu, aut alio, ubi ego quidquam poſſim

possim, ubi mei invenies ex fide acturum apud tam fidum, ut impetres nolo, imperes imo volo. nihil grave unquam quod pro te, qui tuâ poenè causa sub humum eam.

τίς γὰρ φιλότητος ἔρως ὑπὸ καρδίην ἐλυσθείς,

Talis amoris vis etenim sub corde meo involuta.

Ita causa est, nam de versibus quos includis, rigui in ijs pariter & stupui. illud ob encomium hoc sublime, quod mihi das merenti; nam quis vel voto talis sit. istud ob venam sic facilem, sic fluẽtem. quæris quod è tàm multis consentiam imagini nostræ subscribi? nullum. nec prece aut precio huc me ducitis, ferant alij omnem hanc gloriam diffundi sic inspiciq; in his remotisq; terris. Ego non mereor etsi maximè hoc sit ac ego jam in ære aut brevi futuris sciam me è litteratorum plebe levẽ vilemq; esse, non magnatem, aut, quod tu me facis, magistratum. & modestiæ meæ amicũ aliquid inveniã. Hæc sublimia ac quæ nubes tangunt, alij qui ipsi tales, nõ ego adprobo. sensũ affectumq; tuũ valdè, ac peream iterumq; perẽã. si non te in paucis Germanis æstimo à nõ assequẽda ingenij altitudine ac quod sequitur, utrumq; quoties mihi scriptum) amo sed depono hæc. Tu pro munusculo gratiam

etiam

etiam agis? vultum oculosq; submitto. non fuit hoc tanti. Valetudo abierat planè (etsi jam paulùm redit) & ego ad beatos minabar. etjam uxor in morbo fuit, sed in Blegiâ & septem alij in meâ domo. Adeò Hygeia â nobis abijt, etiam mater ab hac vitâ eo mense.

Usq; adeò nulla est sincera voluptas,
Sollcitumq; aliquid lætis interVenit.

Ea res valdè dejecit & turbavit, & nunc facit quòd litteræ meæ sine dono illuc eant. sed dilatum hoc sit non neglectum.

EPIST. LXXXVII.

Dantiscum.

GEORG. LAUR. BORASTO, I C.

INter eos sum, mi Boraste, qui seriò amant, quos semel in animum immittunt, rebus factisq; ubi occasio ostendunt. Ea cum jam faveret, mittere has ad te volui, & unà animi in te signum Epistolas, cum alud nunc non esset. nec præ te enim est in omni eo tractu, quem velim his quasi libamentis placare. scito enim nodum non levem amicitiæ tàm doctis litteris te injecisse, pleniùs attrahendum, si pergis, & scriptione tali magis magisq; adstringas. Alias meas jam dudum acceperis; nec enim fefellerit, per quem curavi. etsi ex usu & voto fuisse, qui sperem, ut in morbo conceptæ & scriptæ

scriptæ. Is nunc deserit, sed ex parte; nam plenè non factum. in studijs tamen sum, etsi parùm oportuna ijs hæc urbs, tota Mercurij aut Fortunæ non Mineruæ. At Germania se tollit, surgit, mihi ipsi sperata ante annum & optata. Si fuisset quo meo commodo? quâ voluptate magnas ibi urbes & viros vidissem, & sapientiæ illa decreta patenti aure bibissem? sed nobis non datum, ô te beatum peregrinationis, unde dispectio & inquisitio sit in omnia alta & honesta, quod non aberit, quin magnum te faciet imò æternum. Talem amicitiam voveo, & ut mutui hi affatus sic adeant & sibi obvient. Salve, & memor esto

In te propensi, te suspirantis amici.

Malmogiæ. ∞ IϽc. XVII.

EPIST. LXXXVIII.

Rosæfontem.

BOETIO LAURENTIO.

DEdi ad te amorem à multis jam annis, (ita Deus mihi faciat) debeo etiam litteras interdum testes de affectu, & cultu in te isto nunc magis decet, cum fortuna in ea loca te duxit, & mente ac manu gratulari. Fato natus es, fas ita loqui, ut ingenia sic supra vulgum ponas & hæc humana, & ego tibi non metam, sed gradum voveo hoc munus, ad ea, quò doctrina

ctrina tua & virtus trahent. Tu pro virili tuâ jam ſuccurre, & afflictis ibi Muſis docta & felici manu medere, Moleſtiæ ſe offundant, ut res ſunt humanæ. Ferre eas & alto animo vincere oportet. Et tu facies, ut ingenium tuum eſt. optem te illuc videre. voces accipere & interponere, & erit hoc in æſtatem, ſi tamen in eam ſupervivo. languores vix promittunt, qui regnum hîc tenent. me etiam jam diu & ſub humum pœne miſerunt. Sed ad me nunc redeo ferè collapſus. ad ſtudia etiam nunc tandem, & ſi ſic pergo, neſcio an vitam iterum non eo deſertũ, nam arcũ ſi nunquã remittas frangas: ita animum, & novi habendas has litteras, cũ modo ut diu habeamus. Sed quid? cum Medeâ

Video meliora proboq;
Deteriora ſequor,

& me in hoc fonte non tingo ſed mergo. forte eâ viâ in lethæis aquis? quid male ſit?

Dulce inter Muſas ſit Charitesq; mori.

Tu ſerò fac, mi Boëti, & meo voto vel poſt Sibyllæ ævum. Malm. CIↃ Iↄ c. XVII.

EPIST. LXXXIX.

Gremſaam.

PETRO OLAO S. D.

INvitas ſuaviter & ut comitas tua eſt, amicè, ſed, mi Olae, nõ vẽturũ. dulce eſſet colloquiis

veſtris,

vestris, sed & conviviis pasci; cur dissimulē? jucunda illa & suavis diffusio esset excitandæ & hilarandæ nostræ vitæ. Sed omnia obstant, mater mihi hoc autūno ivit ad beatos, nosti morem hîc & consuetudinem, cui non decorè contraibo. si non esset. nec tempus tamen aut animus nunc ad læta. Valetudo enim adhuc, quæ fuit, infirma & credo ad mortem eâ viâ eo. Quid mali sit? à malis tùm primū disjungimur, quæ nos cingant & premant, dū nos hanc terram. Quod fero & cum sapiente illo clamo:

μή μοι γένοιθ᾽ ἃ βούλομ᾽, ἀλλ᾽ ἃ συμφέρει,

Contingat haut quod opto sed quod expedit.

hæc si non essent, imò primum id si non esset, tædium quod menti nostræ obortum me non mitteret ad nos sed pelleret, ut ego illud lętitiæ eâ aurâ, quæ ibi jam spiret; nam viæ, quæ jam malæ, & hyems quæ adest aut instat non teneret. Animus apud vos hæreat & divertat, quàm diu in corpore isto hærebit, quandò aliter ut nunc jungar, vovere magis licet, quàm aspirare. Hilaria ea agite cùm bono deo, & in gaudium, in usum, in felicitatem vincula ea nectant. ad extremum te amo ac colo, quod primum mihi fac. Malmogiæ.

EPIST. XC.

Osterslaam.

ANDREÆ SEPTIMIO.

AD solennia vestra vocas, mi Septimi, sed quod dolor meus est, non adducis. si pro voto meo essem, nihil mihi magis in votis. Sed si me inspicio, si mores hos, si tempus, non permittor. me? languor adhuc tenet & in quartanam mutavit, hoc est, in pejus. mores? matrem audiveris me amisisse jam elapso mense, & consuetudo jam hoc anno ad læta non permittit. Jam tempus etiam obstat, si unquam nunc injucuudum, & vias facit, quæ eo, non breves. Hæc me non sinunt esse earum rerum, ad quas ipse inclino, vos vocatis. quàm primum Deus animum ex voto mihi dabit, ipse ero pro vestro voto, vos ibi videbo. Lipsi quæ poscebas mitto. de quo sic censere te lætum mihi neq; insperatum fuit. Quis magnus animus aliter potest? Ego autem etsi incoràm te nec nisi ex litteris haud vidi, &c, quod sequitur, judicia hæc sermonesq; miscui: tamen scio te in magno semper posuisse & magis facturum, spondeo magis usurpatum. Verè magnus vir fuit, ut nec sciam componendum. Insignia multa ingenia illud seculum habuit. Dusam, Casaubonum, Gruterum, qui

nec

hec dùm abjunxit, pluresq; sed omnes laudem hanc illi dabant superioris: & unum Scaligerum etsi non ego, alij excipiant, à stupendo patre stupendum, & supra hoc ævum natum. omnia in ipso vide, dices. Judicium? quàm recte & sine lapsu ad omnes id misit, gratiæ aut invidiæ expers, de priscis certe, suum cuiq; pretium concessit. Jam ingenium? quam acre, subtile, igneum & quod nihil in ulla lingua, ullâ ætate aut scrip- pre; in noto ignotoq; orbe reliquit intactum. Methodum quam in omni materia etiam confusâ aut sparsâ ivit amatū? Debemus dicere qui amici, fateri etiam qui nō amici nil par aut pulcrius hac parte extitisse ab ullo ævo. Dictionem deinde & stilum spectas? acrimoniam veneremq; infudit, paucis novorum ubiq; sic assequendam. Ac ut nō diffundam, multa paucis scripsit, suaues dulcisq; ubiq; fluens, penetrans legentem & percurrens; tenebras nunquam aut nubes relinquens; quod in stricta & arguta brevitate mirari magis licet quam imitari. Monitorū semper plenus & profundens. Sententiarum in nulla re vacuus aut inanis; & quæ nec ad te scribā. Annos tantùm plures fata illi dedisset; dum affecta multa, nūc nunquam speranda; dedisset in lucem. Nam parum ipsius operū, ne nescias, orbi innotuit:

Maximam partem & (ut extrema illa solent) meliora fatum mundo invidit, an immerenti & indigno? Certe vorax flamma plura edebat, quam is in tota vita edebat. Nam de Magnitudine Iudaica libros IIII. pares illis Romanis aut superiores jam jam erat daturus, cum invida & ob non sat magnam ab alijs haustam gratiam irata Parca filum incidit. De Iberica Gallica, Ægyptiaca totidẽ plures ve, &, quod damnũ iste mundus nunquam resarciat, Historiarum compendium sequutura mox in promptu in paratu jacebant. Non tango de Trasea magno & invidendo scripto, non de Institutione iuvẽtutis, nõ de alijs, quæ tu scito

Flammis injecta rogoq;

Paulo antequam ille animum spiritumq; ejecit in superam & serenam illam terram ferendum. Quo certo ivisse animi illa puritas & candor dat sperare. sed tu quæ ad nos venerunt, vide & jucunde (nam hoc sequitur) lustra. Dices facem ad multa & in multis allucere, ad quæ nec veniat per se quivis nec credat, prudentiam animo, non scientiam solùm instillare, mores cum ingenio & lingua pariter polire, & quæ nec nunc pollicebor. Utinam mihi alijsq;, qui famæ hoc æquor navigamus, ex media tantùm parte sic liceat usui & delectationi

gentis

gentis humanæ esse. non pompæ aut vanitati servire. Tibi omnia mea debent ubi & quandò voles.

EPIST. XCI.

Asseroam.

NICOLAO OLAO, V. C.

SCribam & fortasse quod dolentèr audias, ad vos nunc vix imus. Si in æstatem læta illa incidissent, nihil nobis lætius, quàm magnos ibi amicos & viros, te in illis videre. Jam hyeme, quæ est aut imminet, jure terremur imi tenemur. nec N. N. ipse in eodem casu, & meliore viâ & aura huc ivit; avidè exspectavimus non irriti tantum fere irrisi. Valetudo etiam jam non volet, si ego, quæ non bona, ad mortem ducit si sic manet. quod fatum volet,

Τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισι καθανεῖν μένει;

Cunctos semel vivos enim manet mori.

Invitationem jam nunc habeo; an vocationē dicam; sed quò non secedo. Ratio omnis fortasse suadeat arripere me nunc oblatum. Sed video conclusū Canutum in Scanis mori. Nam ut nunc mentem, mores, vitam ad aliud cœlū & ingenia formem nescio, an pro sapiente sim: consuetā aurā, locū, notos mutē, omnia nova sensibus oculisq; istis objiciam; ad pompā deniq; & splendorem componam. Quod necesse

si vitæ ibi spacia cum decore, cum laude decurram. suavia hæc olim & voto acceptanda. nunc non ad virile & maturum ingenium faciunt, & compositus hic animus securitatem, otium, quietem quærit aut spectat, quæ mihi ibi non usq; quaq; certo præstent. Minus jam vitæ restat, quàm quod peregi nam vel XXX annum ingressum aut citò facturum me, non tu nescis. In illa media vita cur nova consilia & sedem quæram. Nam ut ante multos jam annos, hoc est, maturè ac prope adolescens functionibus rebusq; sum admotus, multum hoc mihi videtur, & quod, si mei voti sim, jam det à mundo hoc missionem, quidquid alij inter juveniles, & primos annos istam ætatem habent. Itaq; maneo & nigram illam Deam exspecto, apud multos incuriosos mei, paucos spernentes, fortasse & nonnullos invidos. Nam hæc non habeam? stultus qui hoc proponit, aut sibi spondet, ubiq; se infundant quæ merito nollemus. nec terra aut gens erit, quæ omnia dabit ad nostra vota. Alij, ut mens & mores suadent, ego cogitationes non mitto ultra ad vana rerum. Rem non speciem quæram. honores, opes, famam, hoc est umbras, breves stricturas, recto oculo cernam, sed & spernam & contemnam, Ego sic semper censui, qui

qui ad alta duci ad mala vult, & quæ deprecetur, aut in odium ponat, diu habita. Mihi alia mens. felicitatem in paucis pono, velim te posse & splendida illa calcare non solum transire & animosa fiducia ad meliora mentem ferre, certe debemus. Nec pro vulgi mote & sensu esse. Aliter quid nisi campanæ similes sumus, quæ altos & se diffundentes sonos edit, nec ipsa eos audit; sic nos eximia præcepta & hortationes ipsi ab ijs expertes. Festinat & poscit qui feret, vos Salvete.

EPIST. XCII.

Asseroam.

NICOLAO OLAO, V. C.

ALiquot ad me dedisti, ad quas ego nihil, non debebam, sed distrahimur salutationibus, colloquijs, convivijs, & quæ solennia esse scis in hoc ævo. ideo neq; nunc scriptioni longæ sum. Addo quod tardum corpus & mentem reddit hic morbus, quem levatum aut sublatum sperabam tantâ morâ, nondum factum; nec enim deserit, alias acrior, alias remissior, remora tamen & velum aut impedimentum nostræ mentis, & in eo tam diuturno vivere & spirare me, etsi non alij, ego miror. studia tamen non omitto in publicis privatisq; malis levamentũ, & jam de magnitudine Danica

aliquid dabo. Si tamen per eos qui hic magni statim edo. Alia etiam possem, sed non vult hic status, quæ ego volo, & currentē sistit. De Bliccio scito non reversum ad nos, & jam petijsse missionem, nuncio tibi si non audivisti, renovo, si audivisti, abijsse ad alta & beata loca. En tolle spiritus & supercilia, post breve tempus non future, aut alibi future. De reliquo, risū non tenui in suspicione, dę me tàm aliena à me & quæ in cogitationem nunquam fuit. Ego me subducam? ego in Germaniā? Nam quâ causâ? stipendium exile vile. scio, nisi Deus urbem istam reponit in veterēm suum statum; hoc est bonum, vilius etiam futurum. quid tamen ad me istud? ego inter hiantes istas conchas qui semper appetunt semper anguntur, nihil sat aut nimium habentes? scio lautè etiam in re non lautâ vivere, hoc est, animum curare, quæ corpus hoc tangunt nec appetens, valdè nec curans; verbo dicam quisquis ad re hoc attulit, à vano sumsit, à nihilo. suspicari alij de me possunt, ego statuere & definire. Id tamen cur negem, urbs hæc & amplius dicam, terra si me respuit, (nec enim aliter) libenter me Germaniam tabernaculum vitæ lecturum, terram virtuti & litteris supra omnes jam amicam, in me proclivem, & quod invitet ingeniis aliquam

quam multis sapientia & doctrina magnis infessam. sed scio unde ortum sumsit is rumor, ac ad te perscripsi ante septimanã, & jam scio accepisti. Invitare alij possunt, acceptare in mea manu & culpâ, si facio vobis invitis. Habes de ista re; nam de publica, scis me non misceri. omnia hîc quieta & *tranquilli*, ut cum eo dicam, *fluminis ritu feruntur.* Salve.

EPIST. XCIII.

Vejos.

GEORGIO CHRISTOPHORO.

SI quisquam in eâ terrâ ad quem mentem & litteras volens mitto, & à quo accipio, juro te eum esse. quod jam temperavi aliquantum & velut substiti, causam habui altam, veram, mærorem. Matrem amisi hac æstate, ab ea luctus jam affligit, & lenire solatio aliquo aut lætis possum, nõ vincere. ipse in abitu nuper erã ab hac vita, nec adhuc consisto. delinquo viribus & deficio. Solatia & læta hic non sunt reparandis. Incipio me tollere, sed animo parum vegeto & alacri, cœpta mea jacent & per hunc autumnũ nihil conor aut scribo, an unquam pro veteri nitore & cultu faciam? despero, ad finem meum eo, aut certe sine aliqua gloria maneam, nec vires unquã ab ea dejectione sumam. Vices hæ rerum sunt & temporum,

ut in ævi lapsu jam æstas, jam hyems, ita in vitæ decursu læta & tristia se excipiunt & pellūt. Sed adjuncta hæc vides, ad illustrem Sinclarum eunt, in viciniâ ibi jam est, mitte aut ibi ipse trade. Quid etiam? promissum tandē solvam nuper datum? Lipsium absolvam liberemq; non à culpa, sed mendacio, quod alij tibi affricant. *Christi* aut *Jesu* nomen (haud scio firmiter utrum) ajebas Lipsio nunquam scriptū dictumq;, horruisse ad auditum; nam id verbi usurpabas. Exclamem ego cum ipso *Deus immortalis quam acerbitatem cadere in Christiana pectora*, ut hæc ausint hæc velint efferre. non de te huc id traho, sed ipso à quo tu hæc hauris qui voce versuq; Lipsi manes insequebatur nuper & mordebat. ipse nunc post fatum (vide imô admirare justâ à cœlo pœnam) pro Atheo, pro mago, pro. Sed parcā, ab omnibus & ubiq; quamquàm falso habitus creditusq;. Nam ego scio nihil hoc omne esse, in contubernio ejus, vetus & multus, quod nūc ipsi magni de eo aut spargunt aut assensum nō negant. Sed audi, mi Georgi, raro incidisse hęc nomina illi meo, cur nego, utiq; in historia, in Criticis, in profanis argumentis ubiq; versanti, ad quas nugas trahi hoc nomen aut inspergi. tu alijq; non injuriū tantum, sed impiū putetis. & crede, religio ipsi fuit hoc magnum, hoc admirandum, hoc

hoc super omnia nomen ad viles res scriptionesq; adhibere. cur ad doctrinæ genus non se dabat, cui hæc summa & à cœlo poterant misceri? Professionem vide in qua vitam traxit & finivit. nec puto te hac parte culpaturum. vis tu præter Theologos sapientiæ aut scientiæ scriptores nullos extare. Adi, audi hodie in Academijs, Scholisq; ,Physicos, Methaphysicos, Mathematicos, Jurisconsultorum item Medicorumq; , crebras lectiones, quam raro audies, se hoc nomen offerre, aut etiam non offerre. Aut putas tu scriptores non extare ab hoc ævo, in quibus ne vestigium mihi ab his nominibus dabis. sciunt qui in scriptis assidui, accubui, sed extra Theologorum oleas & ad hæc mea risum admirationemq; miscebunt cum legent. Sed de Lipsio. ille pietatem in corde magis, quàm lingua habuit, exercere eam quàm jactare, melior. adoranda hæc non admiranda tantum nomina si non nominavit sæpè, cogitavit invocavitq;. In scriptis ubiq; elucet, nec dabis in omni Theologorum cohorte, (& ingens eorum copia, ut apium) qui de deo, de cœlo, de pietate plures melioresq; suasiones sparsit, crebrius fortiusq; à vitijs, à fastu ab impietate retraxit. quoties ad id occasio ulla aut facultas. Vide quæ juvenis scri-

ſpit dices? quæ vir factus ſenexq;? idem ſed de re ipſa videamus. ille vero nomina hæc & ſcripſit & nominavit & veneratus adeo eſt, ut debuit ejus qui ſe *fecit liberavit, redemit*, ut ipſæ de ſe. quod tu mecum vide; nam nulla ſuada antea te ducebam ad aſſenſum. De Chriſti primo. & puto hoc nomen urgebas, quod in uno libro immane quàm multoties infert, iteratq;; nam ad plures ut eam quid opus. *Ego enim* (ad Torrentium ſcriptum) *feriò ſcio & ſentio in uno Deo & filio ejus Chriſto, qui nos benignè, redemit, liberavit, ſpem omnem poſitum humanæ ſalutis.* Quid dices? quis Chriſtianus confeſſionem nobis donet magis Chriſtianam? Deum filium patremq; apertius notet aut nominet, ut ſi unicum hoc ſit in diffuſis illis ſcriptionum pro hac re teſtimonium abſolvere poſſit hunc reum. Sed hic non ſiſtendum. Ubi Joſephum conſules conſolatur. *Heu ſortem humanam naſci dolore mori, & tamen felices inter omnes miſerias hoc uno Chriſtiani, quod via nobis per hæc ad aliam vitam; in qua gaudiorum nec modum ullum eſſe ſcimus, nec finem,* huc

huc aspiremus, hæc spernamus, & vocem illam ex pectore efferamus: Dissolvi velle & esse cum Christo. Aperi aperi oculos, non tu vir magne cui hæc scribo, & video ex ludo & joco hæc constantius à te asserta. quòd amare me illum virum & ingenium nosti, supra omnes mundanæ sapientiæ & prudentiæ scriptores. Aperi inquam, qui occasionem primitùs dabas istiusmodi, non dicā, sermonum sed cogitationum, & illi affingebas, quod per somnium caput ejus nunquam attingebat. sed levia adhuc ista, ad alia collata. ad serium aliquod magnumq; veniamus. *Ex omni terrarum orbe Christo sacratos homines ad se evocat;* ECCE INTER illos ego sum. vide apertam fidei professionem, præ quâ si rem suis precijs æstimas, ipsi Theologorum apices, cum omnia fecerunt, non dare possunt aliquid magis Theologicum, magis pium. Et vita alium fuisse aut discrepasse, cur credam, qui scintillas has crebras & ignes video in scriptis ejus accensos ad virtutem & pietatem. De isto sic satis ostensum, (etsi alia in aliis scriptis sunt) non satis habuit, ipsum crebrò nominare, nisi nos, qui signa damus sub hoc duce, ab eo

deno-

denominaret crebro & frequenter. Pro qua re quædam attexo, *Pietatem* (Montmorentio adſcriptum) *caput virtutum an omnem virtutem dicam? quisquis ea caret aut negligit, quid veri non dicam Chriſtiani hominis ſed hominis habet? Ad eum nati omnes nos quoq; peculiari Dei gratia inſtituti ſumus, teneamus & amplectamur, unicam quietis ancboram, unicum ad perpetuam ſalutem viaticum & viam.* Ecce buccinatorem & claſſicum canentem Lipſium pro Jeſu pro Chriſto. Et hoc eſt ad ſancta illa nomina horrere, nec voluiſſe in linguam ſtilumq; ſumpta. In multis hoc nomen ſe exerit ad Velſerium egregiè de injurijs non retorquendis: *Philoſophi ſumus tranſeamus CHRISTIANI patiamur alieni ab exerta illa delictorum omnium, Superbia & Vindicta.* Paulo poſt ad Flor. Vanderharium: *Heus Heus Chriſtiani ſimus: Sacerdotes pacis, ut Tertullianus ait, & ſi quid peccatum eſt, pœnitere malimus quam defendere, hæc mea mens eſt,* Et alibi *O pareamus Deo imò aſſentiamur, & hoc Chriſtianum pectus decet,* vides ita nomen, vides inde denominata in frequenti uſu ipſi fuiſſe. etſi parva ac pauca à magnis ac multis locis in quibus hæc elu-

cent

fent ſcito adduxiſſe, vel hoc ipſo libro, ut parum dicam, nam otium& animus non fuit ad excutiendum, Ter Chriſtianum orbem dixit, quater Rempublicam Chriſtianam. Bis Chriſtianæ rei ſtatum, toties ſapientiam Chriſtianam. Præterea populum, fines, fidem, rem, ſenſum; ſcriptores, item, pietatem; natalem. Chriſtianum non ſemel, & quæ longum ſit referre. nec crede nude non firmiter veſtigata re ſic conſtanter aſſerere. Atq; tantum abfuit, ut fuerit ei hoc nomen exoſum (in ipſum orcum relegandus ſi fuiſſet) ut nihil vellet eſſe, quod non pro Chriſto faceret, ideoq; ipſius verbis, *aptare veterem Philoſophiam ad Chriſtianam pietatem voluit*. Satis & nimium. debebam jam ad alterum ire, de Jeſu nomine citato aut inſerto oſtendere, tædet pudetq; in tam clarâ & non fallenti re pugnare. & in quàm molem hæc creſcant, ſi ſic inſto. deſino, contemno magis quam curo, quidquid iſti oggranniunt, exclamem tantum cum Poëta:

ô nihil unquam

Creſcere nec magnos patiens exſurgere laudes

Invidia.

Nam illa has umbras inſpergit ingenti illi gloriæ

riæ& dolet in flagranti gratia innoto ignotoq; orbe esse. priusquàm tamen concludam. Dicã quod vix mihi credas admirãte hoc ex alio ævo, ridentibus etiã ijs, qui Lipsiũ sępius volunt, videntq; quò intendam. *Magnum Jesum* supra, ut parum adhuc dicam, quinquagies uno opere scriptum rescriptumq;, & ubi facile fuerat abstinere. Tu quære ipse & indaga, pœnam de me sumture supra Phaleres omnes & Nerones, si in eo numero fallo aut impono. Nam mihi nunc non id lubet, magis molestiam tibi creare inquirendi. quod si possum, ludum jocumq; id dabit, sivè me illuc, sive te huc (anne sperem) semel venturo, sed seriò, unum adhuc diluendum non habuisse ipsum Epictetum Senecam ullosq; supra sacras litteras & solatium roburq; ab illis lacunis quæsivisse veris fontibus spretis. junxisse hoc fateor, prætulisse hoc nego, hoc pernego. Vel ipse se hîc purget & tu vide. *Mitto ad te libellos nostros de constantia, quos petiisti. magis tamen ad sacros libros te hortor è quib. vera solatia pietas omnium malorum*. Judica quid hujus rei sit & quam justè notam hanc illi eunt inustum. Non opus sit addere ad ista aut augere & facio tamẽ. *Misceri* (alibi ait) *hæc nolunt, & satis esse,*

puram

puram illam à Christo doctrinam sine mixtione ulla sapientiæ humanæ. Nec acriter iis sane pugnem nisi quod nescio quomodo apud omnes homines vim aliquam habent & juvent etiam illa extrema. Et mox; *ego ex usu non juventutis solum nostræ, sed generis humani putem trahi & conduci, omnia ad metam hanc pietatis. Modus teneatur tantum. & ut hæc divinis litteris serviant, non contra.* Vis plura in hanc rem? clarè aperteq; invenies clamantem *vias ad salutem perveniendi expressas tantum in sacris litteris, nec hæc externa omnia & Philologa sive Philosopha aliud esse quam accessiones quasdã & ornamenta, folia inquam non fructus.* quid ais? satis hæc sic dilui? in Epistola sane, quam non decore in longius traho. apud te hoc sufficit & scio assensum fecisse, priora ista cogitationum, si tamen serio fuerunt, depulisse. Salve salve in superis ijs locis cum Lipsio, cum.... (de utroq; credo imò spero) vivende, non diu sed ad æternum, si hic non licet.

EPIST. XCIV.

Asseream.

NICOLAO OLAO V. C.

ME non restituerunt, certe refecerunt tuæ litteræ à morbo jam hos multos dies dejectum. Vires etsi non firmas aliquas recepi, & tuæ jam in partem juvant. Suave mihi est, quod Epistolæ nostræ sunt & te capiunt, laudes eas ab effectu admitto, non agnosco, sed, quod erunt, incitamenta & monita ad alta & magna. qui scio non me, non mea tanti esse: Poëmatiorum liber xxx. jam prodibit; ad Ill. Sinclarum etiam istum mitto, & ad favorem ejus ferat aut in eo teneat si ab ulla re aut scripto hoc sperandum. In sacris quædam dare jam erat in mente, & super Matthæum; nam cum Evangelistam hic interpretor, rejeci. Varij inter Theologos sensus, bene si non dissensus, & nescio an aliqui non nimis in divina scripta & sensa se immittunt; ego me non immisceo & utinam plures non tangerent & abstinerent per hos annos causâ bona haud valde promovit imò contra pars se dilatat; & gradum non parce addit, sed mitto ista; Deus dispiciat& qui Dij in terris nos optemus, factis qui possunt juvent. Temmeum adhuc non fuit convenire, audiam ab eo lubens: quæ ad me habet, me non nosti si de fide dubitas & hac mente. De alijs quæ inspergis fiat, quod Deus, quòd magni illi volunt; me contemnente quo-

te quomodò cadat magis quàm curante. Nam de lucro ab his ſtudijs ſepono in hoc ævo quo ovidium, dictio vera eſt:

Sinè honore jacent operataq; doctis
Cura nihil Muſis nomen inertis habet.

Imus ad vana, ad voluptuoſa, & quæ in oculis non animo ſplendent. vera bona, hoc eſt, quæ mentem hanc tenent, quæ poſt nos noſtra erunt ridentes & ſecuri. Me comitem non do. ad perennia hæc ſedulo ibo, imò tantum. pro iis quæ ſors caſusq; poſſunt auferre, non ero in curâ. Jam dudum aſſuevi ſine mercede agere quæ ago ſolutionis alterius nec egens nec optans. Ferant alij hæc ſplendida, aurum opesq; cogant me non invidente aut ſpectante. mihi cupidinum modico.

Benè eſt cum Deus obtulit
Parca quod ſatis eſt manu,

alij interpellant & diſtrahunt. Salve.

EPIST. XCV.

Francofurtum.

CHRISTOPHORO HANSENIO.

RArò jam ſcribo, fateor, mi Hanſeni, functio hæc & varia diſtractio jubent, & apud omnes hoc jam uſurpo, morbi etiam atterunt & retrahunt ab hoc afficio, in ſtudijs etiam

jam cessamus, nisi quod versus iterum dedi, & nuper XXIX. librum, quem mitto, ut eo velut libamento retraham ad me & inclinem, si tamen te avertisti. vel viginti pluresq; possem, & tandem in mundum clarumq; ferre ab his tenebris, famam adhuc tollere de istis aut dilatare. cur non facio & lectorem plenè semel in ludum mitto his jucundis? quia laudem ab hac arena quærunt nimis jam multi, quia gestare omnes volunt nostram laurum; & somniasse in bifido Parnasso. Ad quem nimis jam crebrum concursum me non adjungo non nisi leviter & cum aliquid in rebus meis poscit, ac non vult omitti, quod hic scies factum. Tu quid negem spernere ex alto me non istam tantum, omnem fere scriptionem in hoc edentium pro ritu, hoc Lectorum fastidio, & quæ nec stilo spargam. quod iste meus tibi sic ad mentem carum est, nec scio an multi tecum censent. superbiam non habet, hoc genus, spero quod habet usum. penetrat, diffunditq; inspicientem ubi nec speres, plus in animum infundit, quam leges & alia quæ non dico. Tantum de Lipsio hoc quæso omitte, ego in summo istem, ego in alto pulcroq; præ illo ferar.

Non

Non mihi si totos Helicon indulgeat amnes,
Et superet Pimplæa sitim.

quidquam possem tam Pimplæum tam(pœne dicam) divinum. Mihi bene aut optate nil contingat, nisi cum illa sublimia fortia, decora video hæret, mihi manus ac penna, & nugas duco omne hoc quod deduco. Nam, per omnes Musas, qui illi sensus & quis stilus etiam est? quantum prudentiæ habet, quantum miserit. Ego sanè lætus admiransq; semper depono & plenus sublimis animi. Ac carpant, alij aut non capiant, Multa lectione & experientia eo veni, ut censuras non audire tantum possim, sed ferre. & scribam confidenter aut pulcram viam ille ivit aut nihil unquam quod pulcrum ego vidi. Bertilus tuus valet, studijs operatur & multi ipsi hic volent, si ipse volet, institutio certe erit à fideli & erudita manu. & ipse non desistam monita operasq; conferre. Deus tantum aspiret & in magnum nomen olim surgat, opto, & bene eum pergere, te ibi vivere, alia jam non sunt, publica vis me tangere? non lubet aut mos meus est, nec in ingenium meum aut vitæ genus ista cadunt.

 Phæ-

Phœnio intimam salutem, de eo nescio, ego constanter amo, & vel neglectus persevero.

EPIST. XCVI.

Portuam.

Jo. PAULO RESENIO.

DOnum ad te fero, mi Reseni, sed (animum ne tolle) non magnum. Centuriæ nostræ sunt. Emisi tandem, & doctis placere fortè poterunt, (ita est in hoc genere) vix vulgo. sed utra judicatio erit, res facta est, famam sanè & scripta spargere hoc ævo, non invidiam tantum sed periculum habet, ego spero sic temperasse, ut vel acrem, sed æquum judicem non recusem, si aliter erit, & adversi aliqui venti, soletur quod ab omni ævo sic fuit, sic erit, & livor magnis semper se junxit.

Δειροὶ γὰρ ἀνδρὶ πάντες ἐσμὲν εὐκλεεῖ,
Ζῶντι φθονῆσαι, κατθανόντα δ' αἰνέσαι,

Proni sumus magno cuivis, dum trahit
Vitam, invidere mortuumq; extollere.

Quod postremum mihi spero erit, tu cape & lege. De valetudine inquiris? taceo nisi læta haberem nunciare. Toties quæri despectum habeat ac quamvis miseratione omnes debebant non dabunt. In declinatione tamen & discessu videtur jam morbus, ut finem tandem spe-

ſperem illi tàm longo, ut non ſit, animum obfirmemus, & quod nō in manu noſtrâ mutare, fortes feramus. qui has tradat è manu meâ eſt, è domo. ſi benivolentiam in eum dones (& quæſo facies) mihi imputabis. par faciam ubi copia cunq; datur, ubi cauſa. Vale.

EPIST. XCVII.

Portuam.

MAGNO BARTOLINO.

LÆtâ manu & mente litteras tuas ſumſi. quòd ſalvi eò veniſtis, & ſine noxâ mihi gratum, in metu aliquo fuimus ob tempeſtatem, quæ ſub abitum veſtrū exorta. Venti quidem ſecundi, ſed incitati, magni, & gaudeo fuiſſe ſine tuo damno. litteras ad Ulſeldium curavi, & reſponſum ad vos mittam, quàmprimùm ille ad me: ad fratris illas hîc habes, transmitte. Sedem ita elegit. Felicitèr eveniat, felicitèr, & toto pectore hoc acclamo. Electione ſuâ credo fecit, ut omnes meritò id ſperemus. Unum reſtat, ſponſa lætorum triſtiumque conſors, utinam inveniet, cultam formâ, virtutibus, moribus & conjunctione ſuâ dignam! Sit ea, imò ſint ex eâ, qui patrem pueri iuvenesq; delectent, qui viri familiam noſtram ornent aut firment, quod voveo, itemq; felix & alterno amore vinculū.

Animus nunc valde sit ad eum vosq;, si v
tudo, si alia hic ferrent. In lapsu ea iterum
mi Magne, & sperabam tangere certò do
illas æternùm quietas. Deo non visum
hac vice & fortasse, loco tenuit & immisi
rum in circum ferè elapsum. Historiæ n
jam multos menses sepositæ jacent, & t
Musas, animus sæpiùs fuit deponendi;
ut bliteum aut luteum aliquid donem
quod alia nostra dehonestet quis suadea
metus sæpius subit, qui non habeam hîc c
rem amicum & qui seriò autem vellat.
quòd etiam judicia & seculũ video (vanu
tes sim) quibus mox non dicam honos se
dijs his vita non sit, quæ imus cultum. De
spiciat, emendet, si salutare. Interea Poë
librum XXIIX. edo ob causas sic brevem si
lum; nam paucarum chartarum res sit, ne
dij magni, nec precij. Vormi Hesiodus (s
inquirere) quandò in mundum? Magnu
genium est, arduum, acutum, & talia scio
quæ in eum pangit. claudo. te animo ter
tuo opto ac oro. Val. Malm. ∞
XVIII.

EPIST. XCVIII.

Rosefont

BOETIO LAURENTIO.

D

Doleo, mi Boëti, doleo quia tu. & lapis sit quem non moveat hæc tua fortuna & flectat; quid tamen est? semper id fuit, semper erit, nec novus hic casus & inauditus. tu assurge, luctum eum tempera nihil hic firmum aut æternum, & alij alios præcedimus aut sequimur, hoc beati quod tendimus ad beatam illam metam. quam sic tangamus nunquam relicturi. Tenue & insolidum hoc vitæ filum si rumpatur. non solidum desiderium aut dolorem gignat. magis quia tempora hæc non bona, nec læti aliquid aut firmi sperandum. Conduxisti in annum aut minus longiusvè tempus servum. plenam mercedem abitumq; vel primo die lætus lubensq; sumat. nequidquam dolens aut æger, quod non permittis, labores omnes ad finem ferre, diu se lassare & frangere, in ultimum terminum sudare, & sisti: Idem hîc dicam, si paucis annis in tristibus hic tractis ad eadem, hoc est, in cœlum sudumq; illud æternum est venire, quis multos mœstos illos optet implere. Maneamus & duremus, quos fatum hîc adhuc permisit habituri nostram sortem, præmissos voto ne revocemus, lætemur magis ob evocatos. ut tu facias & luctum illum temperes, aut tollas, preces meæ pro te sunt. De me aliquid vis, in se-

in solito illo sumus, nec spem ad alta, id
varia mitto. de studijs? quid si languere ea
bam in loco parùm ijs oportuno? vel exsp
re, ut functio hæc est, mirum non sit, ta
ubi licet excito, & Historiæ patriæ me hab
quas interjungo sæpè & tempus istis etiam
vido. Nec aliâ re magis mentem hanc p
& à curis tristibusq; abduco, nihil propè
jus à fatis optans,

Nisi ut propria hæc mihi munera fax
Hoc est, sapientiæ studia & Musarum co
dant, & decurrere ad prudentiæ hanc me
rectâ viâ. Poëmatia tua quandò lucem n
habebimus? videre nunc optem & liba
cum per morbum hunc ad seria non est re
ti; Nam de valetudine restitutâ taceo, mi
ti, & omitto, quorsum toties queror, &
tàm multos non reliquit, adhuc iste lang
vix remisit. Tu cum nunquam habe. Co
citò ad vos, hoc brevem nunc facit. ibi d
cemus in longum sermonem, & suavitèr
hac Philosophiâ imbuamus.

EPIST. XCIX.

Varsoviam

GREG. LAUR. BORASTO J. C

NOn epistolâ misisti, mi Boraste, sed vi
& mella; neq; enim ista palatum ma
q

quàm me ea scriptio delectavit, omnia ibi grata, excipio meas laudes, quas tu diffundis nimis largè, non ego, non hæc mea vena agnoscimus, tàm altas, tàm sublimes voces. in te magis cadunt humanissimum & doctissimum Suecorũ. Et vel in te videmus Musas supra alpes venisse, & ad nos etiam visere hîc & commorari, nos famam à doctis etiam sic habebimus & honores. te certè nunc ponam contra Græcos omnes & Latinos, quæ laus ad nos etiam se spargat tàm propinquos illi terræ, quæ te dedit, quam tu nunc demonstras per urbes & per ævum, sed hæc mitto. Vincentius mecum fuit, omnia magna à te dixit, responsum etiam petebat, & do quale non volebam. Quartana jam octo hos menses me tenet, nunc alia accesserunt & in lecto planè tenent. hoc ab ejus discessu. nam Portuam has ei mitto. de totâ re volebam, nunc coactus me abstineo. miror quid primis illis factum, & si non magnum in ijs damnum valdè parum juvo, obscura ea omnia & ignota, & nescio ubi aliàs, in ijs rebus nunc cimmeriæ tenebræ. sed à te discutiendæ: quidquid ego hîc possum, à levi relatione est, cui scis quàm non tutò quis credat; Quidquid est aut possum ad Vibersium mittam, quàm primùm ad me Deus valetudi-

nem mitiorem. eam tibi lætam opto, &
tuum amorem. VI. Kal. April. ꝏ Iↄ cX
Exemplar mearum ad primas tuas hîc i
do, ut vel ſic videas reſpondiſſe.

EPIST. C.

Varſov

GREG. LAUR. BORASTO

LÆtus à te litreras, mi Boraſte, vidi, &
alti ingenij ſigna. quid dicam? Pho
ille & iſtud ſpirant, nec levitèr in eo h
ſed radices jam duxit,. quod lubens vol
obſervavi. Amorem meum ambis? parat
tui ſimilibus, in eos ſemper ſum pronu
in virtutem, in te valdè; quia doctum, c
earundem artium conſecraneum & co
tem. De Dario ajunt, cum è malo punico
na velleret, tot Zopijros voviſſe: ita ego
cos eo ingenio, eâ doctrinâ. & Puteannn
magis amo, qui conſiliator & proxeneta
fuit. Nec erit ut ſpem tuam unquam fa
aut ſuſpendam, pari animo in te ero; ſi
meliori & affectu, reſpondebo tàm m
affectui tuo, etiam ſi ali.re unquam poſſu
non roga jam ſed jube, quæ nunc vol
bas, & ego in hanc rem ſcivi. ſeorſim
hîc lege. IV. Kal. Quinct. ꝏ.
Iↄ c. X V I I.

BERTILI CANUTI

636

EPISTOLARUM SELECTARUM CENTURIA IV.

Ad Celsissimum Virum

ANDREAM SINCLARUM,
Militiæ Ducem.



ROSTOCHII
Typis MAURITII SAXONIS
Anno M. DC. XXIII.

Generosissimo & Fortissimo Viro,

ANDREAE SI
CLARO, EQV
TI AURATO,

MILITIÆ SCANICÆD
ET
GLASSACIANO PRÆFEC



ENTURIA ista ad te illustre hoc nomen vult i bi. Tu id ames volesq; me frontem istâ præscriptio nestare? Spero. Ad altum aliquem bam ferre sed in has Musas pronum. alium magis novi qui lucem huc don quem rectius appendam (prisco rit more) contra calumniam aut livor Omnia summa & alta in te aut juxta Ortum video? à proceribus est sed tractu ductus. Nam locum & lucem Scotiæ primates vestra gens jam hos

tos annos tenet. Fortunam inspicio? magna est & parum infra ipsos Comites, à quibus destuxisti. Animum? is altus &, pœnè dicam, supra istos. nec quidquam nisi ortu, fortunâ, animo isto dignum concipis aut premis, ut verè scribam te in delicium & exemplum datum. Certè feliciter Martem & Musis conjunxisti, nec quidquam deest, quod Naturæ aut virtuti adest. In primo ævo sacra hæc tenuerunt & traxerunt sophiæ ac litterarum. Vir Daniæ te tradidisti & Regi, & jam copiis triumphisque ductis illum juvas istam ornas. Ad quem itaque melius feram quàm ad te procerem altum, insignem & qui litteras has attentè ipse habes, in aliis amas. Spes mihi est de favore tuo & mente in me & hæc mea proclivi, in quem eventum tuo honori & gratiæ edo & in tutelam arbitriumq; trado, me unà devotum vel clientem vel cultorem. Malmogiæ ad V. Kalend. Sext. CIƆ . IƆ C. XVIII.

IN-

EPISTOLARU[M]
CENTVRIA IV

EPIST.

EPISTOLARI[...]
CENTURIA IV

EPIST. I.

Por[...]

CASPARO BARTOLIN[...]



Emissum à me scribendi o[...] mi Bartoline, non relictu[...] ad alium libentiùs hoc [...] nunc in his terris. Si non [...] sponsum tamen debeo po[...] tuis, & quas reversus hîc inveni. Doct[...] puræ, plenæ doctrinæ & benivolentiæ [...] notis dicam, licet non vis hoc tu, Lip[...] melius habet hac parte, nil Puteanus; [...] in hoc genere sic excellis ut parum habe[...] infra istos, & coronam de capite meo ti[...] nem. Sed mitto ista. Epistolas meas i[...] Poloniam tibi à Medico illius Legati a[...] ptas aut extortas mihi jucundum, quo[...] non sit experi sic eas & requiri? De n[...] nescio exteri in me benigni & crebræ à [...] oris litteræ, quæ testantur. De scripto il[...] stro ---- auxi largitèr & ornavi, & si qu[...] è meis, illud sic sit ad gustum. ferendo æ[...]

se hoc scio. & in lucem veniet, cùm ego in eâ non sum, & ad meliorem ivi, si protraham etiam ipse aut premam; nam alij nunc habent exscriptum, & tardare cursum hunc possum, non tollere. De Procerum ad vos conventu, de Principibus è Germaniâ multi rumores, multus hîc sermo. est ne? Rosæcransius erit ne ibi? Veniam ad vos, si sciam, ut vel tandem his oculis usurpem illum Heroem. quod mihi majus sit, quàm Romanum consulem videre in triumpho. Nam de illo verè hoc edicam superare.

τοὺς ὄντας, τούς τ' ἐσσομένους, καὶ τοὺς πρότ' ἐόντας,

Qui sunt, qui venient jam post hac, quique fuerunt;

certè in eâ altitudine & ortu. Nam ad amœnas eas litteras vix se donant, qui in fortunis tàm magnis & stirpe, ad sacra non veniunt, benè si non temnunt in alijs & spernunt. Sed hæc apud te ibi diffusè, nunc salve. VIII Id. Maij. CIↃ IↃC. XVIII.

EPIST. II.

Rosafontem,

BOETIO LAURENTIO.

Hillari animo atque oculis litteras tuas vidi. quia doctas, quia in me amicas. excitant recreantq; legentem me & lætitiæ afflant sua-

vem ventum, hoc magis, quòd Centuri
as ibi sic videam expeti & requiri. Benè
re de alijs meis incipio & quæ cum inte
scribo, cùm labore, quando in ista tam
propensi. subitò enim ea damus & sine
Sed ad te quandò ita vis, nunc mitto, igi
quod tarde & cum morâ. Morbus hic in
bus remora mihi & impedimentum. eti
officio ad amicos & rarò ad eos jam per
neq; me nunc ad te plura dare. quod c
rium meum sit. ad lectum trahor &
nunc ab eo novus. Deus hæc mutet cu
sum, te firmum servet & valentem. Pe
Petrum. ibi saluta virum magnum & di
hi inter caros. Malmogiæ ꝏ bc. XV

EPIST. III.

Rosas

BARTOLOMÆO HANSE

IN morbo adhuc sum & eo immiti, ja
vem hos menses affligit & vix spiritum
reliquit. Ea causa est quòd tardè ad vo
bo. quòd rarò. Languor hic arctat li
me semper, nec sinit esse earum rerun
quas ipse inclino, vos velletis. Nunc m
stilumque mihi laxat vir magnus & inte
iæ nostræ lumina. Ad vos it, fil
a

adfert, quem ibi tradat & deponat, ut ad litteras & doctrinam ibi addat; nam pro eâ ætate largiter habet. Si gratum facere isti aut illi potes valdè velim. Pater mihi jam diu est inter amicos, &, pœnè dicam, promotores. nec est cui magis optem meâ causâ benè fieri. Videat esse Rosæfonti, qui me tangant, qui amant, qui omnia meâ causâ velint, etiam caros habere, qui à me veniunt, nec valetudo nunc est ad plura. Magno Bartolino, si istic, largam à me salutem. Malmogiæ. ∞ Iↄ α XVIII.

EPIST. IV.

Rosæfontem.

BOETIO LAURENTIO.

AD vos it, mi Boëti, magnus altusque vir & à famâ tibi notus, filium eò adfert litterarũ & doctrinæ causâ. Voluit eum à me commendari. ecce breviter. quidquid in me velis. in eo declara. Ingenium est ad alta factũ, & indoles quæ meretur produci. dolor & damnum sit, curam in eum non poni aut neglegi. Quod postremum ne erit, ad te venit & eum permittit certus ita alti cujusdam progressus & securus. o pro felix esse, & è re ejus & tuâ famâ. Nã ea se largè spargit & diffundit atq; ut ad mare fluvij, ita Rosæfontem nunc sperant, qui è

iuventute ad doctrinam sperant & affecta
Hoc postquam tu in eâ, nam antea is loc
minore famâ & fructu. Sed desino taliun
rum hunc habe, quia à me commenda
Etiam magnum virum, qui illum & has t
Olaum Windium ibi saluto jam diu m
Malmogiæ.

EPIST. V.

Portu

ANDREÆ BREMERO.

VOlebam ad vos & vovebam, mi Bre
ac testimonium ipse ferre, quod pe
nunc valetudo non sinit & hic morbu
fallor aut ducit ad nigram illam Divam,
brevi dicar fuisse. Quod Deus volet, e
bens volensq; visam ad beata illa loca, q
am nihil firmi aut æterni esse in his ter
tamen paucos hos menses supervivo, v
videbo & amplectar, saltem remittat hi
guor; nam ut dimittat vix spes est. Sed
quod tàm calidè volebas & cupitè.

TESTIMONIUM.

TEstor ex fide & ex vero, ANDREAM
MERUM bono loco natum, etsi non
in contubernio meo paucos hos anno
ætas ejus est, fuisse, cum gratiâ meâ &
ptate. Induxi novâ viâ ad Musas & Doct

ſed hîc non perventurum avocant alia nunc & abducunt. Commendo ſeriò & bonis magnisq; trado, quibus litteræ & doctrinæ caræ, etiam hunc habete. Ita indoles & ingenium meretur, illa ad virtutem facta, iſtud magnum. Latinâ linguâ, Muſicâ, Poëſi promptus, quam poſtremam habet ſupra omnes quos vidi aut novi in his terris, in eâ ætate. nam Decimum quartum annum aut non attigit aut non implevit. Nuper Primitias dedit in lucem, & nūc PERICULORUM librum, quem ipſi magni aut laudent aut non contemnant ab ijs annis. Vis fidem? experire, invenies quæ dixi & quæ non dixi. Qui litteras ſalvas vultis & æternas, & ipſi habetis, adjutum ite tàm validè ad eas euntem favore directione, ope ubi id neceſſum. Malmogiæ. VIII. Id. Maij ∞. Ioc. XVIII. Bertilus Canutus Aquilonius.

EPIST. VI.

Portuam.

CASPAPO BARTOLINO.

MUlti ad Muſas nunc eunt & Doctrinam, mi Bartoline, ac neſcio, quod ille ait, *an ſemitam non ſæpè ingrediuntur cum maximè putant viam.* Ego hoc puto, & eſſe brevius ad Parnaſſum hunc iter quàm quod hîc terimus.

atque vetus mihi ea cogitatio. Experir
cuit ante hos annos. duos assumsi in do
in disciplinam diversam à nostris, quæ
non in usu aut visa. sed isti quò veneru
jam vide, mihi ipsi in voluptatem sunt i
mirationem, & nisi alia avocassent sæ
tardassent, ad alia dudum esset ventum
nulli sperarent in his annis. Et si pau
nunc supra istos, sed in eâ ætate, non ad e
nerũt ipsi viri de se dicẽt nihil habere al
parte. decimum quintum annum non t
runt aut intrarunt: ista in lucem jam
tunt, si tu permittis, velut pericula & pr
as. & quæso fac, veniam ad typos ijs don
protrahe aut te inclina. nam periculum
in istis aut discrimen. An pecco quod tam
te adeo, hæc talia adfero? non spero ut m
ingenium tuũ, & magis erigi ad ista & a

EPIST. VII.

THEOCARO ALBURGIO

Mœstum te invenio, an facio? De S. B
audivisti? vixisse. nunciò eum dolo
si id antea eò non allatum, renovo si allat
Acerba mihi fuit ea mors, aut veriùs ra
nec alium scio, cui magis voluissem han
tam longam & post me florentem, v
terarum causà, quas fervidè coluit & trac

Versus in hanc rem testes, quos in Lyrico isto genere aliquos emisit sed suaves dulcesque & quos Aristarchi non sugillent, aut judicia sequentis ævi. Is ab Anglia litteras ad me misit & accepi ab eo nullas aut gratiores aut graviores ijs postremis, diu enim erat, cùm non habueram. eæ de invaletudine ejus nunciabant quam audio fuisse ipsi fatalem. Redijt tamen. Montes patrem invenit. sed jam in morbo & suprema suspiria trahentem, ultima etiam persolvit, & ad sepulchrum secutus est, nec eò solum secutus, sed mox ad ipsa beata loca, & pauci dies aut Septimanæ dividebant Ita abijt princeps nostræ juventutis, adeoq; mundum hunc stationem tenere licet, non licet portum & verè

Omnia debentur morti paulumq; morari
Serius aut citius metam properamus ad unam.

Quod ille ait, *Deus optimum quemq; non sinit in his terris diurnare.* ut leviter immutem hoc vetus; talem illum patria ea habuisset, si ille vitã, Deo & virtuti consecratum. Sed nos ad ea quid faciemus, feramus, atq; ego te in hoc corde æternum. Malmogiæ. CIO IOC, XVI.

EPIST. VIII.

Holbecam.

NICOLAO CHRISTIANO.

LEge rem mœstam, mi Nicolae. S.
ab his terris discessum, ô vitam! ô
dum! in quo sumus, quis non alia ab
genio & venâ sperasset? & dedisset, si
longiorem ei Parcæ. Annus jam ferè est
morte & anteà inaudivi, sed leviter & vo
huc renitens frænabat dolorem. Sed
mihi jam fodit, frater natu inferior, i
ut spero, & quod ipse haud ægrè audir
impar; affirmavit & omnia pleniùs d
Multû in eo juvene amisimus, nec faci
niamus, qui magis nobis ad gustum. Qu
ejus ardor in litteras & doctrinas? ma
omnes non libavit sed imbibit. Quis
nitas & candor? summus. Vita & mo
nocentes. Jam animus ejus quàm altus
amavit & omnes qui eam, te ut fratre
me fateor amisisse inter caros & volen
pore, fide amore primum. Sed quid? si
dum, & gravius; si fatum immittat, fer
Deus enim, mi Nicolae, Deus est qui t
bonum ævo malo & posuit in beatâ i
Ego, quod unum licet, defunctum etia
amo, & cineres ejus æternum mihi c
vivum magis dilexi, quàm jam verè
diligo, licet me præcessit, & in vili
be non ultrà vivit. Cui rei monumentu

versus istos, non æternum scio, spero quod longævum, hîc enim, si unquam, animum intendi & nervos, sic merebatur id ingenium & purus in me affectus. Vale, mi Nicolae, & tu Simeni æternùm.

Caliáq; aliquâ de parte sereni
Aspice nos

in abitu tuo tristes & dolentes, Malm. ꝏ Iv. c. XVI.

EPIST. IX.

Locum Regium.

Jo. SEVERINIO FIONO S. mitto.

Quam ipse non habeo, languores hîc omnia tenent, & me nunc immitis. Crebra hîc inde funera nec scio an non strictum in me etiam nunc fatale illud ferrum. De matre, quod ea in morbo, &, ut ominaris, extremo, quâm præter votum utinam aliter sit! utinam de meis annis illi detur! qui certè nolim in his terris esse eâ ablatâ. Deum precor det illi adhuc paucos hos annos, det me eam videre ante excessum & amplecti; nam nunc, mi Severini, ut veniam quis dabit? ego jam aliquot septimanas in lecto, & morbus adhuc auget, adeò non remittit ita, quod amor meus & desiderium sit, non venio non mea. in Ble-

giam ea ivit ante mensem, cogitatione
aut metus de eâ etiam in morbo, cùm
det. votum sit eò ire, votum eam mittere
des excusationes nimis sonticas, nimis
Hoc addico, veniam, si unquā ad me vale
nam hæc scribo in afflictissimâ. Jam de s
quod Deus, quod mater, quod tu vultis.
sum adfero & votum. Deo in gloriam,
in voluptatem, illis in fructum, in salute
dat. opto & summis precibus supremu
netor, aliò recidisse putabam, sed num
quod fatum vocamus superarunt. Deu
hoc vertat & ad commodum, ad felicita
matrem illis servet, eos ducat, longam
sed faustam donet id eum quæso si ex usu
lute. Manus & mens labant & jam adm
ut cogitem de fine. Matrem saluto spe
huc videndam & in hac terrâ. si non eri
precor jam juventutis deliria, &, ut ho
sumus, si unquam offendi. Stillæ jam in
runt. abstergo & claudo. Malm. CIO
XVII.

EPIST. X.

Horlæ

GEORGIO MARIO.

ITerum mihi à te litteræ, legi & amp
sum, ita amor meus in te poscit, ita scr

ipsa meretur, quam tu dulcedine & melle condis, favore & affectu in me temperas & inspergis. Excitasti sic me, magis quia ad Lipsium etiam leviter te donas. non enim est author aut dux certior ad magnam mentē. Κακοζηλία tantùm absit & nimium βραχυλογίας studium, quod scis quam non omnes usurpant sine labe. Multa paucis dicere, decorem imò laudem habet, &, Plinij verbis, ut plura intellegantur quàm videantur. Sed mihi crede non est cujusvis, & in strictâ hac brevitate nubes vitare. Sed tu hæc temperabis, & ad modum diffundas. De Falcone Gyio mihi suave, felix & salutare sit. cœpta vincula nectant inoffenso nodo. Amo Heroes illos ob magnum parentem Musis olim amicum pectus, quamvis Martis ipse proles fuit. Si occasio erit, me in gratiâ apud eos aut retine aut pone. De Faxeâ non est in mente, non fuit. Scis quàm talia nec ambiam nec affectem. Scis pro voto meo & optato non esse. Vitæ genus aliud elegi & mores quam ibi nunc in laude locus posset arridere aut blandiri, functio ea non est ad meam salivam, homines cum quibus vivendum non ad tenerum hoc palatum: Maneo, dum aliò me Deus & Musæ

pro-

producunt. Halcyones placidè vivunt i
dijs undis, ego in turbis & tempestatib
cupationum tranquillè degam, tranqui
ſcedam & ſpiritum ſine metu, ſine mor
dam in beatam æternitatem. tu interé
ſpes tuas habe & optata. v. Kalend. Sext.
I) c. XVI.

EPIST. XI.

Al

NICOLAO OLAO.

INvitatis iterum ad vos, hoc eſt, ad be
& largitiones; nam eæ tùm ibi in n
bræ & profuſæ. Gaudeo in eo affectu
mœroris tamen illo ſenſu quod nec veſ
to, nec meo deſiderio fas mihi hoc qu
anno parere. Impedimur hîc ſolitâ noſt
râ, quæ profectionis tàm longæ veniam
adimit & non ſinit ad ea ire, ad quæ vos
tis. De morbo nil dicam, qui adhuc ten
gat. remittere aliquandò videtur &
gravare, ſed videtur mox Antæus ſit ac
git. Si plenè ſemel abeat & bonâ fide, n
te à me, venturum. Nam quàm primum
animum pro optato mihi dabit, ego e
veſtro optato. De Benſio ſic in me pr
cum gaudio audivi, & amet vel falſis m

dum amet. Nam quod de maximâ famâ & adplausu scribit, mutet, tenues adhuc ejus sumus. Ut Sol post ortum statim & novo manè longas umbras mittit: ita mihi alijsq; contingit in famæ hunc circum nunc aut nuper immissis, umbras nubesq; aliquandiu trahamus à contemptu aut livore tàm citò non pellendas. Sed distrahor. vos salvete. Malmogiæ. Non. Sextil. CIƆ IƆ C. XVIII.

EPIST. XII.

Portuam:

CASPARO BARTOLINO.

DEdi litteras ad te nuper, dedi libros, sed ut audio, absentem. Aliquid etiam pro istis rogavi, & adhuc insto, si non fecisti, gratias ago si fecisti. Epistolas, quandò ita vis, iterum mitto, ignosce quod non illigatas, &, ut sic dicam, investitas. Aliter nunc non licitum. Nundinæ Librarium nostrum nunc habent, & in totam æstatem ferè sic erronem. tu vel sic lege & ab affectu lauda, quod facis, à se non merentur. Crescunt mihi istæ jam valdè. cottidiè litteras accipio & scribo, & vel ad duas Centurias selegi per hos dies, sed ejusdem indolis & moris, hoc est, Lipsianas. Nam de stilo, in alijs scriptis ut amici illi volunt, in epistolis vix erit ut demutem; & vel hac parte

hære-

hæream in tàm carâ mihi scription
morbo is adhuc qui fuit, molestus, gra
rus & spem jam adimit non valetudi
vitæ, si ita in longum sit. uxor tame
inter validos & consanuit. Vin' dic
remedio? tibi mihique ridendo. I
impatiens morbi & abstinentiæ à cib
vos medici interdicitis & vetatis, à
avocare potui, à recenti pisce non pot
sti sexum. is semper in animo, in ore,
stinguebam jam appetentiam aut te
etsi tardabam. Illa cottidiè optare, po
mare mittere. redibant vacui semper &
santes à me sic jussi & instructi; opor
semel ut ego in morbo, venit lucius à S
bio missus non pedes sed ulnas longus
infra eum, qui portavit. Illá læta arripi
accurrit, & salva sum inquit, hic rem
mei morbi. Culinam init, nec exit ant
coxerat, comederat quantum sat ei qui
batur dies malus ei esset & immitis, in l
go mansit, morbum exspectavit sed n
nientem. surrexit læta, sana & sic adh
net. remedio ullo exindè nec usa nec eg
ride, imò vide, quòd

Et cum Fata volunt bina venena ju

Malmogiæ. Ibid. Maij. ꝏ Iↄ c. XVIII.

EPIST. XIII.

Portuam.

ANDREÆ BREMERO.

ILlæ venerunt uno die junctim, me recrearunt suave vos à meâ manu, meo sinu sic pergere viam, in quam induxi, hoc est, ad doctrinam & virtutem. Nam illa in litteras istas se intulit largiùs largiusque, ut votum meum est, id factura. Sed Epistolæ illæ mihi probæ, nisi quod Lipsianæ; nam nolim te per hæc vestigia instare & ire, & in alijs me magis sequere, in istis detraho & dehortor. Mihi Lipsius supra omnes suavis, junxi me hac causâ & arcti semitam eam pressi. Nunc alia cogunt ad ad mutandum & tu me volente nisi leviter huc te flectas & immittas. Sed audies hoc à me melius. Nam venio ad vos cum principes illi è Germaniâ tu de adventu huc scribe & ingressus eo die, sunt inter proceres nostros quos in rebus meis eo conventum non alibi meliùs inveniendos. Nautis tamen litteras frustrà tradas, abjiciunt ij aut serò reddunt. alij erunt è nostris, qui rectà perferant & sine eà fraude inquire. De Sinclaro etiam, de Oligero Rosecrancio illo qui in senatu, si non & illi jam ibi aut adventuri. Adjuncta ista fides quo eunt, cura. Malmogiæ. Id. Maij. CIↃ IↃ C. XVIII.

EPIST. XIV.

Locum Re

Jo. SEVERINIO FION

ME litteræ tuæ omnes, verè dico co
vent & delectant. Ad nullas sic su
ctus & quasi distractus ut ad has post
quas frater ipse ad me tulit. Ille ne tám
à nobis, tàm inopinatè? qui in senio
fuit aut invaletudine antè imbecillus
fragilitatem nostram, quàm facilè la
dejicimur, abimus. Sed tu in defuncti
destinas,mater optat,alij operam prom
& ais omnes velle si ego. Lætor in eâ op
in ijs judicijs de me honestis. Quid ad ve
tem mihi majus, ad honorem altius, qu
felicem & fœcundam insulam redire, &
ciniam quæ me dedit, aluit, eduxit? C
pro optato meo degenda vita sit (sed fa
qui in Cœlo Princeps non indulgent)
dia me cernat & resumat, sepulcrum
meum donet. Sed multa vetant, tarda
votis vestris non sinunt jungere mea vot
libera adhuc inquis,& Deum in consilir
auxilium. feci, suadet manere & vos
permittite sine irâ & offensâ. Nissius h
ducat in prolixum sermonem: me pur
cusetq;; nam ego non diffundo. nec ig
cùm illo latore.

EPIST. XV.

Albinlam.

TIMOTHEO SCWIRSE.

TU petis in animum hunc admissionem? frustrà quid ita? jam diu tibi in eo & pectore isto locus. Testor æternum mundi hujus Regem, & ita mihi favens mitisq; ille perstet, ut tibi fui cùm primum de illâ ingenij tui bonitate audivi & cultu. Jam insupèr viam tibi huc sternis doctâ & decorâ scriptione,& stipes sit qui stilum tàm altum, fœcundum, suavem non amet & amplectatur, te magis à quo elegantiæ hæc vena fluit & demanat. Eo semper in eorum amorem, quos alteriores video & tendere ad aliquam famam, in te quomodò dimittam? quem cerno in virtutem & me tàm pronum,& in cujus litteris tàm faventes auræ spirant, tàm faventes auræ spirant, tàm veri & vivi ignes. affectum iterum in te sumam & reservem. & paucis verbis amantem redamem & fide & factis & more majorum; quod erit, ipso Fidio Sanco dante, quàm diu ero. Quod petis ut me illuc feram & corticem hanc nostri etiam sistam. optem profectò ac mecum propono, sed hac æstate id verò non potest. nec imbellia jam sinat quã à morbo adhuc habeo etsi non ipsũ.Sequente,si pos-

 sum;

ſum, faciam, & vel annos vobiſcum ha
Nam ut occupationes jam creſcunt & n
ruunt in hoc loco. Animus prope ėſt a
tandum, & ſi decorė poſſem, vel nunc
atq; curſu petam tranquillum aliquem
De reliquo, quod petebas ſeorſim hîc le
aliorum rogatu dudum hæc aliaq; perſc
Poſſem crebrò de iſtis eruere. vos aliosq
re, ſi otium ad talia, ſi quies eſſet. Sed nos
himur & (quid diſſimulem?) ſine ſpe j
miſſionis.

EPIST. XVI.

in Ar

Jo. GRIPHENHAGIO.

AD te hic animus cenſim it, mi Griph
gi, & inclinat ex quo novi, in iſtam
tem, ut debet, affectus & propenſus. nec
manum hanc meam & amorem diutiùs
non exſerant & ad te diffundant. quid te
claudis & ſubducis, nec, ut commodum
ut decus ſit, adis aut viſis & in interiorem
titiam miſces? Verecunudiam prætendi
debes, nullibibi humanitas magis divert
nignè amplector & facio, qui litteras ſi
plectuntur, ſapientiam ex ijs quærunt. A
quire, poſce, feci ipſe olim, ab alijs mih
Tibi cupiam & faveam, ita mihi Muſa

aliter me fauſtitas reſpiciat aut juvet, quàm ego te, ſi opus aut uſus erit: In peregrinâ terrâ es, in urbe, apud me ſpes tuas, vota, cogitata depone;ac tædium,quod ibi ſuſpicor obhærere, hîc aliquâ libertate ac lætitiâ miſce. amicum habebis priſcâ fide ac amore,In ſignum& teſſeram, libellos iſtos habe à me donum, levis res & ſcriptio eſt nec feriò nos hæc damnus, moneo,ut parcè te immittas, nec ad veterum decus aliquid exſpectes, & ut acrimoniã ubiq; non requiras, aut tuam adducas.Vale,&parem affectum in me aut retine aut ſume.

EPIST. XVII.

Locum Regium.

Jo. SEVERINIO FIONO.

AD tuas ſiluiſſe ais, quo jure, quâ fronte? de vulgo hominibus hunc honorem habeo, & tibi qui poſſem non deferre. Juro me eâ æſtate (excipio de Dallenſi negotio) habuiſſe nullas, atque illis vicem repoſui & ex fratris litteris diſco meas quoque perlatas. Duo à me petis, & ut tibi, ut Matri, ut amicis dem, poſcis non oras tantùm. De priore iſto videbo, de altero nil addico. ſi omninò ſic non maneam, aliò conatus mei recident, & omnia facite, eò non inclino, de quo præſentes magis eſt ut loquamur; nam iſta & alia in rebus

meis non mittunt me ad vos,ſed pellunt
etiam Epiſtolam hic ſiſtit & abſcindit.
enim hic inferam & dilatem, ipſe brevi
rus. Vos certò exſpectate non irriti n
ti ob dilationem nimiam futuri. ſepti
quæ inſtat, initium viæ mihi erit, me l
etiam ſuſpendam. Tum garritus, tùm c
ſermonesq; miſceamus. Deus det me i
mes ſalvosq; invenire.

EPIST. XVIII.

Albin

TIMOTHEO SCWIRSE

IN lætitiam me mittis amœnis tuis l
ſed nimijs in meam laudem. A doctrin
te fluit, quód me ſic tollis, mea probas, n
ter unquam venires in hanc mentem,
& honeſta amares, & eos, qui iſta, niſ
ipſe haberès. Amo jam amo ingenium
quod tales mihi conciliat & temperat,
duſtriæ & doctrinæ hic deſpectus, qui
noſtram infecit, me nunc deturbet vobi
cis ita huc inclinatis, & inter nullas me
& præmia, ſtudia calidè & ferventér h
etiam tui amorem, quem hîc colam, p
cum feram ad beatā & ſupera illa loca,
& ibi amplectar. Quod ad ultimum n
gas, ut ſi quid in ſcriptis novum aut nup

tum communicem desiderare te & expetere. Ecce adjungo, & magis dico, si aliâ re gratum facere etiam re meâ possum, pete, & puta factum. Hæc ex animo, mi Scwirse, tu me in tuo porta.

EPIST. XIX.

Hamburgum.

GEORG. LUDOV. FROBENIO.

A primâ ætate litterarum amorem & cultum indui, eorumque qui in ijs magni, nec vir adhuc mutavi. Auget is affectus cum ipsis annis, & in Omnes propendet, qui in has Musas. Ad te inter primos, mi Frobeni, quem video altâ mente ad magna & honesta ire, & tollere has artes ac promovere. Typographia tua facit, quam tu supra omnes tractas, meo judicio, hujus ævi, in hoc tractu certè & viciniâ. me sanè sic attraxit, ut velim omnes libros, quos volvam & vertam ab eâ esse, & tenes jam ac tenebis post Plantinum hoc regnum, (nam ille vir mihi magnus) nec te dejiciant alij aut deturbent. Ego certè in paucis Germanis jam amo, & admiror, & mentem eam testari volo has breves sed devotas litteras, atque utinam tàm longè non abessemus, salutaremus inter nos, nec ex litteris meis, sed ex oculis & facie videres amorem. Imò vel sit

vide. Viginti octo annos vixi, duodecim
ſcripſi, &, ne ſuperbum ſit, non iratis M
ſcribunt jam ad me Typographi, mea pe
& exquirunt. Jenâ nuper aliquis, Roſto
hoc ipſo die alius, & quædam ad ſe traxiſſ
morbus non tardaſſet, qui adhuc adhæret
ſinit ultimam manum addere & limam.
etiam inſcio me & invito hoc uſurparunt
bros emiſerunt nunquam in eam ſpem ab
manu miſſos aut ad lucem. ſed relinquo.
hoc offero, ſi lucrum per hanc viam ſp
mea omnia ad te eant. quæ bona dabo m
quàm multa, ſi Deus in aliquam ætatem
tam. Et multa mihi ad finem ducta, ultin
curam tantùm exſpectant & inſpectione
quâ languor jam aliquos menſes abſtinu
retardavit. Quæ hîc includo, lege, cenſe m
iſta ama. Malmogiæ. IV. Kalend. Junij
Iↄ c. XVIII.

EPIST. XX.

Roſæfonte

MAGNO BARTOLINO.

NOn mentiar, mi Magne, aut fallam, li
ræ iſtæ mihi nimis gratæ, & fratrem in
niſſe, quæ amores ejus alat ac componat
mo huic ſuave fluctuabat in poſtremis ad

litteris, nec quò mentem mitteret certò adhuc habebat, & vota tantùm interponebat pro probâ & morigerâ atque ad suum votum. Spero talem istam fore. Divitiæ, opes & quæ circum illam sunt scio quod non attraxerunt, nisi animi & internis, hoc est, veris bonis inspectis simul & adversis, etsi tu hoc scribis & laudem eam donas. Felici Junone sit cœptum & intimâ mente id obtestor. Votum sit nunc venire, eam videre, quæ tàm caram mihi partem ad se trahat. sed languor iste non finit aut permittit, qui gravis nunc mihi & supra patientiam, cùm sic longus. Sed revoco hoc verbum, nec inspergam in me hoc probrum. Bonum est, quidquid nobis aliter videtur, nos premi sic & exerceri. Sed lethun ferrè per hanc viam morbis tardantibus & diuturnis? quod Deus volet. Lex ea natis scripta est mori, & obrogemus quantumvis & derogemus, non abrogabimus. Tu salve in beatis illis locis, si non hîc, videndē. Etsi non despero, ut juventus mea est, quin penetrem adhuc hæc languida & pervadam. De. . . . nuncias & judicas. Quid mihi videatur. mihi? quod magni illi faciunt, benè sapienterq; factum. Nec in consilia illa aut eventus

inquiro. ut non vitæ genus, non ingeni
permittant hæc rimari, si etiam alij ferant
mittantvé.

EPIST. XXI.

Calslundia

CHRISTIANO MARIAGRIO,

SCribam cum irâ in te sed non ingratâ
mium siles diu. non hoc desiderium m
non amor merentur, illud tàm avidum i
& pronum, iste in te tàm magnus. Non al
magis levat hunc animum & juvat jam d
quentem, quàm litteræ hæ & scriptiones
doctis, hoc est, tui similibus; nam illas à v
non æstimo, vix lego. debebas sæpiùs a
mittere, qui in largo jam otio, in quiete.
illud jam etiam habeo & à studijs remissi
nec vel levitèr jam tango aut tento. Rem
nio meo duram! sed ferendam. Nec aliu
gis vitam aut vigorem sustentabat quà
litteris & libris esse. Nunc morbi retrahu
non & ad alia trahunt & mortem? Quod
constituerunt. Alios poterit, me certè

ille timorum
Maximus haud urget lethi metus
lætus lubensque excipiam, & jam exspecto
ram & exquiro, quæ ab his tenebris in lu
illam æternam inferat,

O

Ostendunt sedes ubi fata quietas;
Nam hîc metus, timores, curæ, corporis atq; animi dolores; nec læti plené unquam erimus, donec hîc erimus. Sed omitto hæc Philisopha, lectum peto, etsi medio Sole, tu Salve. CIↃ. Iↄc. XVIII.

EPIST. XXII.

VVittebergam.

OLAO SAMIO GIMSÆO.

CEperunt me eæ litteræ tinctæ amoris & doctrinæ notis, illum in me ardentem, istam magnam ostendunt, & supra quàm sperassem ab ijs annis. vel illæ tàm cultæ te amare suadeant & inducant, si alia causa non esset. tu sæpiùs sic adi ad volentem semper & reddentem. Juvant in hoc morbo & allevant vestri hi affatus, nec aliud ferè habeo nunc læti, quàm judicia vestrûm talium, in me prona & inclinata. Undecim enim menses hoc malum jam tenet & extrema, Parcæ lethum (falsus sim) imminent huic capiti. Ut mihi destinatum. Fatum non avertimus aut mollimus. ire ita vult æternus ille cursus, mittere in hunc mundum & avocare nobis non præmonitis aut in consilium adductis, & omnia faciamus,

Cunctis stet terminus ævi
Extremumq́; diem primus ferat.

Cum Deo ita visum qui melius nobis,
it provisum. De scriptis meis quæ aud
ita est. quædam recunduntur sed brev
& ut posteriores cogitationes plerumq: n
res spero firmiora. Si judicia ut apud ex
benigna plura sequantur; nā hîc si pauco
excipio, qui plausum aut favorem do
qui vel famam non invident & vellent
dilatare? Apelius ubi nunc est? Si etiam
ibi non decedat sine meâ hac salute. sin s
duxit, rogo vel per litteras(nam scio vos
municare) mitte, ingenio planè ex vene
& leporibus facto. Sed mitto ista. tu qu
ad nos? longa tua illic mansio, quis ta
finis si sic hæres? adrumpe, nostra hæc n

EPIST. XXIII.

Lov

ERYCIO PUTEANO.

PUdor & probrum meum sit, mi Put
navem illuc à nobis ire, quæ nullas
ferat. Materia non semper est? etiam gt
sit ad mentem scire vivum adhuc n
amantem, neque quod aliud nunc n
em ferè est. Et quia solvunt jam ab isto p
qui eò portent, scribo; non quia res n
poscunt nunc valdè aut requirunt. Et cu
faciam, cùm multas ad te dare, cùm di
l

libeat, fortè non licebit. Nam credo me, mi Puteane, ut genus hoc morbi est, ad certam quamvis non subitam mortem ire. Nec moror valdè aut metuo, miserias protendi sibi vult, qui vitam. Alij ut visum, ego tàm libente animo hinc solvam, quàm fatum illud trahit, & eò deducit, ac sine jactantiâ aut provocatione

Vivam an moriar nulla in me est metus,

quam mentem Deus jam diu mihi dedit & spero servet. Idem te, mi Puteane, incolumem& florentē ex meo voto, id est, Nestoris & Priami ævum. Hæc nunc sic scribere venit in mentem; quia tu mihi semper in mente, & ut videas momoriam hîc non minuere &in te affectum.

EPIST. XXIV.

Portuam.

GEORGIO MARIO.

MEns hæc mollis in rogatus, mi Mari, quid sic instas & circumis? aqud duros hoc usurpa, hîc non opus. Scis ad hæc talia pronū & factum, ut nec volentia magis ipsa, nec quidquam ijs negare, quod in manu meâ est, qui ad Musas eunt aut virtutem. Tibi omnia apud me erunt non ad petitionem tantùm, sed nutum, & merentur ingenium magnum, vena sesamo & papavere sparsa, mores

mores ad humanitatem facti. Quæ ipſ
ſtimonium ſatis valent, & virtus, cui te
vis; quia tamen validè petis & intentè,
cludo, optem, quod ſcribis, ad promot
tibi fore ad adjumentum. Cultiſſimum
elium ſic in me eſſe intra me lætor. Am
eas laudes hoc ſciat, non probare. Na
modò tàm ſpecioſa tàm ſplendida de m
bellis iſtis poſſem? mi Mari, priſci haud
Amori lumina non dabant, certè non
uſum; ſe ad viles affectu ſæpè vertit &
non digna. In eo video. me non no
tàm in alto ponit, neq; ſpe ad ea vent
quæ me tenere utraq; manu putat. In ſe
in bellis, in alijs neq; hoc te fugit æ
hanc traximus. occaſio non fuit ad litte
libros. Et parum tantùm in me eſt, ac
ſenſu veſtro. qui favetis. Salve, Salve;
nunc interpellor.

EPIST. XXV.

Locum

Jo. SEVERINO FIONC

AD lætitiam eam venire & meos (na
habeo qui in eo loco) deſiderium
& amor eſt; ſed is ſolùm. nam ut illuc
verò nunc non pote. Valetudo hæc nu
triſtior & trahit lento pede ad. ſed deſi

lè ominari, & optem meis adhuc superesse, qui valdè in turbido sint & tristi me ablato, ut res meæ adhuc novæ, nec auxerunt valdè tempore hoc non longo. Sed seriò, mi Severini, juro me non esse pro quadrante illius viæ, ita delinquo viribus, & morbus hîc vitam vix mihi permisit. sine eo sit, non irem ad vos sed volarem, nec calcar vellem, quod húc instiget, aliud quàm amorem in vos, patriam, amicos primas nostras delicias, quem tùm exuam & (ut naturâ huc omnes inclinamus) deponam, cùm hanc vitam. Ego ergo maneo, & quod solùm nunc ferè possum, acclamo illud vetus, Feliciter. Uxor etiam, si erit hoc tanti, eò ibit, pro me supplebit. Malmogiæ.

EPIST. XXVI.

VVamaum-collem.

LAURENTIO JACOBÆO.

Hilarem jucundumq; me fecisti eo adventu & invisione, nec

Amyclæis sic exsultavit arenis
Pastor, ad Idæas Helenâ veniente carinas;

ut ego, te in hanc urbem redeunte & domum diu jam non viso. Hoc in eo fuit triste, quod abitus subitus erat & non tantùm sine meo consensu sed conscientiâ. & dum ego adhuc in lecto & somno te subducis celeri non dicam

itione;

itione, ſed fugâ, quod parum, mi La
aut mihi gtatum aut tibi decorum & n
tare ante tàm longam viam, non ſaluta
in morá metus erat, & ut detinerem ? m
tè apud te factum & talionem redd
tantùm ſi fuiſſet. Sed tu præcaviſti, h
me docuiſti quid in ſimili caſu & mod
am. Nam certò ſtat promiſſum hoc e
re, vos inviſere hac æſtate, ſi tamen re
hic morbus & ſinat, quod non deſpe
indicia adhuc nulla in melius, aut ſig
rebus tuis præſidem conveni. extra peri
es. pollicetur pro optato tuo futurum
luntate. De Genero tuo quæ triſtia aud
eſtnè ut diffuſæ illæ ædes omnes conflag
ô infortunium & Veſtam parùm ad
doleo ut ſi mihi factum tuâ causâ, ſed &
qui à me non averſus. Sed feramus qu
tare non in noſtrâ manu. DEus modu
nit & metam, quo divitiæ noſtræ ean
vult nos tranſcendere aut ſupergredi,
fundere aliâ viâ ei proclive, quod abſt
& abſumſit. Nam ab eo certum r
omnes. has noſtras. Opes ad nos mittit
vocat, vitam, honores. iterum redd
cum ei viſum. De te lætiora audimus, an
illam hæreditatem ad te jam ferri, & de

ex usu sit & toto animo hoc precor, ac ut tu in Datyli illâ sorte consenescas. Malm. XIV. Kal. Jun. CIↃ IↃ C. XVIII.

EPIST. XXVII.

Rosæfontem.

PETRO PETRO.

RECepi litteras in multis his annis primas & solas. commoverunt, verè dico,

μοι θυμὸν ἐνὶ στήθεσι φίλοισι,

Mihi mentem in corde faventè.

ut enim palatum avidiùs arripit & amat diu non gustata: ita nos scriptionem neglectam diu & omissam. Vivere adhuc in te amorem, & spirare, lætis oculis animoque observavi. in me nil minuit aus ponit, etsi ad hoc officium remissi sic fuimus, sic sumus. Et teramus sanè sæpiùs hanc viam propiores jam facti, ac demus amicitiæ hoc alimentem, etsi firmæ & non indigenti. De adventu meo certum te reddo & securum, videbo vos ibi, si ego aliquandiu hunc Solem, quamquam dubium facit hic morbus, & videtur ad obscura illa ducere & lethum. Quid hîc addo? an vera fama, quæ se spargit & dilatat nimis celeri pede? Claudium Martinium in extremo morbo fuisse, sed fuisse? spero non esse, nec Musæ per-

permittant. optem hîc diurnare illud
& si abijt, tu amicum, provincia ea or
tum amisit; non enim urbem dicam, c
ter magnos erat merito suo, etsi non f
pientiæ tamen quàm scientiæ altioris.
multi latent ignoranturq́; doctrinâ nc
riores nobis, qui sic noti,quiete & tra
tate feliciores. Sed finio, & morbus si
tu Vale, & serò habe. Malmogiæ. Post
Decemb. CIↃ IↃ c. XVII.

EPIST. XXVIII.

Port

MATTHIÆ JOANNI

MUnus ad te mitto, mi Matthia.
quod volentem, Epistolæ nostr
quæ jam tandem emissæ. Velut inter f
res Lares es, qui primi placandi his liba
si tamen in ijs occupationibus divide
pus his nostris potes. Alia à vulgari r
sensu hæc scriptio, cui abundantia ill
& superfluitas, & quæ gratiam apud
& laudem non est inventura. Sed ea m
capit,nec muto facilè aut mitto, etsi ju
quædam contra sint & aversa. Mihi or
scripta non ad mentem, nec optem m
operam eam magis dedi,ut

Paucis probatus potius, quàm multis fore

etsi de nostris nescio, de exteris securus sum. hæc ipsa ibi vivant cum ego non vivo, laudem ac lucem trahant secum, si non apud omnes, scio quod plerosq;. Tu cense & salve. Nam de me etiam nunc in morbo sum acri, ancipiti, & qui vix vitam relinquat. Nisi Deus tamen palàm juvat, &, cum Flacco,

benignâ
Reducat in sedem vice.

Quod cum mente rogo, te vero, mi Matthia, stylo; ut ei, qui has fert, benè ac benignè velis meâ causâ. Merentur in eo mores placidi, ingenium summum, doctrina super hanc ætatem, & plura, quæ in eo notabis leviter inspecto.

EPIST. XXIX.

Hamburgum.

GEOR. LUDOV. FROBENIO.

MIsi ad te litteras, misi librum ante hos dies sed sed non magnum. Epistolæ nostræ erant; velim pervenisse. diversum ab hodierno more & scriptis hoc genus, nescio quomodò nunc capit ea vetustas, & ad Lacones mittit. certè effusio ea & effluentia non ad hanc mentem, brevitas magis, sed quæ non fallat legentem aut suspendat. De Zenone dicunt,

cum objicerent brevia esse ejus dicta,
disse & syllabas se optare, si id posset,
esse. manum trado, & sequor hunc
Animus dives sit & abundans, in stilo
opus & moderatus ac adstrictus pro
sit, si id cum modo, & brevitas quæsita
ac affectata. nam plerumque

Βραχεῖ λόγῳ δὲ πολλὰ περίκειται σ

ut ait verè ille. Sed hæc mitto, rescrip
primas meas exspecto & responsum. n
biunt alij & aspirant ad hanc sponsam
non abducis. & scire in primis ab re m
ab ipsorum. Malm. ∞ Iɔ c. XVIII.

EPIST. XXX.

MARTINO PERSÆO J

AB illâ manu litteræ?

Ὡς ἥδομαι, καὶ τέρπομαι, καὶ χαίρε

Quàm lætor exsultoq; quamq; g

animum suavitate eæ adfecerunt diu
jectum & demulserunt velut leni mell
adjuncta hæc & inclusa? non dicam, c
cara. suave de te audire, magis à te h
videre, per quæ si sic is & effers, *te a*
ftem gloriam efferent, ut magni illiu
hoc ponam. Scriptio suavis, acuta &

ab ipsâ Pitho mana:; res amœna & mixta doctrinæ reconditæ notis, vel ista tâm docta in tui amorem mittant & deducant, si aliud non esset, & ego in eo non jam vetus. Aliud id quod vis in hanc rem aliàs erit, nunc hic morbus nihil tâm altum permittit, in quo tâm longo vivere me & manere ipse stupeo & admiror. Sed mitto hæc tristia & sepono. Hechelshovius est adhuc ibi? judicij ingenijque recti sit, aut utraque me fallunt: quædam ejus hîc vidi, in ijs omnia plena doctrinæ altiotis, & ubi acritas, suavitas, atque ipsa virtus inserta, nec alius ibi videtur mihi magis ad prudentiam, & sapientiam ire. Nam tu jam diu pervenisti, & inter vertices es. In Parodijs ad Horatium etiam una ad illum. nam Hamiltonus diu mihi eum laudavit, & in animum hunc immisit, tu saluta, & mihi devince. Ad Ramelium hîc habes, ad Arumæum, trade & jam salve, mi ocule, mi anime, ô Persæe. Malmogiæ statim à paroxismo duro & insolente.

EPIST. XXXI.

Jenam.

HENRICO RAMELIO.

TE tâm largè tâm longè demittere apud humilem & immerentem qui ipse in

 alto

alto! novum hoc est, rarum, magis in eâ
mitate. Nunquam nos vidimus aut (quo
quid huc juvaret) attrahentia hæc & il
usurpavimus colloquiorum, & tu do
men mittis tanquàm ad notum, ad m
tem. benè litteris, quidquid earum in m
quæ tales in me excitant & jungunt, et
fæus in partem hic venit scio. & huc in
vit; nam ille nimis in me pronus fa
de me spargit, quam vix sustinebo. Se
prolongo? debere me utrique fateor.
debere? imò reponere addico, & sic
tur vester in me affectus. De summo ill
quod addis, exuere consuetum in libros
cubrationes ardorem. Malè narras.
Ille in hoc ævi ingeniique vere, & ad
etiam benivolentiæ aurâ largitér ad
Nam ea datur ipsi à magnis, ab aliis,
si volet aut exspectet. Rectiùs n
animus sit laboribus morbis curis
& cui merito Musæ jam dent missio
Tamen persisto, etsi metuo, ut langu
me sinat in longum, languor qui ad le
duxit indentidem & reduxit. Itaque H
nostræ jacent, nescio, an aspiciendæ. Po
um nuper dedi, sed brevem tantùm lib
vani vagiq; ludi sunt, puditum est mit

Adventum ad nos quandò exſpectemus, & νόστιμον ἦμαρ. aſpiro jam ad eum diem & affecto, quo hilares lubentesque amplectar, & opto ne longum ſit. Aliud quod ſcribam nunc non eſt, ſ[illegible]iens quantus ſum, dedico me tibi ac dono mancipio tuum. Fratri tuo magno juveni à me ſalutem, quem etiam læti libentesque audimus Muſæis his artibus tingi. Malmogiæ. ꝏ Ιͻc. XVII.

EPIST. XXXII.

Jenam.

DOMINICO ARUMÆO. J.C.

MAgnos viros virtutesq; in amore habere, in cultu, mos meus & natura eſt, & tibi diu à me fit, mi Arumæe, etſi per multas terras, multos tractus, qui nos abjungunt, non fuit promere hunc affectum. is magnus in te jam & immotus, novit ille, qui interiora hæc novit & arbitratur. Et Perſæus primò traxit in hunc amorem poſt eum alij, quos veſtra urbs ad nos miſit, omnes altitudinem iſtam ingenij non laudant tantùm, ſed mirantur, me faciunt. ita ſumma de te dicunt, ita alta, & jam niſi abnuis

Jungat inoffenſis manſura Libentia vinclis.

Proxeneta Epiſtola ea ſit, certè in eam ſp
ſcripſi: tu animum in te hunc agnoſce, q
& erit æternùm devotus. Volebam mun
te mitterę Poëmatia noſtra; ſed recuſat
cui has trado, aliâs hoc fiet. Hechel
ecquid adhuc ibi? Juvenem illum amo, &
ritis ejus in litteras hoc debetur, quas ille
fructu diu tractat & cum famâ. Tu illi
ſalutem. Malm. ꝏ Iɔ c. xviii.

EPIST. XXXIII. Lo

ERYCIO PUTEANO.

SEmper te cogito, ſæpè loquor, quod
ſcribo, tu ignoſce, occupatiunculæ ret
itemq; valetudo, ita me Muſæ, vacillans
gotijs jam non ſubſiſtens ubi illæ remi
hæc ſe reponat, etſi utrumq; ferè jam de
non ſæpè tantùm ſcribam ſed ſpiſſè; nec
ad aliû libentius me diffundo. In carmi
vide, quod debui diu tuæ virtuti, donec
us aliquod poſſum, hoc nunc ſolvo. Div
à reliquis meis eſt, utinam te dignum.
me poſſe ijs probare, qui altioris litte
guſtum ac ſenſum habent. Nam alij q
vulgata illa non ſunt & ſolita abſunt la
De Natatu interim quando ad nos? avi
ſpectamus, ut fontes, qui à calore aut æ
nerunt. A Caſparo Bartolino mihi litter
has ſcribo. Vir eſt, ſi in his terris,

in quo veteris vestigia recti
Et mores videas ductos meliore metallo.

Certè supra Philos & Medicos est inGermaniâ & Daniâ nostrâ & communi consensu laudem hanc ei donant. Is te nunc salutat & amorem offert. tu mentem in te hanc agnosce, tuam redde. Mediolanum scribit tuâ causâ ivisse;&, quod dolor ejus fuit, non invenisse alio tunc evocatum. idem de Lipsio evenit,ob quem ille Lovanium venit paucos post abitum extremum vel dies vel septimanas. Sed à verbis ejus malo hoc te videre, quæ hic includo. Si amare magnum ingenium vis & virum, nullum invenies supra istum.

EPIST. XXXIV.

Locum Regium.

Jo. SEVERINIO FIONO.

AD vos aspiro & vix noctes mihi quietæ, ita tenet hoc desiderium & cupido: sunt joca, sunt seria, quæ in sinum tuum deponam. etsi trahit hoc etiam, quod ibi crepundia, ibi terra natalis mea est, illum tractum tetigi, eam auram primùm bibi. ut hæc non sint. formosus ille locus silvis, agris, fontibus, pratis, rivis jucundus quem non adducat? ô aspiciam &regustem ac oculos ad eum pænè osculum scribam, donem! Certè cogitatio

& affectus in eum vetus recreant hunc
mum & diffundunt. & viderem jam hac
te si morbus non dejiceret & hîc tener
quandò alitèr non licet, peregrinabor se
jucundâ recordatione per illos tractus &
cata mihi loca. Sed juvenem hunc vides
eò habet. volui te adire, imò litteras istas
E caris meis est, benivolentiam in eum di
de & favorem, in me impendis quicqui
benignè à te fiet. Christianum Grubbiun
saluto, non virum, sed semonem. Maln
CIↃ. IↃ c. XVIII.

EPIST. XXXV.

Rosæf

ANDREÆ SUENDIO. V.

MUlta ad nos jam trahunt & dedu
cupiditas revisendi ea loca, amic
invitationes imò preces, alia etiam pr
sed ita vivam nihil ut tu. Humanitas i
hac mente non it, & retrahit ad se semp
reducit. Quod erit hac æstate, si morbu
sistat & sinat; nam is, mi Suendi, adhuc
vis. Sed mitto istas ut præcursores & ho
indicendo. Epistolas etiam meas,
tu cense & percurre, donec ego ad vo
horas diesque semel nos fallamus delec
sermone, imò, cum Plauto, conbura

Aliud quod addam nunc non est, ut nec morbus hic pro longâ scriptione. Tu salve, tuos à me saluta. Malmogiæ. CIↃ IↃ C. XVIII.

EPIST. XXXVI.

Rosafontem.

BARTOLOMÆO HANSENIO.

IN itinere eram ad vos certè in procinctu & animus erat, eum levi profectione recreare & pascere in languore hoc longo. Alia quædam & insperata retraxerunt jam euntem. quod dolorem in hunc animum dedit & morsum. Nam præter quod tu, quod Magnus, quod Suendius in hoc corde, ibi sunt quos supra omnes, verè dico, & germanum in modum duco amicos. grave est non videre hac vice & amplecti; nam anni tempus video, serum est, nec ante hyemem succedat ad vos hoc iter nunc impeditum. De Fratre velim scire ecquid nos citò ad nuptias? ita tempus & usus ejus est, familiam alere magnam, grandem (talis est scio) è re non sit sine illâ consorte. Sed vos ibi videbitis, ad optima ducetis & suadeatis spero quod non resistenti. Plura ad te jam vellem, alia nunc non sinunt, nec occupationes tuæ, quas scio non esse ad longam lectionem. Petrum, Petrum ibi à me saluta, vi-

rum magnum, & inter prima inge
Malmogiæ. ꝏ Iɔ c. xviii.

EPIST. XXXVII.

Ros

ANDREÆ SVENDIO.

NOn venio, mi Suendi, hac æſtate
feci fruſtrà, ut ſtatim præmittam
non ſit ad votum. Mens certè fuit in
& vel in ipſa urbe ſit quod alliciat ad ſe
hat. ſitu quid formoſius aut jucundius
cilis, ſanus, loca paſſim ſine domibus
& viridarijs preſſa, & rus, ſed ſine dam
ipsâ urbe. fontes amœni, ſalubres,
pauci vincant in hoc aut alio orbe. jan
eam oculos animumque mitte, quen
trahat pratorum colliumque aſpectu
eam cingunt? Hic ſata & hortorum il
ciæ florent, illic pecudes paſcunt &
runt, alibi aves occinunt & fritillant.
hæc eadem alibi, non tamen ſic plenè.
longo ſed arcto ſinu ſe ad vos immitti
lut flumen. rivi circumluunt & molæ.
ta & ſilvæ non longè disjunctæ. & ubi
neres locorum & cupidines. cujus n
vultumq; non explicet ea facies tàm
varietate ſparſa? Nam de incolis acc
quid ſcribam? cœlum hoc non ambi

gis ad benivolentiam & virtutem natos. & qui ſemel hæc oculis animoque uſurpavi, deſidero identidem illuc & reſpecto. Sed hoc anno fruſtrà tenent, quæ rumpere non in meâ manu, triſtitiæ, morbi, languores. & augent adhuc cottidiè ac aſſumunt, nec ſpem jam faciunt longæ hîc moræ. ut Deo viſim. is te ſervet, & mihi hunc animum tuum.

EPIST. XXXVIII.

VVemaeum collem.

LAURENTIO JACCEÆO.

QUid hoc vocem, mi Laurenti, Punicam fidem aut Cretenſem? quod tu tâm certò ad nos. In novo hoc anno exſpectabam, ſed hoc tantùm. non fruſtratus modò, ſed illuſus. Quid intervenit ut mutares poſt promiſſa tàm calida & certa? fero non volens. Metonis annus videtur cùm ego te non video. & niſi tù nos ante hunc Martium, qui nunc imminet & impendet, ſcito me certò. ſed manum retraho, ne terreat te hoc verbum. Tu veni, fidem ſerva ac exſolve. Octavium Marſuinum ſaluto Homeri dicto θεοείκελον, ἄνδρα.

EPIST. XXXIX.

Aſſeream.

NICOLAO OLAO.

Ver-

VErsus ad te iterum fero, quem
hæc talia semper propensum. Si
mi Olae, & tempus etiam dividere his
eadem vina non semper movent au
stum sunt, alia identidem deposcimu
tum; idem in studijs est, juvat inter g
severa quædam inspergi è ludicris ill
cundis. Mihi certè fit, & ex usu vic
verioribus libris mentem velut in ludi
tere ad solitas has amœnitates, etsi ne
omnes hoc probent, quod ego hæc sic
quod in his sic diurno. Sed de istis ali
præsentes. Laurentius ibi ecquid vivit
ubi ubi ille valdè in nos proclivis? cu

Dices pro meritis gratum me
nem fore.

quod idem tibi scriptum & addictum
apud nos volebas, factum. Si aliu
aut usum tuum possum, non ora, sed i
inclinatum proclivemq; invenies, &
sco more ac amore acturum apud tàn
tem.

EPIST. XL.

LAURENTIO OLAO

DE Lipsio quæris, de Puteano, ecq

priſcis habeam & illis melioris ævi? judicium meum hîc ſuſpectum, qui duces eos ſequor & doctores, nec lubido nunc decidere hîc aliquid & definire. De me, magno animo ſcripſerim vireta mihi illorum ſcripta videri, præ multorum ſenticetis, qui hodie florem orationis dare ſe putant & præferunt. brevitate & elegantiâ penetrant animos & pervadunt, ſed capientes, hoc eſt, magnos; nam vulgus nec capitur, nec capit, ut quidam olim acutè dixit & verè. Qui ſuavitatem & venerem amant, huc animo eant ſat ſcio. Lipſium colant cupiantq; ; nam is eam habuit, ſi quisquam ab omni ævo, & vincit hac parte, ipſius verſu,

Quot ſunt quotquot erunt & quotquot inante fuerunt.

& meritó omnes herbam, coronam, palmam demus. Verba vides? pura, obvia, vulgata non tamen jacentia & è trivio. ab antiquis ſi alibi haurit, valdè cum judicio facit & inſpergit tantùm ut ſalem. ſi quis aliter, irriſit ipſe & ſprevit. Jam ea cum lepore ſimul nectit & laude. & hoc illi proprium, multa, ſed non multis, dicere, & ut plus ſemper intellegatur, quàm ſcribatur. ita tamen (quæ magna ejus laus) ut in brevitate nubes vitet, & in ipſâ ac Laconico illo

co illo genere se exserit fœcunda quæ
fluentia, manat non dimanat, currit
ripitur leni & jucundo fluxu se ferens.
flexus, figuræ illæ suaves ac delectan
crebræ tantùm sed perpetuæ, nec ulla
dus sine illis aut linea: Venerem ubiqu
& Minervam. nec in rem solùm, sed ex
trahit. Quam ipsam attendis? quàm
vilia & abjecta se permittit, & in magn
ta ferè semper it, ipse talis. ubique mag
ves, penetrantes quædam sententiæ
monita ubique ad virtutem ac directi
Constantiâ libri quid nisi à sapientiâ
sed verâ stillant? quid nisi alijs instillar
quibus verè scribam, non scripti supra
scribantur. Certè nihil ab eo ævo, au
tale extat. Jam in Criticis quàm felix
gnus? quot loca ivit juvit & illustravit
sine eo fuisset, adhuc caligassemus?
hac parte magnos ista aut alia ætas d
invenies, quem mihi anteponas; vix
componas. Magnitudo ejus Romana
verè magna in eo genere dicam null
ptum accedere ad istud, nullum vel se
Dominâ illâ urbe semper creditum &
quod videre ibi fuit, quidquid in mu
si pulcrum, si magnum. Id ego de ho

verè proclamem, & in eo esse hac in parte, quidquid in historijs Græcis ac Latinis. & legere ac capere in eo jam est paucis non septimanis sed diebus, ad quæ quis per annos non veniret, si in authoribus sparsa ipse sequeretur. nec sciri ferè magis in hanc rem necessum, quàm quæ hoc dabit. Politica & ad ea exempla, quàm non docent tantùm sed delectant, plena prudentiæ& lectionis admirandæ. Multa alia edidit, multa vetuit à se relicta. perfecisset sic cœpta, dedisset plura, si Parcæ eum terris longiùs dedissent. etsi satis ad laudem sunt quæ reliquit. Jam Puteanus robur ubique ostendit, virtutem & virum præfert & format. Multi oderunt aut spernunt? quem non hoc aut priore ævo? plures amant. Et illum publicæ Historiæ jam referunt & ostendunt. è quibus mecum ista vide: (Botereius) *Ut ævo suo Titus; sic nostro Lipsius verè dilicium generis humani fuit. Hunc namq. Pontifices, hunc Reges, Principes coluerunt: hunc Itali, Hispani, Galli, Germani, Britanni, Pannonij: ipsi denique Daci ac Sarmatæ venerati sunt. Hujus deniq. amicitiā eruditi omnium gentium, omnium ordinū homines expetiverunt atq. ambierunt.*

Neā

Nec ea tantùm, ſcribit inimicos (q
non habet?) ad eum verſos & n
ipſum Domannum & Tomſonum
tàm iniqui, in alium ſenſum de e
affectum, in quâ auditione; nam
tum, finio & te dimitto, longâ eni
ſed quam ipſe expreſſiſti, tenui fort
vi. Tu me & iſtos ama, in ſcri
tamen non imitare. E Muſæo ſed n
drino.

EPIST. XLI.

ANDREÆ BREME

DOles & demiraris, mi Bremere,
pſio diſſuadeo & abduco? non
mitto & liberam ſemper ad eum iti
ve, verte. nunquam potes hoc ni
qui certiùs aut magis ad ea, ducâ
aſpiras, ſapientiam & doctrinam.
lum eum & ſcriptionem non aſſu
naturâ te ferri ad brevia hæc & con
tempera & aliò flectè, ac mihi id c
eſſe hoc genus pro his terris. Nec or
tum ſequi illum Semonem, & è m
ſunt aſſecuti. Tu ad alios ibis, &
me audis. Nam brevitas illa nub
ineptias ſæpè, ſi quis cum modo no

vos in eâ ætate non declinabitis & vitetis. Verba ſanè in eo pura, ſelecta, & non è fece, filum orationis adſtrictum, doctum, ſed quod tibi adhuc non aptes & transfundas. Res te magis velim ab eo trahere ſuaves, profuturas, &, quod invidia non neget, plenas ſapientiæ & doctrinæ priſcæ. Omnia vidit, legit, ſcivit, ſcriptores veteres novosque pervaſit, juvit & perfudit novâ luce, nec aliquid in antiquitate, quod non eruit, ſi dignum. Sapientiam quæro? largitèr non ſpargit tantùm, ſed in animum inſpergit. Doctrinam? quis longius in eam ſe penetravit & venit. Qualis illa & quàm alta ſuavitas! quæ monita contra hos caſus dat, contra mortem? Quomodò à vitijs retrahit, ad honeſta adducit & immittit? quã multa in luce ponit priſci moris, neglecta alijs aut non viſa! Et multa in eo non ad ſcientiam tantùm ſed ſalutem. quantùm Philoſophi certè ad eam monſtrant; non enim afficit ſed impellit, nec trahit tantùm ad alta & magna, ſed rapit, & dicas ſuavitate & dulcedine te ſæpè auferre. Abjectum ingenium ſit & ſurdum, quod non excitat, nive frigidius & pruinis quod non inflammet, ſed cum intentione lectus & ſine ſomno. etſi novos illos & tirones qui incitet & tangat? provectos & perfectos

excitet, ſat ſcio, & commovebit. n
cottidiè haurio ex eo fonte. video
ſo eſſe, dum tango, ſupra imbres
ſupra omnia hæc humana; nam v
necâ dicam: *Non eſt quod exig*
aut excerpta continuum apud ne
Puteanum includo) *quidquid apu*
cerpitur. Quocunq; miſeris ocu
occurrat, quod eminere poſſet, ni
ria legeretur. Et verè cum eoden
dam ſcripta clarum tantum habe
cætera exſanguia ſunt, inſtituu
tant, cavillantur, non faciunt
quia non habent. Certè ejus mag
ad magna alios perducit, nec te a
mi Bremere, & avello, ut velim te
mergi in ſapientiæ illo fonte, nam i
tum ſtilum optem aliundè peti & i
nos te inferre & immiſcere, hoc ob
quod incidiſti, ob terram, in quâ
cidiſti. An meum illum ſic infrà
mitto? Æquat illos, qui jam ſunt, &
runt magni poſt Romanos,

Quotq; poſt aliis erunt in an
ut nihil altius de eo nunc dicam.

junxissem & ad eum donassem? Nam in stilo & studijs ad ingenium ejus eo. vitâ (si quædam eximas) ferè eundem dicant qui norunt. Et revera naturâ ad eadem feror non stultâ æmulatione. Nam & canes amo, & alo, ut vidisti. & hortis impensè delector ac colo, nec venio tantùm in eos sæpè, sed vivo. Musæum mihi apud eos, imò in ijs cœnacula, cameræ, Hîc cibus mihi, somnus, nec dies tantùm, sed noctes in ijs ago, à strepitu remotus & studiis vani vulgi. Jam in vitâ reliquâ parum alia ei fuit, nisi quod in honore altiore & laude. Nam & alta eum sprevisse ubique in scriptis invenio, nunquam ambijsse aut prensasse, sed nec arripuisse oblata. Munditiem adfuisse in totâ vitâ & quendam velut splendorem, sed sine fastu, sine luxu, dicunt qui norunt & viderunt. Jam comis in omnes fuit & sincerus, in amicos purus, fidus & candidior nunc natâ nive. Nulli detraxit aut obtrectavit, à rixis & calumnijs remotus, in laudes sæpè nimis pronus. Qui me nosti, qui convixisti, scis quàm longè ab istis absum, & quàm hi planè mei mores, quos eosdem tibi opto suffecturos, si meliores non contingant, & stilum quem hæc ac alia ætas cum voluptate legat cum motu. Malmogiæ. ∞ I) c. XVIII.

EPIST. XLII.

Lu

LAURENTIO & ANDR
SAMIIS.

SI vos virtutis causâ non amarem,
lescentes, possem magni vestri ad
vobis has dedit; cui hoc debeo, ut in
mo cupiam & velim quibus ille. Sed
nihil opus est interprete & proxenet
destia vestra est, id ingenium ut os
ducatis in vestri amorem, sed trahat
ter primos pronum in alta hæc in
& amicum. Excusatio tantùm ea
ctio absit; nam istæ nimis prætuleru
mel scitè carum quidquid à vobis ve
cum vos ipsi. Sed inclusa hæc videtis
quos nostis, dederunt, mitto ut in h
vos vocem & exemplum. supra ann
mos habent, & supra viros in famam
certè supra multos. Vos insistite, & te
eos per hoc vadum. Nec de cœlo i
iterum ire vos velim Musas jam amp
ria & alta cogitate. Sapientiam, virt
mam amate, & vitæ genus, quo is
Omnia ad hanc spem adsunt, & ex
movet & provocat ad hanc laudem

tens. jã in summo. abrumpo, ego litteris junxi, quia fratres, quia urbe, studijs, ingenio juncti. vos ignoscite, & valete. Malmogiæ. Non. Sext.

EPIST. XLIII.

Responsum.

MAGNO BARTOLINO.

NUncio, quod nunc non velles, de adventu meo spem tantùm futurã in re nihil. Nec credo restare profectionem, nisi unam, quæ ad beatos; nam eò viam jam facit hic morbus, &, ut ille jam affligit, me non nolente. in mari & inter fluctus circumagi optimus! timeamus in portum, & ad quietem ac læta pervenire? alij faciant & reflectant non ego, qui scio felicitatem hîc non perfectam in locis his imperfectis. captivus leo expansâ custodiâ non ejicitur, sed aufugit & redit ad notas silvas & campos: sic ego cum voluptate in æterna & perennia roseta. At juvenis sed ævi tàm satur, quàm decrepiti ipsi & cani. & si in nobis sit agmine facto eò eamus, habituri tùm primùm quod speramus aut vovemus. Nam ibi tandem nobis contingat & stare in felicitatis illâ arce securos supra dolorem, metum, & quæcunque hîc dejiciunt & turbant. Nam qui ibi sedem quietemq; invenit, hos in terrâ velut

ab arce

Despicit errantes, humanaq; gaudia

ut nos possimus & semel ab hoc carce

vi, tu da, qui nos in eum immisisti. Ad C

um aliquid volebam, & jam confectu

scio, quomodò non placet nunc mitte

amplectere à me hac vice, & , si adhuc

me saluta. Malmogiæ. CIƆ Ioc. XVIII.

EPIST. XLIV.

in Ar

SIGVARDO GRUBBIO

REmitto quæ è Bibliothecâ tuâ sum & repono. tu perge sic eam Musis & aperire, usus & famæ causâ addere & au hoc ad veterum morem & ritum, quos v merito fama ad nos tulit & permisit al hoc ævum non ferendos. Bibliothecas habebant Augustus, Lucullus, alij, no tantùm; intrare omnibus liberum & tu Plutarcho traditum & laudatum. Et a Pollio ideò Atrium Libertatis vocavit, suam aperuit & dedicavit. ut eo nomine invitaret & ne alij suspicarentur de excl aut ejectu. certamen in eâ re magnatu & velut contenderunt de primatu. lau tibi ac decorum ad posteros sit, quod tu insistis & imitaris ac Musæas illas o

quoscunque permittis sed doctos. Ego tibi scripta mea magnam partem non soluturus debeo, & testari ad posteritatem hanc Epistolam volo, & de tuâ in omne litteratorum nomen propensione. tu perge etiam me attollere & amare.

EPIST. XLV.

in Arcem.

SIGVARDO GRUBBIO.

DOlorem nuncio, sed qui risum tibi dabit & cachinnum. in irâ sum magnâ, grandi, & supra ipsos biliosos. Canis mihi hic perijt sed à furto, elegans, venustus & ad omnes pulcros & laudatos; certè quem Alexander habuit aut Ulysses, nugæ præ isto. id ingenium, ea fides, & addam prudentia fuit. ut in hoc genus ista cadunt. ibat, sedebat, stabat erectus ut homo. & longum sit huc addere eas amænitates. Inter Maccos non sum, ea res tamen valdè præter votum. Scripsi ut tuo jussu ad me redeat (nam ad vestros devenit) & in risum eas, ac te laxes.

EPIST. XLVI.

Assercam.

NICOLAO OLAO.

QUòd me ibi exſpectetis, non poteſ
æſtare. Scis in quâ navi jam veh
quam non meis ventis, hoc eſt, in morb
duro, vel, ut videtur, extremo. deſera
tandem & relinquat? utinam id ſit, & v
des illuc eam, ſi opes non ſint pro curru.
languor is undecim menſes jam tenet, n
magnam dat commovendi ab his locis, e
no. Nam ſi vel is nunc abeat, imbellia t
maneat & quædam velut reliquiæ tàm
non pellendæ. Illud non ſit! favor ille i
qui ſuaviter ſpirat ab ijs oris, ſatis ad ſe t
nec ſuaſione aliâ aut illicio opus. vos it
mecum ferte. quàm primùm mihi liceat
pro meâ mente (ſi unquam hoc ſit) eg
pro veſtrâ mente. veniam, maneam or
quæ vultis. Verſus illos noſtros quod c
bus ais eſſe ad ſalivam, libens lego.
multis, mi Olae, credo, multos etiam a
me in iſtis alijsq; non falsò puto, & quib
noſtra nec alta valdè nec æſtimata. Ad q
dicio ut nec colorem muto, nec ex alto
cio; ita huc levitér me nunc ducunt, ut
dum me meliùs putem, & hæc omnia n
non obliteranda. Nam ſcribe, ut vis, n
pro omnium mente, & obtrectationes
fortaſſè meliùs quàm timere & exſpe
eventum.

EPIST. XLVII.

Glassacium.

ANDREÆ SINCLARO.

IN ijs fortunis & in alto litteras te amare, & magis eas doctos! illud amorem mereatur, istud admiratione, hoc ævo sanè, quo parvus ijs honos. pauci sunt, si magni, qui Musis amorem habent, & ijs velint cupiantq; qui tractant, tu vel in ijs primus. nec fastus hic, qui alios habet, & contemptus te afflavit pronum in Doctrinæ hos mystas & proclivem, in me inter primos. Vocas eò blandè & invitas certò jam venturum, si morbi non frangerent & tenerent, Sed illi in me missi nimis densè hoc anno & infusi. pedem non sinunt efferre aut mentem. aliter ad te non irem, sed currerem, & animum semel lætitiâ impletem & comitate, quæ à te afflat. nec despero, vel hoc autumno futurum, & ut languor hic mitiget & se ponat. Quod opto & valetudinem tibi lætam, ac ut

De nostris annis tibi jam Deus augeat annos;

ut leviter immutem hoc antiquum. Magnæ indolis, hoc est, tuæ, filijs à me salutem, quos volens lubensq; audio in Musarum illos fontes immergi. Malmogiæ. ꝏ Iↄc. XVIII.

EPIST. XLVIII.

Cal.

CHRISTIANO MARIAG

DOnum ad te trado scio quod ex
tem. Centuriæ nostræ sunt utin
mo tuo suffecturæ. antè habuisses,
non fuit aut favit, & habeo longo t
qui illuc vellet hunc primum. Putaba
ad vos venisse & Bibliopolas importa
nutus claudus qui recens à vobis mo
non allatas; te iratum ob non datas à n
missas. ab eo non licuit nuncium ad vo
re ante istum. tu nunc lege & in ani
lubesce. Malmogiæ. ∞ I ɔ c. XVIII.

EPIST. XLIX.

Ros

PETRO PETRO.

EX vero ea fama, quæ Portuæ te jam
aut brevi fore? firmat jam valdè ac
& inducit ad credendum. Gratulor t
felicitatem & fortunet ac augeat, eu
qui dedit & huc duxit. Nos viciniore
mus, &, quod sequetur, in litteras & h
cia crebriores. inviso etiam sæpè eò &
ro. & ita nos sæpiùs nunc amplectemu
tum morbi hæc tempestas se ponat &
quillet, quæ valdè adhuc exercet, utina

absorbeat, certè minatur. tædet jam, mi Petre, in eo tàm diuturno & ad sanitatem affectio aut ad aliam vitam. Sed quandò Deo & quod ei visum. in prioribus litteris aliquid erat de Claudio Martinio, de quo errasse audio hanc famam & gaudeo. Certè constans ea hîc fuit, & diu, ac cum constantiâ affirmabat. Valdè pro hac mente est eam sic falsam, & optem illum ad Nestorem aut Priamum venire longo ævo, tuâ sed & filiorum causâ, qui sic omnes, sic diu in me affecti. Vale, & tuæ à me suavium ac amplexum. Malm. CIↃ IↃC. XVIII.

EPIST. L.

Asseream,

NICOLAO OLAO.

DIffusè jam ride & admirare; invitant -- vel ad habitandum. conditionem non nominant quidem, sed æquè clarè ac si nominassent, & præstruunt tantùm ac tentant an adducant. vixi in iis locis juvenis, notos etiam reliqui & amore obligatos. Ii excitant in me hos animos, cum vident ire nunc in meliorè aliquâ famâ. Nam hîc ignotus sum & in obscuro, negligũtur nostra ac jacẽt. ibi magis in precio hæc studia & Musa, An accipiã & mutẽ? mens abnuit & religio, quæ in iis oris, cui me

non

non jungo. Sed nec in hac ætate nova c
lia & ſedes quæram, nec tu permittas. Ad
quidem hoc rectum iter, ad honores, quo
tria hæc non dabit. ſed quid eſt? in virtut
miratione & amore dediti humana om
ſpernamus & mittamus, atq; ſplendidas
ſed fallaces Fortunæ dotes rideamus. lit
hic includo, ut videas & legas, terſas ſanè
ctas & non à vulgari manu, ſubitum fui
licuit habere deſcriptas, autographum i
nolim perire; nam iſte certò tradat & p
cat ſi eum novi. Malmogiæ. ꝏ. Iↄc. x

EPIST. LI.

Roſæfonti

MAGNO BARTOLINO.

NOva ibi quæ ſunt, & ſcitu grata? cur
ſcribis? cur non ipſe mihi dicis &
tandem ad tui ſic amantem? Hic iſta? in
in - - - & ac ād manendum. vides in me
penſos alibi & excitatos? an arripiam &
vertam? non adducor. ibi vitam degere
placet neq; ratio ſit. fallit eos, quod in
gione putant conſpirare, ac ita ajunt ſp
à multis factam, & neſciunt in his vincu
ſe & conjugio; nam de priore amiſsâ
runt ex Epiſtolis quæ Wittebergæ edita
credunt rediiſſe in hunc carcerem ſemel

ctum, uxorem facile scirent me non perducere ab his terris, nec cum illâ magnus mei illic usus. si etiam sit & aureos montes donent, non adducant. Functio hæc sanè non valdè pro meo voto, & rem ac studia in arctum illa cogit. nec tolerandæ vitæ sic essem, si non ab uxore opes in partem venirent & aliquid in annos darent. Quis mutet & in melius dabit? lethum, nec enim antè sit. Ad virtutem & constantiam respiciam. illæ sustentent & dabunt etsi non bono loco, benè tamen esse. Fortunæ is ludus est, nec pro ingenio eam omnes habent. multi magni, erecti & ad alta rectaq; avide euntes à vulgo se non eximunt & jaçent ignoranturque inter suam plebem ab eâ nec destincti. Quid mirum in me uno sit? Proceres certè extra hanc culpam, quos volentes lubentesque habemus nunc in has artes. nec quidquam illis benignius aut pronius tollere & adjuvare, si quos vident ad recta & magna aspirare. Culpa fortasse aliqua eorum sit, qui commendarent & monerent. nam illi res & regna in animo habent, nec in cognitionem de nobis venient nisi ab aliis inducti, nam illi scripta nostra legant? otium non est, etsi sæpè voluntas. Culpa etiam aliqua mea, qui ambire contemno & prensare. nec animum aut mentem ad

quid-

quidquam mitto, nisi oblatum. Præt
negligar, nec ideò
Dolet pudetq; Grajum me natum &
Et patriæ rebus nihilominus me trad
impendam. Depono magnas illas, cogi
nes, fato me attempero, tu Salve.

EPIST. LII.

Portua

CASPARO BARTOLINO.

ADiri sic litteris & invisi, mihi gratu
ceptumque esse, ab eo loco, eâ mar
beo adfateri. & quem non diffunderent
crearent tuæ tàm lætæ & diffusæ. Episto
probas, hortaris ad plures dandas ac s
dabo. si cum nullâ gratia & laude dede
infamia vestra sit, qui trahitis & incitati
fama etiam istas admittat, sat scio, &
nent. De præmio tamen quod addis, si si
gam, etsi non alij ego despero, nec ali
peto aut requiro, quàm à magnis doct
hoc est, tui similibus tolli mea & amar
ros meos tibi probari, & quæ dant jam
cem, valdè pro hac mente. non item illi
sæcransiū eò non venire. sperabam jam
tescere illi Heroi & mihi devincire; nar
dam in rebus meis non trahunt jam a
sed mittunt ab hoc festo statim venturu

differo cætera ad illum sermonem. Malmogiæ XI. Kal. Jun.

Epist. LIII.

Locum Regium.

Jo. SEVERINIO FIONO.

LIbentèr litteras video à vobis talibus, hoc est magnis, altis, & inter lætiora habeo, quæ in hac vitâ, sic affari, jungi etiam absentes. ab ignotis hoc gratum & qui nunquam nos vidimus. à te quomodò non sit? qui in thoro habuisti, imò in corde tàm caram mihi partem, matrem. & quamvis illa abiit & nos reliquit, non minus te amabo & colam quã eùm illa in hac vitâ fuit. novit qui omnia hæc inspicit etiam corda & perscrutatur. Pro donatione â me factâ quod gratias agas nihil opus. Majora â me speres si res & fortuna mea erit, ob matrem in eo senio sic placidè habitam, sic amantèr. Quod laudem habeat in juvene certè ad magnam ætatem non inclinãte. Magnum hoc mihi, carum, æternum sit, nec deponam eam memoriam nisi cum hac vitâ. De novis nuptiis, cum animi motu, legi. In voto sit videre, in voto amplecti, quæ in eum locum succedat & domum. Erit hoc spero quam primum valetudo paulò melior atque se reponat; nam adhuc

huc languens ea, mi Severini, & tristis.
& tuæ à me amplexum. Malmogiæ C
XVIII.

EPIST. LIV.

Asse

NICOLAO OLAO.

ASpirat ad amicitiam tuam quem
da veniam, si aditum litteris istis
Iter ei est per illam viam, vult te videre
carum. placidum, quietum, litteratu
ætate sanè) reperies & me æternum q
voles & optes. Alia de me vis? jaceo
mo jam dejectior, quàm de more. A
tamen vel nunc it, ut & vix divello ad
tem. nisi quod septimanæ jam aliquot
res & planè sine libris. Quis hæc feret i
quillum? Parcæ. ita vereor & antè no
ad te serò venient, mi Olae. Malmogi
Iↄ c. XVIII.

EPIST. LV.

In A

SIGVARDO GRUBBI

VIdi, legi, arbitratus sum quæ misist
tu hîc dicis, mi Siguarde, & defini
Albano Musas in monte loquutas
Non videtur. & pares habet ille orator.
mihi nunc tu in mente, qui alibi. *Nam*

niæ rapſodias quis curat. Hæc certè in ijs ſunt, quamvis candidè loquendum de illâ gentè, & ſentiendum. magnos viros illa habuit & habet, & pares ijs qui alibi aut ſuperiores, nec eſt jam terra ſupra iſtam ſub hoc Sole. hoc viris virtutibus & omni doctrinâ & cultu? Ad famam tamen & multi ibi eunt non recto pede, vilia multa dant, eduntq; & quæ melius fuerat abjici & premi. Certè Oratio hæc inter iſta venit, in Germaniâ habita & emiſſa, etſi non â Germano. Quæ odia ibi ſerit & lites? in nos, in Polonos, in Moſcos incurrit, & ubi temperare facile eſſet, & abſtinere. hanc terram quid ſic ſæpè, ſic toties petit, nunquam à nobis læſus aut laceſſitus? Gentem ſuam laudare non poterat & tollere niſi alios deprimeret & degravaret? Non volunt hoc illi ipſi de quibus ſcribit, aut probant. in magno loco habeo & laude, & altiores ſcio quàm ut hæc langvida, hæc jacentia, hæc. ſed taceo, ament. Ignoſcerem ſi à ſe iſta potuiſſet. non facio quia ab alijs deſcripſit, & compilavit; nam plura ferè in eo ſcripto plagia & furta quàm paginæ aut folia. Et vis ne oſtendam? Ab Lycoſtene aliovè ad verbum iſta (nam ipſos fontes qui credam adiiſſe) *ut vi-*

 tis

tis refugit braßicam; quercus a
oleâ, multò autem magis à nuce
(vitis enim cum omnia comple
lam baßicam declinat: quercus
bem olea depacta fuerit, emoritu
& juxta nucem juglandem i
Et putabas, N. N. posse hæc latere
videre præter te aut vidisse, & veni
illam silvam, non pulcrum tibi &
tacere illud nomen. dictum id in te
ut nec à Lipsio tàm multa haurire ip
minato nec adscripto. Nam ille ibi
bet. & quis non videret, si non cæ
ingenium tuum hæc esse & venam a
re manu? *Alij enim judicant, a*
unt, alij agunt, & qui miserrimi
habent. Sæpè una aliqua lis Meton
tenet. fit involucris legum, fit for
vocantium, & ista comperend
ad quæstum & lucellum eunt: per
gadas navigatur Colchos & ad aur
Ab aliis decorè inserimus hæc dicta
gemmas, ac ad laudem etiam addit
assumere. non fuerat opus sic omnia
re, & aliâ scripturâ tantùm, quod fi

dedisses à te non esse, si nomen addere aut grave, aut (quod non nego alibi esse) non decorum. Et alibi à te factum hac eadem oratione, cùm alium citas & adducis. An & alia etiam eò traho in hanc lucem? non soleo aut natura mea est, ruborem facere aut inferre, nec tibi à me fuisset nisi tu in nos variè injurius hîc & infensus. Sed tempero jam & parco, etiam ob magnam gentem quæ te dedit, quam quidem non velim læsam; nam plura sunt. mi N. N. plura quæ mutuasti malâ manu. multa quæ malè scripsisti sive dixisti & cum fraude. Hæc dicenda mihi nunc super oratione censui, mi Siguarde, quæ in nos tàm multa dicit tàm prava, & si natura mea esset ad contentiones aut rixas, jam occubuisset dudum hoc totum scriptum malo fato: sed ad pacem inclino, ad quietem, nec est pacatius ingenium hoc ævo. & ita hæc temperavi, nec volo aut mos meus est in ullos me vertere, nisi cum sedati animi & affectus in eos notis, & ut cicurem non exasperem, & allicere videar, non alienare. longior sum, te detineo. ignosce & Salve.

EPIST. LVI.

MARTINO PERSÆ

IRascor jam iis, mi Persæ, & ind
litteras nostras curant aut portāt.f
terveniunt & neglectus cùm sic pe
jam ad me sexies dedisti, ad quas
Deum testor, præter duas & diu ja
vidisse nullas. Primas autumno ja
alias hieme declinante & quis de
junctum tua ad Themidem manu
re sic voco; nec enim scriptum mel
rem vix scribetur. Sed istis tuis vi
sui, & hic vides; nam iterum tra
Ramelium ad Arumæum ut antè
isto in primis iis aliquid erat quod
& invitabat ad scribendum. De m
gueo, morbo & curis pœnè jam
& nescio an longè absum ab ultim
tâ, & quam mater etiam hoc ann
quod scis quàm non leve in animo
li ad dolorem. Jacent studia mea ab
& conatus. nisi quod de MAGN
NE DANICA aliquid dedi pe
ses & animo huic probam, nescio
futurum. scio quod non ijs, quib
non proba.tollo ibi diffusâ,sed ex a

laudatione. Alia statim ad se traxerunt ut calebat adhuc à recenti scriptione & pennâ, quando illi volunt edendum; nam ab meâ id nunc manu Epistolas etiam adhuc cogitamus & ad duas Centurias dare. Favor aliquorum hoc facit & judicia, quæ in primas illas nimis prona, à Belgicâ, à vestris, à Poloniâ cottidiè litteræ quæ instigant & huc vocant. De Alstedij in me animo tā fervido tàm excitato, quî non gaudeam viri magnæ & reconditæ doctrinæ, &c, quem nisi imprudentia spernat, inscita cavilletur. Alij etiam scribunt ab ijs partibus & indicium faciunt hujus affectus. tu gratias illi à me scribe, & animum ei firma propensum in illum & devergentem. Ramelijs à me salutem, cultum, amorem nuncia. Munthenio etiam, cui dic me paria semper facere nec demutare.

EPIST. LVII.

Asseroam.

NICOLAO OLAO.

POrtuæ fui hac septimanâ & inter magnos summosque è nostris, qui ibi nunc densi. fui cum voluptate, ut morbus hîc nunc finit, & voto. acceptum habuerunt, officia addixerunt & præstiterunt. nec sperabam adhuc in iis esse in Musas & hæc studia tàm amicos.

Temmæum conveni ſed occupatu
inter nos ſit)nõ pro opinione meâ
De pecuniâ miror, niſi ſpes ea f
tardet. Quæ addixit nec emit nec a
huc tùm habuit.tu ſcias quid in ipſ
dum. De itinere ad vos, vide qu
has vires, pro hoc parvo non fui &
in navi tranquilliora omnia & len
modò non excitatis. & nos molle
habuimus ac ex optato. In ipsâ viâ
becillior factus, magis in eo loco, n
mum jam reverſus. Liſabeta tamen
lior, vires & alacritatem habet, q
morbum, de me ſpero longum nor
finem ſuum tandem ire aut me fert
giæ. ∞ Ↄc. XVIII.

EPIST. LVIII.

HELIO PAULO

MUnus iterum ab ijs oris &
gratum; quia à te miſſum, qu
caram manum ivit. nec neſcio n
te inſtigante & ſuadente, ſed juvan
ente, hæc incepta, data, miſſa.
tam pro alio petimus: ita hîc fact

ciliator doni hujus es, *ille* dator. Sed gratias illi à me dicas aut scribas, nunc mihi non id otium aut valetudo, non ut benignitas ea requirat & altitudo. aliàs hoc erit. Tu vale cum tuâ & meâ carâ, annon adhuc crassa? animus hic mihi dicit, si est officium offero in sacro fonte. Malmogiæ. CIϽ IϽ c. XVIII.

EPIST. LIX.

Herbornam.

JOHAN-HENRICO ALSTEDIO.

PErferuntur multa ad me jam signa amoris tui & indicia, qui accedunt ab ijs partibus testantur, litteræ aliorum revelant, jam nuper Persæi, ante illum & jam diu Dalbyi, ut plures non tangam. Omnes dicunt de alto quodam in me affectu, & qualis parentum in filios solet aut fratres, te eum prodere ubique honesto de me judicio & censurâ. Durus sim & inscitus, si taceam longiùs aut prætercam, benivolentiam iterum non ad te mittam. & facto aliquo ac signo declarem. quod litteris istis nunc leviter facio, daturus brevi, quod plenum in te animum ostendat & amorem. Quomodò non erit? quomodo non toto ingenij rivo ad te diffundam, qui sic ultrò, sic largè, sic primus misisti huc affe-

affectum? Etsi hoc non dono, indica
mò hoc fateor; nam diu tu mihi inter
& Phænius ante multos annos ac in
quid ille? scripta tua dudum eò voca
& in te excitarunt quamvis tacentem.
illa semper mihi (etsi in Philosoph
tùm vidi) quod vinum sitienti & fa
Tenuerunt semper ac tenent & nisi in
à te eo (sed sensu tibi non ingrato) ac
to. Et de iis mihi certum victura, te
quàm diu litteræ hæ vivant, & iste m
nec scio facilè, quem ex ullâ gente jan
ponam. Sed alibi hæc legas. Interea
cœpisti persta, me ama & ubicunque
tuum cense. Atque utinam pro votis r
sem, tecum essem, & vultu, linguâ, f
stenderem quæ animus claudit & f
Quò certè uti pronus alacrisque est, &
nos doctosq; propendens, do me tibi
Vale. cum Poëtâ dicam:

χαιρέτω ἱερὸν φῦτον.

Malmogiæ. Prid. Kalend. Junij. CC
XVIII.

EPIST. LX.

Heidelb

JANO GRUTERO.

MIraberis cùm has litteras sumas, manum cernas, quòd ad te scribam, quòd ultrò, quòd ignotus, desiste. E grege vestro sum litteratorum, etsi inter novos adhuc & postremos, sed vel eo nomine saltèm admittendus. Ut grandes jam & adulti, pueros & vix dum fantes in amplexum sumimus & ad pectus: ita vos litterarum & famæ jam veteres surgentes jam primùm nos & adcrescentes debetis & ad alloquia admittere ac ad fatus. De Imperatore scribunt (in postremis istis fuit) omnes admisisse etiam palàm pauperes & spretos, & militibus minatum qui stipabant si pellerent, aut accessum non darent: ita mihi, sat scio, apud te erit, admittas licet tenerum adhuc famæ & recentem. Dedi ad te etiam hac spe ante annum, sed, ut mihi jam dicunt, qui portabant, non allatas. fatentur perijsse aliqua suâ culpâ sed non fraude. editas hîc vide ac excusas, cùm anteà non permissum. Nolim te tamen ex istis me metiri non firmatum adhuc tùm in isto genere & novum. Quamvis alij in ea benigni & infra Lipsium non habent. Quæ nunc scribo, talia fortassè erunt, & eò assurgant. prima hæc longè ab eo absunt. Sperabam posse alia nunc mittere; nam multa mihi cœpta, mi Grutere, multa adfecta & mor-

bus in quo ſum jam pœnè annum,r
tùm & retardat. Ad vos tamen ve
adſpiro, amorem ambio & repon
non negabis, in felici ponas. Nec
cujus amicitiam nunc optem ma
ropâ, dives jam ejus & abundans, ſec
gnis doctis, hoc eſt, tui ſimilibus.
gum ego nec amo, nec ab eo cupio,
quàm Divo quoquam aut Semone,

EPIST. LXI.

Po

ANDREÆ BREMEI

LÆtus libenſque tuas cœpi. legi
mi & in me inclinati indices, ſec
us non habeo? cur non in omnes ſe
ita otium tuum jam, ita ætas eſt, è ſti
è commodo diffundi eum & mitti a
tas, has varias, quæ in Epiſtolas incu
prudentiam hoc addit ad cultum,
ſi monitor aliquis amicus. & tu in
bis, nec ad vitia tacentem aut lapſi
hæc poſtrema curam non habuit, qu
pendas, etſi mihi proba. Ego alijq;
qui veteres talium ſumus & viri; nec
calamum veniunt, & ſe infundunt, n
qui in ſtudijs jam diurnamus. in vo
eſt, cum morâ ſcribi debent, cum lal

laudem habeant. Et tu illam adhibe, sed cum modo, istum non aversare. nec hic solum, in omni re ac conatu. Et in oculis habe, in animo hoc Poëtę:

Nave oportet agere, quod agas, non ductariè.

Hoc famam, hoc laudem dabit, mi Bremere, & ego te opto ad eam rectè aspirare, hoc est, virtute & constantiâ. Malmogiæ.

EPIST. LXII.

Octaviam.

HELIO PAULO.

QUod cessavi longius & nihil ad te à valetudine factum. ea mihi tristior est ac fuit à vestro jam discessu. Hunc volui jam meas portare (dicebat enim per eam viam se & urbem ire) ut scires te amicum adhuc hic habere fidum, & qui cogitatione semper ad te vertit etsi non valentem aut sanum, & habiturum quàm diu ille hanc vitam. quod longum fore nunc ne spera, si morbus hic non remittat & demigret. Tu me, si in re tuâ aut spe quidquam possum, adhuc utere, ante fatalem illum diem. nunquam lætus valensque magis juvi, quàm jam æger collapsusq; juvabo, si quidquam in meâ manu quod commodo tuo sit & honori. Malmegiæ, CIϽ IϽC. XVIII.

EPIST.

EPIST. LXIII.

JOANNI LAURENT

DUlce litteris sic jungi, cùm inc
licet & adfatu, etsi tu eum addix
diu ad nos adventum, quem jam sem
N.N. illud vidi, placuit, & alibi in la
nit. audacter, ut ingenium ejus est,
nec semper pravè judicat & definit.
ego erro in omni hac doctrinâ, aut il
tando alibi & corrigendo. Veni, u
sum tuum est, tandem ad nos. Sermo
dicia ad hæc alia mittamus, & ut mo
convictum comitate & succo temp
observationum talium & rerum. Na
ut scis, in hoc curru vehor, & Critic
quàndo miscebam. Sed miscebam, n
lui, & alia Musa abduxit, hoc est, sac
cœlum hoc tangit. Quis tamen no
ignorat per omnes Latinos Poëtas
& mentem diu jam perfudisse ijs
Etiam cum stomacho aliorum & irâ,
nolebant, ut retrahendus etiam fu
coërcendus. Notata mihi in eos mult
alijs nunquam visa. & observationu
jam possem dare. quod tu agnosce. N
quot Philyras mitto aut, ut vides, cha

pro gustu & experimento. Et largè extinguam illam famem, cùm tu ad nos, si desiderium tuum ad plura ibit & volet. Tu salve & cense. Malm. xv. Kalend. Majas.

EPIST. LXIV.

Giessem.

PAULO RAMELIO. V. N.

AD ignotum tu mittis, ad nunquam visum? &, quod magis, ad humilem, ad jacentem ipse in summo? Puteani verbis ***hæc humanitatis miracula sunt.*** nam stirpem video, & quæ circum eam sunt, splendorem, magnitudinem, opes? nulli in nobilitate supra vestram, ingenium tuum & infusas litteras? illud magnum ac ad talia factum, istæ non amandæ solùm sed admirandæ. Certè in illis annis, nec alius longiùs venit in ista juventute hoc ævo. fratrem addo, non præpono, Castorem ad hunc Pollucem. Ita pergite, in patris famam & vestigia ite, hoc est, in Semones mutate; nam supra hos homines ille se efferebat doctrinâ & virtute, & vos ad eum venietis, imò supra eum. etsi, ut pietas in defunctum est, ægrè hoc audietis. Sed audite, audete, & duc, tu Persæe, imò perduc ad metam, quam cœpistis cum amore omnium & admiratione ire. Voveo, & hæc ad te claudo; nam

gratei

--- *grates persolvere dig*
Non opis est nostræ;

ut indoles tua, ut altitudo & hæc rebantur. quod ipsum tamē inte non omitto, & gratum ac mem alia ætas videbunt, si mihi aliqu tur hanc lucem; nam in hoc mō longæva non mitto aut mentem.

EPIST. LXV.

MARTINO PERS

COmpensabo jam, si silenti fuit (nam tu accusas) nimis d adhuc dies, cum eò misi & redeo mum ac scriptionem. Solennitas aut est his septimanis, in advent è Germaniâ vestrâ. Excepti hîc il re, eo luxu, qualem ego aut alij n non in eo genere, etsi omnia vidimus, & quidquid Pompa au amat. hæc res Portuam allicuit, & ibi sum, dum cum Hamiltono SERVIS venit & unà ad me; n bam anteà & ex litteris vidi sic sc non fuisse, etsi ad me venerunt. S gratum?

Si linguas decem
Habeam, vix habeam rem satis qui delicem.
tu Pitho, tu Themis hîc habetis, qui agmen vestrum ducat. nec Cujatius rem egit supra istum, aut quisquam major; sed tu vive, hæc talia sæpè mitte. Poëmatia tua quando in lucem? ad judicia hæc obliqua multorum & censuras te contrahis. Ponenda hæc teneritudo aut iter hoc famæ non ingrediendum. Ut Sol novus adhuc, & primo die longas umbras jacit, in altum provectus exiguas & vix dicendas: ita tibi erit, sub initia nubem aliquam aut umbram à livore exspecta. Paulùm progressus dissipabis & spargas. Vide priscos, fateberis, qui nuper scripserunt Idem. nam sub finem aut certè post eum, hoc est, mortem mitiora omnia ingenijs contigerunt & favoris plaususq; plena. De me morbus necdũ plenè abijt & bonâ fide, & nescio quid adhuc metuo de decessu. metuo? revoco id dicti, suspicor volebam scribere. nec certè in timore sum eorum, quæ certò semel subeunda. Non trahat ad se mitis ille parens, cũ id erit, ducet vel præcurrentẽ. Nã alij ut volũt, mundum hunc novi, & hærere in eo longum non ego opto. Tu fac, qui damnũ des ablatus. Finchiũ, Mesnerũ, Bacmannũ à me salutavi, ros magnos & ævi hujus lumina. Nã Heluicũ scimq & dolemus ad verè salvos abiisse, nõ rediturum.

EPIST. LXVI.

TIMOTHEO SCHWI

INter inſcitos jam ſim, mi Schwi
humanos. certè à te merui mala
tam, in hoſpitium & ad me veniſt
tunc in morbo & perturbatione q
illo ſtata tùm & ſolennis, non per
viavimus tandem, ſalutavimus,
caſus ſubitum abduxit & feſtinant
verba datum miſcere. inſcitia mea
non potui ſuſpicari. Perſæus jam
laudavit, litteræ idem affirmarun
oſtenderunt magnum & ſupra hu
eſſe, ut dolori ſit longiùs non conv
mones & alloquia contuliſſe. Nam
nus tandem te mihi nominavit, &
in ſtuporem miſit, in dolorem, q
ſubſtiti, quod non amplexus ſum
non dedi affatui & pectori in me
Sed jam antè dixi quod me traxit i
tu agnoſce, & quòd de te ſpero, ig
veniam ad te & viſam, quàm pri
ſio ſe dabit, & ut velis ut optes tra
ac donem. Intereà munus à me hal
ſtræ currunt, Muſæum, ſed affectu
plenum. tu jam ſalve, & animum
diu ſerva. Pridie Kal. Jal. Jun. ∞

EPIST. LXVII.

Portuam.

JOANNI LAURENTIO.

NUllas tuas litteras amavi (eo verbo utendum est)ut has postremas. etsi non omnia quæ in ijs. Nam quod ad criticos me vis redire, audio non ausculto. Non sunt ista mea tanti ut in vulgum edam, me ad hæc talia iterum dem, è re esse hoc scio & jam diu sentio Scriptores illos priscos perfundi novâ luce. Sed ego me hîc subduco. & cur non? omnes ferè jam habemus doctè & peritè censos, & per alios jam valent, nec potè jam à me lumen immitti post tàm magnos. addo quòd rari nunc precium ponunt his scriptis, & elevant ac carpunt. Si Scaliger, si Lipsius satisfacere hîc non potuit & placere, de me qui sperem qui tyro ad hos Heroes. Ferent alij omnem hanc laurum me non invidente aut ambiente. Quia tibi tamen hæc Philologa ita probo. admetior nunc plena manu; plura enim cur non mittam cum prima tàm feliciter cesserunt & te cæperunt. Hæc majoris industriæ adhuc & curæ. lege, dices me hîc multos & depositos aliis locos non invitâ Minervâ reddidisse. Quid tamen est? nimis crebrò criticum hoc stadium nunc currunt, & libido ferè jam

corrumpere omnia & mutare.
ab editione ac deterret. & sati
amabili hoc otio oblectasse, m
vana eam dedisse & prava. q
nent nimis crebrò. De alijs quæ
non licet, brevi dabo effectum.

EPIST. LXVIII

BARTOLOMÆO HA

IN lucem iterum veni & vulgu
ni, sed scripto non magno. tu
ge. Non lubet hæc tollere nec
tamen quædam inter ea sunt, q
bere nunc & post me possint. S
stris plerumque sumus aut, ut
nec precium id nostra habent q
cimus. judicium tuum volo
Tu amorem exue, aut si non
dum eam dabis. nec enim felici
obimus, si amor se misceat, qui
non proba aut excusat. Reliqu
bam, & schedulâ inclusâ vide,
occasio permittant à te curand

EPIST. LXIX

Jo. PAULO RES

IRam in me ſumſiſti, mi Reſeni, & offenſam? ferè merui,(etſi tu huc non vertas, niſi cujus radix ſit ab amore,) quòd ſic abij, quòd gratias ſaltèm non egi, pro animo in me iſto & curâ quod nihil ab illo noſtro retuli, &, ut addixi, renarravi. Hæc peccavi, mi Reſeni, ſed caſu, non conſilio aut propoſito illo lædendi & intentione. Morbus ſequentem totũ diem habuit & in lecto. C. Bartolinus teſtis & conſcius qui aſſedit,Princeps ille non Medicorum ſed ferè doctorũ, & te non invito hoc dicam aut invidente. Sed litteræ etiam eo die à meis, quæ nunciabant unũ è Collegis in morbum veniſſe ſubitum,durum (extremus ei fuit & nunc abiit in paucis his diebus nec reditum differri jam poſſe & adventum. ſcis quàm hoc durum vinculũ quod ligat nos hîc & obſtringit, nec in brevi morâ dimittit & excuſat. Tu quæſo fac & qui es qui fuiſti in me mane. Sed de Cancellario, ille in me pronus, animum operamq; addicit & omnia facturum ſi unquã oportunitas ad ea ſit quæ pro mente mea & voto. Tu omnia pro tuo & ſemper habeas. Malm. poſtrid.Non. Jun. CIↃ IↃC XVIII.

EPIST. LXX.

Portuam.

CHRISTIANO LONGOMONTANO.

SIcut mulſum ſuavitatem & gra
in ore relinquit cùm bibimus,
pellendum : Ita mihi fit, & co
ſtrum,benivolentiam,comitatem
mo adhuc non fuit delere. Hæ
oculis ac menti inerrant ij ſermo
Nec lætiores â Caligulæ mensâ
eam admiſſi, cùm aurum & gem
habuerunt, quàm ego à veſtrâ. N
luxus invenit modum. Certè
num jam vetus & ſciens ad nullo
ſic remiſi ut ad vos in me tâm be
vivere tantùm ſed mori apud vo
eâ urbe. etſi non licet hoc, non l
ut ſuſpicionem ponas de conte
glectu, (ſi tamen ſumſiſti) quòd
promiſſio fuit, non ſalutavi ant
Lectus ſequentem totum diem t
linus tibi dicet, qui aſſedit. Anim
aliquot adhuc tum dies urbi veſt
alios viſere ſæpiùs & videre. Su
morbus eripuit hanc voluntaten
onem iſtam alterum requirere ſ
ſtulare,nec vel brevem abſentia
miſſionem. Hoc non traheba
pellebat. Nam mei ſcripſerunt &
Reſenio etiam de reditu addixer

non præstiti & excusationem nunc mitto, ad Hamiltonum etiam, ad alios quibus spem etiam dederam & promissum. Vos hæc sic scite & à culpâ absolvite. hoc etiam scite Mœoni morbum non fuisse longum, & abijsse paucis post diebus uxore & quinque liberis parvis relictis. durum, sed quod nulli mutent, nec vos unquam in me animum aut amorem. Malmogiæ.

EPIST. LXXI.

Portuam.

HEINRICO HAMILTONO.

SPem dedi, mi Hamiltone, reditus & promissum, dolet pudetque non exsolvisse. Scis aspectu alloquioq; tuo tangi me & teneri: in quo isto, & gratum semper aliquid & lætum, & altum etiam ac sapientiæ propinquum, atque utinam vos tales semper habere fas & videre, esset hoc è gaudio meo, è felicitate. Tu habe eam, & vitam inter altas amicasq; & virtuti sapientiæque datas animas decurre. Miserantes etiam oculos ad me indentidem flecte, cui hoc malæ sortis est non habere ad has litteras conspirantem aut consortem, & solum pergere hunc cursum, ac, quod sequitur, tardiùs ad famam & sperata ire. Gratum esset doctis magnisq; convivere & misceri, hoc est,

tui similibus, animis nostris augendis sic & attollendis. Sed depono has cogitationes: fato me attempero, cui video decretum manere me in statione hac & umbris. Nec refragor valdè aut resisto, si non famam nec invidiam reportem. Nec video quòd invitet nunc multum ad Musæas illas opes & trahat, alieno à Musis ævo. Contemnunt has litteras, rident & si bené cedet, non oderunt; nam ut amare eos dicam, si paucos excipio, non adducor. Alij quod velint, me nunc multa ducunt ad contemptionem mundi,& quæ in eo cara aliis aut magna: etiam studiorum, nisi quantum alant hanc mentem & pascant. nam ita nunquam omittam & nec dies tantum, sed noctes iis donem, tibi, mi Hamiltone, me & omnia mea. Malmogiæ. XV. Kalend. Quint, CIↃ. IↃC. XVIII.

De Magn. Romanâ hic habes, tardatum diu & retentum, habe etiam amorem mei, qui mutuum facio, æternum.

EPIST. LXXII.

in Arcem,

SIGVARDO GRUBBIO.

SUpra omnes donationes ista erit; quæ à talibus & in tales manent in his terris aut manarunt. Quid hoc est non liberalitatis sed profusi-

fusionis ? Librũ ad te tuli nec serium nec magnum. Remissiones nostræ sunt, & otium meum amicis tantum dono sic & impendo. Sed eas misi, tu Amphoram remittis magnam, grandem, & cui vix sim allevando. Certè in hoc morbo & imbellicitate plenam vix attollo. Alieni ab hoc ævo isti mores, quo spretis aut neglectis, hoc est, veris æternisq; bonis, vana laudant omnes & sectantur. Ferrem, & eos ad divitias & peritura ista sic ire, nec doctrinas has tangere aut tractare, si in aliis ipsi ferrent sine contemptu & fastu. Nam ut honorem huc dent, &, quod tu, munera, non est sperare, nón erit. Sed omitto hæc non necessaria, gratias tibi habeo & dico, ac quod unum mihi datum, animum defero in solutum, qui si, quod vult, posset, dona hæc tua citò æquet. Sed tu gratias nunc sume, quas tamen præsens magis est ut referam & deponam. Tu perge eâ viâ, Musas amare & earum mystas, nec enim aliter magis impetremus, ut

Præsens laudabit veniens mirabitur ætas.

Tibi sit, mi Siguarde, & fiet. E Musæo meo.

EPIST. LXXIII.

Portuam.

JOANNI LAURENTIO.

PRovocare huc me tu alijque poteſtis non pertrahere, de aliis neſcio, in iſtis frigus jam adhæret, &, mihi crede, res eſt laboris majoris, quàm famæ, & in quâ quis ægrè effugiet morſum; nam ut rectam viam teneat ſemper non facile aut pronum, nec ulla cautio lapſum hîc vitet. Non Lipſius, non Scaliger directè ubiq; iverunt & cautè. etſi alij hoc magis, quàm ego, dicunt: nam Manes iſti æternùm mihi ſancti, nec alij magis placiti huic animo & magni. Sed breviter, mi Laurenti, non eſt id ſtudium pro hac terrâ, non pro iis apud quos vitam hanc traham, contemnunt ut inutile, abjiciunt ut leve. & ſperno non iſtá tantùm ſed omnem jam ſcriptionem, ſi judicia hæc, ut cœperunt, currant. edam iſta in hoc genere mihi jam affecta? neſcio an pro reliquâ famâ ſit; nec enim uſquequaque à mendis tibi illa ipſa preſtem. lubricum conjecturis iſtis inſiſtere & rectum hîc videre aut invenire fortunæ ſæpè magis eſt quàm doctrinæ. & quamvis verum ubique ſenſi & ſcripſi (nam liberè dicam mihi videor) incurrant olim alij & inquietent. Nam ita eſt in hoc genere & ævo, quo ad Criticam nimis densè imus & uſurpamus. nec eminere nobis hic pulcrum niſi alios dejiciamus & priores cenſores, hoc

cum

cum iracundiâ & morſu. Nam aliter non culpo aut carpo, & ſi melius aliquid cernimus aut cenſemus, cur in publicum non juvemus? nam cum modeſtiâ hoc etiam poteſt & laude eorum quos imus correctum. Sed de meis iſtis ego fructum ſat magnum ſic cœpi, cùm tibi probavi & viro illi magno cui voluiſti oſtenſa. tu ultrà ne urge aut ora. Iſta tamen remitte cum viſum aut quod malim ipſe fer. Servata inter ſcedas meas volo, etſi non vulgata. Vale & Salutem à me dic Viro illi magno, qui ad hæc mea animo & judicio ſic fertur, & tecum ſic ſive cenſet ſive errat.

EPIST. LXXIV.

Aſſeroam.

NICOLAO OLAO. S. D.

PRave & per errorem hoc Nauta Hafnienſis, quod apud meos fui, quod Roſæfonti. De Portuâ hoc fateor, & perſcripſi id ad te ipſe. pedem ab illâ urbe non poſui, ut nec adhuc ſim ferendæ concuſſioni per illos currus. Tu ad iram hæc trahis quòd ad illos poſſum, ad alios, ad vos venire nec animus ſit nec voluntas. Muſas teſtor ad nullum unquam hanc mentem magis duxiſſe & deſiderium. Et non velim ad generum, ad parentem, &, quod magis trahit, ad talem, hoc eſt, ſupra omnes

parentes pronum & liberalem? Scio, non habent hoc omnes ab ijs, à quibus vitam habent, quod nos à te. Largitas illa, benivolentia, amor, non magnus in nos sed admirandus, & de me fateor non vidi, non audivi ad alios ullos hæc sic data, nisi ad ipsum me. Et non velim visere ad vos & redire sic effusos in nos, sic cupientes, si valetudo hæc esset & vires? Nam improvidè me aliquid facere & inconsultò, neque tu hoc velis, & viam ingredi, quam non finiam, nisi deterior, aut in quâ vitam hanc finiam. Nam dum peregrinatiunculis hîc experior, video me non esse ad mediam eam viam, & vires hic morbus sic plerumque sumit. si tamen hic mensis aliquid juvabit, videbo quid in Quintilem possim, cùm adeò vos desideratis & vultis.

EPIST. LXXV.

Malmogia.

GERARDO MOENENSI.

IN cœnâ nunc eram, mi Gerarde, tuas tradunt, inspicio, in animo isto lætor & me tollo, ita suaves illæ & jucundæ. Manum à cultro ad calamum fero, nec lubet aut me decet suspendere vel paulùm & cessare. Ut tibi dicam, nec sic me dimovisti, & videntur hæc aliquid turbare, sed videntur. Quæ lubet respondere

& quæ

& quæ opus, hîc ſubjungo• lege cras ſermones, ad ea longiùs mittamus; nec enim plenè diducam & per ſumma tantum eam. noto tibi labore fractus jam & defeſſus.

EPIST. LXXVI.

ERASMO BRUTENTIO.

IN ingenium meum, in mores, in vitam iſtud non cadet celare me vel aſpernari. & dem in vilem aliquem factum, in tales nunquam erit ut committam. Non eſt largior manus in Scaniâ noſtrâ & quæ ſæpiùs ac ad plures donat ſe & demittit. Si non eſſet, traherent hæ tuæ & excitarent ac novos motus darent in ipſos frigidos duroſque & inſpirarent. In me faciunt & allubeſco ad elegantiam hanc & ſuavitatem: Nec multos tales ille tractus dabit. etſi tu non ab eo, quamvis in eo es. Atque utinam plures habeat, tales litteras ad me donet ſemper reſponſurum. cum exceptione, ſi valetudo ſic ſit; nam ea mihi triſtis hoc anno, & neſcio an mittat nunc ad beatos, valdè minatur. Quàm diu tamen hîc ero, pronus in vos tales ero, etiam ad Epiſtolas & reſponſa. Et ut excuſem & liberem tandem me ſive de ſuſpicione, ſive culpâ. Scito me nullas tuas habuiſſe, niſi unas & non longas, quas Viennâ dederas & Muſas teſtor reſpondiſſe ac per eam viam & virum,

virum, quem ſcripſiſti. An ad te nollem, ſic nobilem ſic notum antea & amatum? Nec enim excidit Pragæ nos ſic convixiſſe, ſic nos noviſſe, etſi Mars & à Paſſavio ille nimbus abjunxit ſubitò, diſtraxit, animis ſic iterum uniẽdos & litteris ſæpè, ſi alloquijs non licebit. Quæ ad tuas anteà reſpondi, hîc habes, ut vel ſic videas non fefelliſſe. carmen etiàm quod volebas, ſi tamen antè non allatum, Malmogiæ. ∞ Iↄ. c. XVIII.

EPIST. LXXVII.

ERASMO BRUTENTIO.

AD mentem hanc fuit, ad votum poſt intervallum reguſtare tuum amorem. Nam illùm certè hæ poſtremæ monſtrarunt, & vivere adhuc in te veterem affectum ac ſupereſſe, qui etiam in me certè non minuit aut decrevit. & ſcito in animo hoc ſemper te geſtatum, etſi ſcriptionem meæ aut tuæ occupationes retardarunt, imò & intercapedo quæ ſejungit, nec mittere inter nos ſæpè licet vel audire. Hoc ſoletur, mi Brutenti, quod ſilentium amicitiam tegit, non tollit, ſubducit non extinguit. & noſtram nulla dies debet aut annus in virtute & doctrinâ ſic fultam & cœptam. Ego certè præſentem non magis amavi, quàm nunc

nunc remotum amabo & officia præstem quæ in manu meâ & potestate erunt. Carmen mitto, quale optas, commodum in eam rem spero & aptum. nam de poëmatijs, quæ velles, eò mitti, longam illam viam non videntur posse. differam dum tu nobis (ita videris affirmare) vicinior. Nunc vale, & in affectu eo non persta sed perenna.

EPIST. LXXVIII.

Malmogiam.

REGELO REGELO.

NIhil trepide ad me tuas submittas aut cum metu. litteras amo quæ tales, hoc est, doctrinam præferentes aut cupidinem ad eam & inclinationem. istæ faciunt & desiderium grande habent ad Musas, si non ipsas, etiam mei amorem quem tu parciùs deprome & exsere, in animo isto serva & defige. Ab alio fortasse audire has laudes possem, à te non debeo aut decet, qui meus. De versibus omnes placent, sed primus ille imprimè. Sartorio tradam ut excudat. Tu sic ito, ad magna & honesta aspira & jam ac magis olim in laude verâ & claritate esse. & quàm diu es sine alijs curis, vaca huic curæ. non vidit, nō videat hostes omnis ea ars nisi imperitos. Redeo intra paucos hos dies, tu tamen vel excercendi tui adhuc mitte. Portuæ, CIↃ .IↃ CXVIII.

EPIST.

EPIST. LXXIX.

Portuam.

ANDREÆ BREMERO.

SIne fuco & fallacis more majorum (ut magni illius verbis hoc edicam) semel hoc scito, quidquid à te venit carum est, acceptum est, & nunc istæ litteræ tuæ purissimi amoris in me testes. debetur mihi à te, liberè dicam, & lætor exsolvi. De P. Andreâ lætum quod adscribis, amo acri & puro corde illum virum, & valetudo si alia sit, (spero brevi) ita mihi sint quæ volo, ut ipse me aut ego illũ videbo. In stilo hoc laudo demutasse, & ad eos te formare, ad quos admonitio mea misit & jussum. tu sic sequere, spondeo, assequare. Sed industriâ opus & intentione, & spero adhibeas, nisi â te abijsti, postquam à nobis abiisti. Nolim esse ex isto ingeniorum vulgo & qui subsellia olim; sed ipsam sellam curulem eas insessum. Erit hoc, si tu sic eris, nec (cum Lipsio hoc dicam) *opinio ulla te inflet, pestis omnis profectus*, à quâ dehortor valdè & retraho, ac has ad te claudo. Malmogiæ.

EPIST. LXXX.

Rostochium.

JOACHIMO MORSIO.

Aspe-

ASpectus tuus nuper carus optatusque mihi fuit, & videre juvit ad magna & alta (sic auguro non tantùm opto) natum. cur litteras jam habere non sit jucundum? Adfirmo tibi, recrearunt & doloris dissiparunt magnam nubem. Nam in eo vetus jam sum, ob hunc morbum tàm longum, & qui videtur ad finem non velle ire, nisi me ferat & vitæ huic eam imponat. frustrà resistam & me opponam!

Cuncta hæc superum demissa supremæ
Mente fluunt.

Nec deceat abjici animo & pro vulgi more & sensu esse, magis fato me subjicere & aptare; manere, abire ut illi visũ. Sed abite tristia. Carmen id hîc adjungo, utinam pro tuo precio, pro meâ in te mente. Supra Marones essem & Catullos, si hoc esset. Vires jam abeunt, nec ad magna me tollo, non pro veteri modo & more laboribus fractus & morbo. Lubino salus à me litteris dicenda humanitatis quadã lege fuit, sed non sufficio in hoc morbo istis officijs, nec sum jam magis ad has crebras scriptiones vix ad statas & sollennes meas curas, & quæ muneri huic adhærent, tu excusa apud eum, & saluta.

EPIST.

EPIST. LXXXI.

NICOLAO OLAO.

PLacere ista & pro salivâ esse mihi lætum, utinam alij, utinam multi eo loco habeant, eo modo; nam quid quærimus aliud aut sectamur tot curis, quàm applausum hunc & favorem? Et quamvis hunc finem non habemus, in partem tamen venit & concurrit. Sed ut de me fatear, depone fere scribendi edendique mentem. Nam reverà ut nunc mores, beata in quiete vita, imò otio. certè pauci qui, non dicam, mercedem, sed favorem studijs nostris donent, & cum juvare maxime has litteras opera animusq; fuit, calumnias referimus, sæpè odia. Queri in judiciis ego non possum & censuris, benivolentiæ aurâ ea adhuc plena; quantum mihi noscere hactenus fuit & audire. Perpetuum hoc non spondeo & mihi addico, scio fore adversos jam olim ventos. Atque cum Lipsium video, cum Scaligerum, cum alios pares vel superiores (etsi isti pauci, ferè dicam nulli) in quos toties & tàm sæpè incurrerunt quî me liberum sperem & exemptum, tàm longe positum infra istos & remotum? Sed ad alia. Temmæum quæsivi frustrà, jam profectum, Uxor ad quæsita mea nihil

nihil scivit aut potuit ipsa ignara. dixit ad vos abijsse, ibi jam esse, credere se eum attulisse. sed credere, non posse affirmare, non audere. Ego jam hæreo, bis emere damnum sit, & sine dilatione reddi vis (ita scribis) ac morâ. Videbo, & si occasio non aliàs sit, mecum feram. Tu jam salve citò, si vivo, vidende.

EPIST. LXXXII.

Portuam.

HEINRICO HAMILTONO.

AD hortos, mi Hamiltone, nescio quid arcani affectus trahit non deponendi, à puero huc ivi & curam cultumq; libenter huc dono. Flores & amœna hæc vitam mihi si non servant, vegetant sanè & demulcent, & libris ac intentione fessus semper huc eo, mentem hanc oblectatum & refectum, & suavitèr hoc secessu adspectuq; pasco, corpore & animo sic melior aut major. Quàm lætæ mihi & latæ tùm cogitationes sunt! quàm curis his & vanis non ligatæ! erro itaque & me dimitto ad alta, ad ima, ad nota ignotaq;, nostrum hoc aliudq; ævum. Non juvet & deceat me? qui supra vulgum scire aliquid & sapere opto, & Naturæ hæc admiranda (in hac parte valdè insunt) noscere sic & perscrutari? Sed ut veniam ad ea, quæ has litteras extorserunt,

hyems, quæ fuit, hortum mihi pressit, quem hic colo, ornamentum omne & florem abstulit aut interfecit, quod non lætum pro longo atque adnato huic menti desiderio & sensu. Vos ibi habetis quidquid Flora aut elegantia amat, quidquid pulcrum aut rarum in hoc aut alio orbe. Ab ijs quæ pluscula erunt aliquid imperti, mi Hamiltone, & subleva. Musæ meæ tibi debebunt, si hic juvas, & diu vivas, ac pro votis si hortus meus iterùm per te vivat.

EPIST. LXXXIII.

Portuam.

CASPARO BARTOLINO.

HOrtum hic colo, sed non ad Alcinoi illum & Adonis, ne magnum aliquid animo obvertas & præsumas. & ita amo, ita soleo, ita edoctus sum flores & hæc amœna in delicijs habere, in curis, nec deserit in duro morbo hæc voluptas; magis hac occupatiunculâ mitigo eum & fallo. Nec credo carpant alij aut culpent, qui desidiæ hoc non dono, sed recreationi. Video Reges Principesq; fuisse in hoc cultu, video doctos indoctosq;, & hoc otium tribuisse honestæ voluptati. Ego inclino huc semper & eo, nec alibi magis cum delo-

delectatione adquiesco, sed cladem hac hyeme accepi magnam, grandem, & quidquid mihi pulcrum aut rarum, ea enecavit. Surrogo jam in locum & impleo, & tu in suppetias ecquid venis, mi Bartoline? locupletem te scio instar vel Pheacum regis. Aliquid mitte & juva, vidi pluscula tibi esse, è peregrinis istis ac ignotis, si sine damno potes, imperti. Flora mea tibi debebit, & diu valeas, ac tui si hortus per te valeat. Scriverius abijt à nobis, & dolere fortè possumus, qui amici, vix debemus. Non diu nimis hîc fui, tamen largitèr sensi, quidquid amœni est in rebus humanis. & istud exsuperat, in morte requies & à malis immunitas. felices qui se applicant & affectant in felicem illum portum.

EPIST. LXXXIV.

Gemsaam,

OLAO SAMIO.

Audivi libens de reditu tuo & intellegi, libenter audiam (Deus brevi dabit) ipsum te, imò amplectar ad nos etiam, scio venturum. Sit hoc gaudium mihi, sit meis (in te cur non habeamus, qui tàm arctè & stirpe hue tangis) ut videamus diu jam absentem & inrer omnia pœnè mœsta hoc lætum se infundat. Nam tristis mihi ille annus fuit, mi Sami,

à meo uxorisq; morbo, in quo totum eùm sumus. Et Parca mea jam fortaßè vocat & vult abjungi? cum Deus volet, ducat me non trahat vel percurrentē. cur non volens à terrâ abeā & quid in eâ detineat valdè, in quâ quæ non vellemus primas tenent virtutibus ferè ejectis aut spectantibus lapsum. Vitia, fastus, despectus litterarum & contemptus in morem jam, & pœnè scribam, laudem verterunt. videre illa diu quid invitet ad alia & recta euntem? Quandocunque sit, ego mortem sine motu, sine metu exspectem. Uxori tamen nunc melius nisi quòd in trepidâ adhuc spe

Magnaq; post lacrimas etiam nunc gaudia pallent.

abiit sæpè is languor redijtque & menses etiam liberam & velut nunc firmam iterum dejecit. mutavit etiam & in alios dies se reposuit; nam mecum nihil variat aut mutat velut serò aut non demissurus. Ego te nunquam ex hac mente. Vale, & nos, cum licet, invise. Abituriebat enim & finem poscebat, cui has trado, & prolixior essem, nisi hoc esset.

EPIST. LXXXV.

Francofurtum.

CHRISTOPHORO HANSENIO.

PRomptus non sum in languore hoc & morbo

bo ad ſcribendum: tamen me facit affectus quem immittis in me tàm clarè & oſtendis. Non potuiſti donum melius jam mittere, & hæc contra Mortem conſolatio oportuna jam & mihi aptanda. Ad metam enim jam tendo, & fortè pertingo diutinam Valetudinem paſſus. Nec doleo valdè aut reſiſto, quis bonus deſideret malo hoc ævo hîc hærere, aut ſuis hoc optet? & qui ad meliora illa nolit à triſtibus his abjungi & adverſis, quid non dicam devoti hominis, ſed hominis habet, ſi in adultis eſt, & qui mundum hunc jam norunt. nam in adoleſcentiâ ſcio aliter eſſe & triſte illi divelli. In Ethnicis ſæpè hanc vitam pertæſi mittere magis erat ut vellent, quàm tenere aut retardare. Nos Chriſtiani cur avidi ejus valdè ſimus & cupientes?

Omnes una manet nox,
Et calcanda ſemel via letbi.

Quid refert valdè aut turbet ſi paucos dies, menſes, annos citiùs aut ſeriùs? ſed omitto non læta. Bertilus tuus adhuc eſt qui fuit, hoc eſt, litterarum, modeſtiæ, mei amans & ſpero ſic diurnet. illum etiam variè hi morbi tenuerunt aut attentarunt. Sed ille nunc iterum validus & plenè firmus. & ad ea ſic abit quò deſtinaſti. De magno Bartolino audi-

veris inter Vicarios Lundenses assumptum, non abientem, vix cogitantem. Rex à nullo monitus beneficium hoc dedit aut rogatus. De me etiam jam seriò cogitant inprimis, si supervivo, attollendo. Sed lectus jam vocat, tu in tam tristem nunquam. Salve. Malmogiæ, Postr. Non. Junij. CIƆ.IↃc.XVIII.

EPIST. LXXXVI.

Sigenam,

ERASMO PHOENIO.

JAm diu in animo isto te amo, & litteris tuis quî possem hoc non deferre? tantùm crebriores illas mitteres ad lubentem semper & volentem. Valere ibi te, uxorem, adfinem mihi gratum & ad votum. à nobis hoc abest, mi Phœni, & annum hunc agimus non lætum. Nec scio an longè absim à nigrâ illâ deâ, & imminet huic capiti. In supero illo concilio decretum, quid mihi & quando fiât.

Finis mortalibus instat
Nec devitari lethum pote.

Quid doleam? quid quòd juvenis abeam, & in flore adhuc ævi? nihil refert seriùs citiusq; bibendum hoc poculum, quandò certò semel bibendum. Vides ne in arboribus ut fructus alij vix nati cadunt, alij adhuc immaturi, omnes denique hyeme attingente, si tamen in

In eam manent: Sic in nobis alij in primâ & vix infusâ vitâ, alij in mediâ & meliore abeamus, pauci ætatis illam brumam, hoc est, senium, exspectant, & donec

Lenit albescens animos capillus.

Quod ergo omnibus quod ubique contigit & continget, cur ut proprium incommodum aut cladem habeamus. Sed tristia hæc diu tenent, omitto. De rebus meis quærebas, eæ fluunt, ut cœperunt, modicæ, mihi tamen satis amplæ, qui ad magna votum non mitto. studia tamen non calent, & deposui seria illa & severa hoc anno. Epistolas iterum videmur daturi, si typographum habeam quem velim. Offerunt se alibi & has poscunt; sed non accepturi, & certum est premere potius aut differe quàm ad imperitos illos permittere. Nam primæ illæ Centuriæ quàm excusæ non diligente manu. vidisti & scio mecum doluisti. Sed secunda editio omne id diluat & emendabit. Utinam Deus hanc valetudinem, te in bonâ semper servet! Malmogiæ. CIↃ Iↄ c. XVIII.

EPIST. LXXXVII.

JACOBO CHRISTIANO.

PEctus mihi tetigit ea scriptio, & in id te

immisit ac illatebravit. nec est quod pararium alium optes meo amori. dicatus est tui similibus, atque utinam plures, mi Jacobe, sic mereantur. vulgo te exemptum hoc scivi, tàm sublimem tamen, ad hæc alta, virtutem dico doctrinasque, sic euntem non potui sperare. Numen dedisset ut sede & habitatione propiores fuissemus, conversationem crebram hoc dedisset & voluptatem. Sed alitèr illi visum & tantùm disponit, quando & ubi hanc vitam ducamus & finiamus. feramus & animis jungamur semper ac cogitatione, verbis & vultu quàm sæpè licet & res ferat. Si tamen ferat. nam cùm me video, spes non valdè me habet, & ad finem videor ire non gradu sed cursu. In quartanâ jam annum sum & eâ durâ, acri, non deserit aut demittit, ut credam de abitu nunc cogitandum & migratione.

Nec calidæ citiùs decedant corpore febres,

quàm ego ab hac vitâ decedam. Nihil malum est. Tempora hæc non bona, & vix in spe correctionis, ut beatos meritò dicemus, qui educti. Vitæ hoc mare ut sic scribam, nunc intrem si maneam. juventus & prima hæc ætas sisit adhuc circa ripas, nunc alia erunt &

varij

varij à dolore, à morbis, ab aliis venti ſive fluctus exſpectandi. Deo itaque me permitto, quidquid ille dabit æquo animo laturus, & te in illo ſine fraude.

EPIST. LXXXIX.

Calslundiam.

CHRISTIANO MARIAGRIO.

NOndum ut Centurias noſtras videris? Miſi certè, neſcio annon poſtremum meum ſcriptum. ita morbus hîc videtur perannare me ad perennia illa ferre. Amicos è magnis & Mecænates hic annus dedit longè deſideratos, & nunc eſſent tandem optata mihi diu

Otia, naſcenteſq; irent in ſecula libri.

Et fallor aut jam Parca manum injiciat nec ſinat diu in his curis & chartis eſſe, aut multas illas dare. Quàm nunc ad hæc ſtudia ferat & me tradam! quàm ad ima, ad alta, noſtrum aliumque orbem animo eam! ſapientiam colligam & ſpargam diligenti pennâ! Sed Deus metam ingenijs ponit, quò veniant, nec nobis pergere jam conſtitutum aut ſupergredi, Itaque (cum eo enim hoc dicam) *intra affectum maneamus, levitèr tamen invidentes quibus licet, ſed & indignantes quibus non libet.* Sed iterum mitto quæ volebas cer-

tiùs ut ſpero reddenda. Incluſæ iſtæ ad fratrem & Stenium eunt, velim te curatore. Malmogiæ.

EPIST. LXXXIX.

Portuam.

Jo. PAULO RESENIO.

O Tuas litteras! Cupido implevit & Gratiæ, nec ipſa amorum Dea ad ſuos lætiùs uberiusque, quàm tu eum ad me donas & demittis. permoverunt imos iſtos ſenſus;

At mihi perfudit grata dulcedine mentem,

quòd videam tàm volentem in me & proclivem, nec poſuiſſe adhuc cogitationes de me & curam. Gratum cum Cancellario te fuiſſe, de me egiſſe. magis te interprete & proxenetâ Semonem illum habere faventem. Etſi aliį etiam mihi dicunt, qui norunt, qui audiverunt de prono quodam in me animo & ſenſu. Dabo operam mereri, & ne commendatio tua rubori unquam ſit, quòd produxeris non dignum. Sed puerum vides qui has tradit? (juſſi accedere.) ſupra ſpem tuam eſt, ſupra opinionem, venit quò nec ipſi ſæpè adulti, in annis his primis & ætate. Sermone utroque libero & vincto poteſt polletque. Muſicam & alia taceo, in quibus ille magnus, quæſo experire, in amorem tuum ſe non tantùm ferat, ſed admira-

mirationem. Duo alij adhuc mihi huc inducti, huic aut pares aut ſuperiores & quos viros dicas ſi anni non refragentur & ſtatura. nam illi adhuc quatuordecim vix ijs ſunt, iſta parva & non ſupra nanos ipſos aut pygmæos. Sed creſcant in laudem noſtræ gentis, ſi tu alijque producetis. ego in hanc ſpem ad te miſi. nec fallat ſi ad brevem ſermonem admittes & aſpectum.

EPIST. XC.

Portuam.

CASPARO BARTOLINO.

MAter tua ſupra ipſos viros fœmina, & mihi etiam diu cara, litteras à te dedit, non lectu tantùm gratas, ſed aſpectu. Nam de inclinatione Friſij habebant, mihi lætum, & ſpero ex animo ſic eſſe, nec levem aut cùm mutatione amorem. promotionem hoc trahat ſecum & quæ volumus aut ſperamus. Si non ſit, ego non tardiùs ad ea ibo, quò cœpi, hoc eſt, ad ſapientiam & virtutem, & vel ſine præmio ſic perſiſtam, maneam, mutem ut magnis illis viſum, & quod altè ac animosè ille:

Quò me fata trahant, virtus ſecura ſequetur.

Ego ſplendida illa & magna contemno magis

quà-

quàm ambio, & propter meos magis quàm me assumo oblata, & cum à se affluant; nam aliter ut quæram & insistam ab ingenio isto & moribus remotum. Tibi, mi Bartoline, à me gratiæ, qui prensas ubique & commendas, qui ad alta & magna sic velles eductum, utinam merentem. Sed finio, hic languor ad multa non permittit: & occupor si unquam. Valeô magnum, ô amicum mihi pectus! quod postremum seriò scito me tibi esse. Ad v. Kalend. Majas, statim ut tuas accepi.

EPIST. XCI.

Hoslæviam.

MATTHIÆ NICOLAO.

Litteras accepi, elegantiam in ijs amavi. admiratum me adderem, nisi fama de te mihi hoc verbi ademisset. Nam ita Phœbus in te vivit & Musæ, ac quod sequitur cultus, ut vilia dare & cum vulgo si lubitum sit, non sit leve. Sed ut ad illas reponam, grata quædam & tristia continebant. Illud de Epistolis lætum, quod amari tibi ais alijsque hoc genus. De aliquibus, mi Matthia, spero, aliquos etiam aliter esse scio, & quibus hæc talia nec cara valdè nec proba. Quas censuras nec summo loco habeo, nec contemno. hoc apud me possunt ut tardem hæc mea si non ut deponam. Nam con-

concisa ista non pro omnium salivâ, & calumniam fugere, fortassè meliùs quàm ferre, etsi vivant etiam ista, ac ad posteros eant. Jam triste hoc fuit, quòd multa inspergis, quæ non pro tuâ mente aut optato, de uxore, quæ diu in morbo, de fratre, de alijs. in animo isto doleo, esse quæ tuum dejiciant ita & frangant, nec ire ista quò tu velles. Quid tamen est? nulla tàm felix vita, in quam hæc talia non immixta interfundant se, ista, donec nos illam effundimus. In me vide, omnia adsunt, quæ

Vitæ rationes vertere possunt
Fortunasq; meas omnes turbare dolore.

Matrem amisi eo autumno, ipse in morbo, uxor etiam, filia, quam hic annus primam dedit, & plures è domo meâ in lectis. quid ad ea dicam? ferre debemus, hæc non mutanda, nisi illi, qui immisit. Is me teque restituat, &, quæ ex salute videt, donet. Malmogiæ. CIↃ IↃ c. XVII.

De munere pœnè fuit ut omisissem. gratum fuit, & me faciet, si aliquid in rem tuam unquam possem in tuorum, non roga sed jube.

EPIST. XCII.

Lovanium.

ERYCIO PUTEANO.

Nunc

NUnquam mihi aliquid ex ſententiâ fluat, niſi hoc ex animi ſententiâ ſcribo, non habuiſſe litteras ſuaviores aut dulciores his annis. tetigerunt imam illam mentem,

Et perfuderunt ſuavi mihi pectus amore.

Ita tu animũ in me laxas, mi Puteane, & effundis, & me amas, mea probas grato mihi judicio & cenſurâ. Sed quæ hoc habebat ingrati, quòd nimium premis ipſum te & demittis. Tu infra laudes meas poſitus?

merito cui doctior orbis
Submiſſis defert faſcibus imperium.

Me aliosque ea modeſtia deceat & depreſſio, in te non cadet optimum maximumque hodiè (verè dicam) litteratorum. Sed quòd ego Præceptorem vocavi hoc novum, hoc mirum! non mihi, crede, Puteane, magis me ſcripta tua ad ſapientiam hanc duxiſſe quàm viſi omnes magiſtri aut auditi. Et Epiſtolæ meæ ad alios tibi dicent, ubi te videas crebrum & frequentem, & ſupra omnes ac non hujus tantùm ævi poſitum & laudatum. Sed mittamus hæc blanda. De Epiſtolis, duas Centurias iterum dabo Lipſi illis ſimiles fortaſſè, etſi non pares. Nam primæ illæ eò non veniunt valdè aut accedunt, etſi tu hoc ſentis aut ſcribis.

Se

Sed judicium hoc, siue amor mihi gratus retinet in hac viâ & firmat ferè jam avocatum & detractum. De .... aliquid scripsi, & invidia ipsa dicet probum id opus, sed is stilus & suada aliquos hîc habet non faventes, velintq; alio ac diverso ab isto modo me hoc dare. Sepono itaque non omitto, & vel me mortuo, ut à Phænice, vitam id sumat & in famam veniat ac lucem cum ego ab hac ivi. Nunc tempori aliquid dandum, & ijs, inter quos sumus. De Sadelero quòd ibi, quòd inter has Musas, hoc est, Typographus operator sic earum & symmysta, gaudeo. Jam ut hoc etiam addam. Rubenius, Baronius, Audeiantius, Richardoti, ab illâ manu, quos lego tàm sæpè, & hîc lustro, ubi sunt, vivunt, ad quæ venerunt? Nam de Micaultio, Pollione, Bernartio, itidem video abijsse, sed non reversuros. Amo certè omnes, quos Lipsius, & addo quos tu; nam scio nisi ad dignos hunc affectum non mittere aut donare. Defer à me cultum ad illos & amorem.

EPIST. XCIII.

Rosæfontem.

MAGNO BARTOLINO.

Cic.

CRebrò, mi Magne, ad te & frequenter ſcriptione debui accedere, ſic benignum in me, ſic volentem. fateor,& ſegnem me cum morbo hoc fieri id quoque fateor, ſed non in cultu & animo ad te remiſſum. Ad omnes jam ferè renitor, & niſi in rebus magnis ſcribo, & quæ non volunt omitti. Quin mihi hoc jam vulgare & pœnè in morem vertit. Tu ignoſce & amare ſcito etiam perpetuum ſilentem. De valetudine tuâ non bonâ aliquid ſed obſcurè & parum certò audimus atque utinam incertum. Si tamen eſt, ferendum id aliaque ſunt, quæ ex alto hoc immittuntur, & vel ideo nobis non fugienda; quia inde, hoc eſt, à bonis beatisque locis fluunt, ac talia ſunt, etſi non videntur, nos faciunt. De nobis ſumus adhuc qui fuimus, id eſt, languidi, jacentes, & quæ nec ad te ſtilo committam. Poëtæ iſta pro ſanâ & Chriſtianâ prudentiâ ſunt ſcripta:

Pati oportet multa mortalem mala.

Quid exemptos nos vellemus & ſubductos? Ego in ſtudijs interim, quàm ſæpè licet & libris, dolorem in ijs mitigo. & mergo Epiſtolas, iterum paro,& duas Centurias nunc dabo. Ad te ivi intermixtum, videbis cum illæ vitam. Utinam Typographi meliores, qui in eam mittant, Nam primæ iſtæ per rudes manus ive-

runt,

funt, certè neglegentes. Et ipfe alibi capio, alibi ægrè capio, ita puncta, periodos, lineas omiferunt aut immutarunt, dolente meo Lubino, fed & indignante. Nam ille ibi curavit. & peregrinatio illum habuit, cùm illi hæc fub manu, felicius nunc itura, nifi fuiffet. fpero peritum nunc habiturum, &qui talium rerum capiens & fciens. Hiennio à me falutem, viro multæ & reconditæ doctrinæ.

EPIST. XCIV.

Lovanium.

ERYCIO PUTEANO.

NOn litteras à te fed Cimelium jam nunc accepi, mi Puteane, gratius mihi illud judicium à tali animo; tali viro profectum, quàm fi gemmas dediffes aut aurum. Etiam Centuriam, quàm junxifti, habeo eo loco & fupra omnes prifcas aut novas, ferè dicam, fcriptiones in eo genere. & qui ftipes non fit aut truncus confentiet mecum & confcifcet. Variè te & fæpè in altum tuli in ijs, quæ nunc prodam in lucem, in ijs quæ premam. nec nunc pœnitet ut tu magis magifque ad alta & magna is & te demittis. Videat fic ætas, quæ nunc eft, quæ erit non ex affectu tantùm, fed meritò me fcripfiffe. De Ovo tuo, quod mo-

nes, in manu, in ſinu, in oculis jam diu mihi ille liber, & proclamem hîc illud notum:

Materiam ſuperavit opus.

De Ulyſſe miratur quiſpiam, cum tot libros dediſſe, ego magis de Ovo, quod tàm ſcitum ſcriptum. multi ad hæc talia ſe tradiderunt & Muſcam, Stultitiam, Calvitium, Quartanam, Pulicem etiam & Rapam extulerunt viri magni, nulli cum eâ arte & ſucceſſu. Jam Comus etiam tuus quàm in delicias non mittit legentem ſed inſtillat, ô ſæpè

Nocturnis ita ſomniis
Jam captum teneam!

Nec ipſe voluptatum Genius helluones ſuaviùs afflavit unquam & affecit, quàm me is liber: Tu diu ſic dormi,

Doctaq́ præteritas imitentur ſomnia curas.

Quod abeſſe non poteſt, quin tibi meliorem donent laurum, quàm alijs vigiliæ omnes & victoriæ. De Medicæo, Adoleſcentiam habemus, reliqua non fuit adhuc videre, & beneficium accipiam, ſi illum. Etiam Epiſtolarum tres Centurias requiro hîc magis quàm invenio, à te tamen non dandas. Francofurto petâ hoc autumno. Floritium hæc poſtrema carum mihi fecit & æternum. Tu à me, ſi hoc fas, ſaluta;

ſaluta, litteras brevi & alia ab hac manu habiturum.

EPIST. XCV.

Roſæfontem.

HENRICO TYCHONIO.

MAnum eam ægrè ad te moveo nunc & mitto, mi Henrice, invalidam jam & labantem. Mens hæc tamen animat & attollit, quò eò ſemper abit & vel ætatem hæſura; Urbem enim veſtram in corde iſto amo, in linguâ volvo, cur non? Muſarum & Phœbi ſic amantem, & hac causâ mei quoq; (neſcio an ex merito) diligentem. Hoc ergo invitat ad te dare, qui in eâ jam magnus, Adducit etiam Sebaſtianus Matthias, inſignis juvenis, cui curam aliquam velim impendi ſupra alios tuos & favorem. Amor inter nos vetus, & Perſæus hoc carior, qui eum ad me duxit, tu in hunc jam effunde, certus tibi idem à me futurum, ſi occaſio unquam aut uſus tuus volet. Hoc peto licere privatâ tuâ inſtitutione interdum frui & ad virtutem ac doctrinam inſtinctu. Ipſe gratum ſe oſtendat, parens rependat, ego par faciam in tali aut aliâ re tibi gratâ.

EPIST. XCVI.

Roſæfontem.

SEBASTIANO MATTHIÆ.

 Gra-

GRatum de te audire, mi Sebastiane, ad Musas sic ire recto pede & in sacro illo fonte te non tingere sed immergere. Qui veniunt indè, qui scribunt mihi de te dicunt. & avidum in litteras & inhiantem. Sic voles, sic debes, mi juvenis, &

Noctes atq; dies niti præstante labore.

Si te, si parentem, si avum hoc vides. Te? in flore vitæ es, in vere, non alij anni commodi huc magis & apti, nisi ad magna & alta nunc is, nunquam pervenies. Parentem? magnum cum habes & tibi volentem. cupiunt omnes à se natis ac favent; pauci ut ille. Nec rependere majus potes, quàm ut videat te ad recta sic ferri. Jam ævum hoc, mi Sebastiane, non bonum, multa in eo turbida, multa adversa, non melius declinabimus aut leniamus quàm si litterarum hæc aura deferat in sapientiæ portum. Ut te possit, maneat ille animus ad Musas propensus, maneant

Pieriæ sub pectore curæ
Discendiq; vices & amor.

pronum me semper habebis & promotorem, & scito tempus nunquam Fore

Fore quæ me ab ullo commodo abducat tuo.

Nec ab illâ stirpe quisquam erit, cui non cupiam & quem non productum velim ex imo isto corde. experieris si occasio unquam aut facultas erit. Scribo ad auctores illos vestros & doctores in meliori hoc animi cultu, & in te, sat scio, sic inclinem. Corvinum ibi nosti? adolescens est alta indole, magna spe, innotesce; nec enim ingenium videris magis tibi ad gustum. litteræ mihi dicunt, quas ad me paucas dedit, sed cultas doctasq́, & quas Musæ insederunt & Phœbus. tu à me saluta & amplectere.

EPIST. XCVII.

Eodem.

OLAO WINDIO.

D*Edecus nostrum sit ac pudor, mi Windi, quòd sic silemus animis & amore sic antè, sic diu juncti. apud me non minuit prior ille affectus, etsi sic disjunctum, nec de te, ut mores iÿ sunt, debeo suspicari. Silentium tamen amicitiam etsi non tollit, in suspicionem trahit, si longum & in tot annos.*

Ne per hunc neglectum fiat, ego primus viam hanc eò sterno litterarum. me addico veterem illum esse; hoc est, obligatum & adstrictum, à te requiro. Et fuit hæc causa, mi Windi, scriptionis, ut amorem renovatum sic irem & ostensum, alia tamen se addit & velut concurrit. Est ibi Sebastianus Matthias à bonis magnisq; hîc stirpe & fortunis. benignè te eum habere & facere meâ causâ velim. Parens mihi inter caros est, & si istum vobis talem reddam, nihil mihi magis carum. breviter: oro ut optimam indolem (talis est) feretis ad optima & doctrinæ illam metam, te imprimè ut industriam aliquam singularie in eum ponas & curam. ut ad vota nostra olim, imò supra ea, surgat, quod opto, & te valere ac diu veterem illum in me esse. Cogitatio ac pœnè decretum est ad meos ire hoc autumno, si erit, certò stat per istas partes vorsoriam capere te & alios in eo tractu amplecti.

EPIST.

EPIST. XCVIII.

Seitsheimiam.

CHRISTOPHORO HANSENIO.

HAbuimus à te binas eâ æstate. Bertilum & me magis adfecerunt, neç eæ solæ, quæ inclusisti valdè venerunt in amorem. Paulinum tuum libenter legi. quid hîc dicam? illud Augusti:

Vivat, relegatur, ametur.

affectum in defunctum validè ostendis, sapientiam ubique misces & doctrinam. Seneca, mihi hîc in mente, qui de multis ait & verè, *non faciunt animum; quia non habent.* tu aliter & ingenium, prudentiam, robur in te ostendis, in alijs excitas. Quod optas de aspectu & affatu iterum nostro, utinam esse queat, utinam vel spes sit! Sed cum valetudinem video, quam attenuat & sternit summus ille parens, non in malum, sed in mortem forté, absum sperare. Non de animis aut amore; nam illo sine exitu (ut qui nunc in cœlo) sine fine juncti maneamus. & vel in illo tangamus olim & alloquamur, si hîc videre inter nos vetemur. Jam Alstedij de me judicium (alteræ illæ attulerunt) quàm mihi gratum? & quem non moveat aut extollat talibus se proba-

re in illâ doctrinâ, virtute, famâ. Multi ad me ſcribunt qui in Europâ jam magni, mea hæc probant. gaudeo eum huc accedere & velut conſpirare; nec enim alium habeo ſupra eum in toto iſto tractu. Perſæus jam nuper nunciavit de illo in me affectu, quem ille magno loco ibi habuit; quia mihi carum. Scripſi eâ occaſione, gratias egi, mea obtuli & ipſum me, ſi proficiſci hinc poſſet quod gratum ipſi & acceptum. Nunc iterum facio. tu trade, in amore apud eum retine & longiùs immitte. Bertilus tuus ipſe ſcribet, quem ſcito ad vota tua fore & ſemper in hoc corde.

EPIST. XCIX.

Portuam,

CASPARO BARTOLINO.

IN honore eo lætor, ut ſi mihi accidiſſet felix ſit, ad famam addat, quamvis jam ſummam. gratulari antè debui? animus nunc non eſt his talibus dejectus, preſſus longo hoc languore. & ire palam ad finem meum videor, ut credo non remotum. nec moror aut moveor, ad parendum tàm ſum alacris, quàm magnus ille Imperator ad evocandum. Sed Philoſophiæ ſic ſatis. Verſus hos vides? Mei hîc pro Nuptijs Jo. Severini ſcripſerunt, ſed rogati, ut

ſit,

ſit, & edi illi & iſte velit, ſi tu velis, & meâ causâ permitte. Etiam quæ intra paucos dies videbis ad Vellejum. Nam mihi paſſim jam moleſti & multi honorem hunc ſibi poſcunt gratulationis, E Germaniâ mihi heri litteræ. Vide quàm ibi de me ſentiant altè, utinam verè! Alſtedij mitto de me, & ſi otium fuiſſet deſcribendi, plures vidiſſes ab iis qui ibi magni.

EPIST. C.

Lovanium.

ERYCIO PUTEANO.

NImis ne ſic te adeo, mi Puteane, & appello. Menſis non eſt, cùm binas meas miſi, nunc iterum hoc uſurpo & dubito an decorè; quia ad tàm magnum, ad tàm occupatum. In rebus tuis aliquid eſt quod huc nunc inducit. Chartæ meæ & ſcripta cladem acceperunt in longo hoc morbo. & multa abjecta & amiſſa, caſu an culpâ, meâ an amanuenſis negligentiâ, ſed amiſſa. In iis Panegyricus, quem tibi dicavi. Quæro nunc ubique hîc & inveſtigo, ſed fruſtrâ non inveniendum. Apto quædam editioni (etſi in poëmatiis rarò nunc adducor) Ad XXXI librum iſta de te jam diu deſtinavi, ſed ſola. nec enim decore

aliquid addam, nec id opus. Et velim exemplar à te remitti, ut ipse hîc edam, si non sit hoc grave. Nolim perire, potiùs omnia mea in hoc genere. Neque enim venam & animum in ullo scripto sic intendi, certus monumentum amicitiæ nostræ æternum id forè, aut certè diuturnum. tu mitte, & me ab hac solicitudine dimitte & curâ. si mutari etjam quidquam tu aliique ibi vultis aut addi, lubentem volentemque invenias ubique & advertas. Salve. XIV. Kalend. Sext. CIↃ.IↃC. XVIII.



BERTILI CANUTI


EPISTOLARUM SELECTARUM CENTURIA V.

AD MAGNUM PROCEREM

TAGIUM TOTTIUM, OCTAVI F.



ROSTOCHII
Typis MAURITII SAXONIS
Anno M. DC. XXIII.



ILLUSTRISSIMO

V.

TAGIO TOTTIO,

OCTAVI

F.

ERIXHOLMIÆ, NESSIÆ, SCAVERSÆÆ &c.

DOMINO;

MAGNO LISTRIÆ

ET BLEGIAE PRAESIDI.

Lues quæ apud nos nunc effusa, Generosiss. Domine, convassare nostra propè jubet & cogitare de discessu. me certè qui ad trecentos hîc deduxi ad fatales sedes, non multis mensibus, & (quod màgis

magis mirum) in rure non magno. Nec me contraho, aut excuso, sequar ad æterna illa loca lætus lubensque cum æternus ille volet & imponat. Unum est, quod factum antè valdè velim, ut ostendam te inter Patronos & Mecænates mihi fuisse, per quos accrevi, &, ut ad posteritatem tester de benivolentiâ eâ & amore in me magno, quem supra meritum meum fuisse supra sortem non nego. isto omisso aut neglecto cum dolore hinc abeam, cum curâ. Et ut præveniam ac antevertam, cum producere ab ijs tam citò non possum, non cum laude, cum fama, quæ mihi in Musæo censu à subitis istis & festinatis

hæc

hæc dono, id eſt, quæ curam nullam poſcunt & poſſunt ſine lima & dilatione ſpargi. Ut non prolongem, te amo & admiror ſupra pleroſque in eâ fortunâ, qui animum ingeniumque ſupra omnes, qui ubique pœnè habes, & paucos tantùm excipio. Nam ab opibus & fortunis non æſtimo, quibus quis neſcit te ad proceres principeſque accedere. Ut oſtendam animo magis inter eos aut ſupra fuiſſe iſta dedico hîc & inſcribo. & in longũ tempus poſt me durent quãvis non in omne, te ad poſteros & præſentes ferant & deducant. Tu cape vultu, quo dantur, prono in te & volenti. Et ſi mors nunc me tollit

lit ſignum hoc amoris cultusque in annos & ævum habe. Si parcit & ſupereſſe longius fatum volet, alia exſpecta tibi dudum deſtinata, quæ honorem de te ac famam ſpargant & dilatent. Salve, ſalve, neque DEUS timores perficiat, qui mihi pro te, qui pro tüis, in mœſtâ mente.

Ladera Id. Decembr.

ꝏ. Iↄ c. XX.


L P.

LECTOREM MEUM SALVERE JUBEO.

MUtatio quædam facta in rebus meis hoc anno, ea causa est, quòd te hic alloquor, quòd hæc nunc edo. Sedem ex urbe in agrũ transtuli, ut mihi & Musis sic melius vivam, & in quiete ac serijs jam studijs traducam quidquid restat annorum & ævi. Cum nescio quæ sors aut fatum subitò id mutet, & ad meliora illa ac æterna porrò mittat. lues hic certè minatur, nec serpit jam magis sed grassatur, & ab ipsa hac domo aliquot jam præmisit, nec addicere diem mihi nunc ultra possum aut polliceri. Jam nolim sine lucro sine laude locum me habuisse, ad quem cupidè deveni & cum labore, & placet lucem aliquam ac famam illi dare ante excessum Epistolis in eo scriptis & demißis. Ut poßim & ad Centuriam habere abjectas multas resumo, & ante spretas, non quòd eæ non dignæ legi; sed

quòd

quòd nomina, ad quos missæ, in aliis neglecta mihi & in oblivionem missa. in aliis non velim aut debeam prodere. Ut epistolæ multæ ad nos dantur, quas non volumus in vulgum sparsas, aut saltim nomina nostra non portare. Sic factum ut multæ Anonymæ hic inspersæ, quas sine eo casu fuisset producere animus non erat in mundi hoc theatrum. Id scire te, Lector, volui & admirationem tibi hîc tollere prius aut præcavere. Tu ignosce me, & ista ama, ac LÆDERÆAM (quod unum scripto isto volui) inter æternas urbes diu lege. Si ego ultimum hoc nunc fortè scribo, nec nomen eâ ac famam à me ultra habeat sperare.



EPISTOLARUM CENTURIA. V.

EPIST. I.

EILHARDO LUBINO.



A Scriptione amorem nunc ne æstima, mi Lubine, aut metire, eum non destiti ad te dare, etsi litteras, per hos menses. morbus ut nuper scripsi, longior, post eum alia quædam tenuerunt, quæ non ex voto, nec fuit hunc animum ad vos aliosq; ut mos meus est, diffundere. nunc cum Deo, quietior brevi liberiorq; sæpè litteris ad vos excurram, sæpè visam. Si tamen hic annus non fatalis & me à vobis divellas. nam lues hîc major sæviorque in dies, loca hæc omnia infecit tristi labe, utinam ad vos aliosque nòn eat, & ad plures mittat tristem timorem. Ego sanè evici, nec trahat me lethum, cùm id erit, sed ducat nil resistentem. Sed juvenem hunc vides? è meis est, animo & indole probus. Ad vos it studiorum & valetudinis causâ, quam animus ei est illic emendare, Medicorum vestrorum ope, utinam successus! nam hîc non habuit, & ego de eo pa-

parum abeſt quin deſperem. Portuam nunc erat ut mitterem, ſed in hoc ſtatu id non tutum, & abierunt jam diu, qui in iſtis periti aut Magni. A Parentibus bonis hic eſt, ortu & fortunis honeſtis, nec ad ullos ſumptus ſe contrahant, modò is ſaneſcat,& valetudo ſe reponat, quæ diu illi non optata. Tu, mi Lubine, juva meâ causâ, ad optima ſuade & duc, Medico etiam trade aut commenda,à quo melior ſaniorq; poſſit redire; cum id erit,majus beneficium dare non potes, & quo arctius nos obſtringas. Inter admiratores doctrinæ virtutisque tuæ Paulum Martinium hîc habes, virum magnum,&, Deus bone, penitùs doctum. Is te non amat, ſed perit, nec eſt in omni hoc mundo, qui ſic in te inclinat. me excipio, qui non cedo in amore ad te & cultu, te ſalutat, μνημόσυνον etiam brevi mittat in animi affectusq; indicium. Vale mi oculiſſime. Malmogiæ. Id. Jun. CIↃ IↃc. XIX.

EPIST. II.

Jo. HENNINGIO. S.D.

ET vis, non ſcribam in linguam, ſed mentem admittere de me iſta. Ego te pro vili habeo. ego de mutatione pro te non cogito

aut tento. Ah mi Henningi, mentem mihi torquent hæc tua verba. Ignis iste (nam ad eum assideo)calorem suum citiùs, quàm ego deponam tàm solidè sumptum affectum. Negas respondisse ad tuas tàm crebras? quâ fronte? ego scio me misisse, quid possum si non pertulerunt, per quos ego misi. Jam in re tua & ad traducendum huc ad nos quid neglexi? Martinium monui, monere alios eum jussi, nec ut pro vili, pro contempto, sed pro fratre, pro amico, Nihil factum dices? Quis satis legem aut modum præscribat? & an ille locum dabit nondum vacantem? an alium extrudat tuâ causâ & pellat? Non velis hoc tu, non voveas, ut nec æquitas aut Pietas permittant. Fer brevem hanc moram forti mente & ut virum decet. Ignavi animi ad omnem tristitiæ nubem jacent, tu ostende robur in te esse & pectus. Ego si quid possum non dicam non omittam. Sed tardabo aut differam. Et tu viam præmonstra quâ statim juvem. inibo, propè scribam, vel illam quæ fert ad mortem. Intereà fortunæ te apta, fer id imperium etsi durum, & scito locum nunquam aut stationem fore, in quâ omnia sint ad vota. ubique admixta amara quædam sunt, nec mala tamen sunt, nisi sic ferenti, sed abstrahon Vale.

EPIST.

EPIST. III. *Portuam.*

ANDREÆ BREMERO.

VEstras multas accepi, gratas acceptasque ne dubita. Vos sæpè usurpate. in rem est stilum vestrum exerceri sic & diffundi. Ut reponam semper ne exspectare. non volunt id occupationes hæ nostræ & scitis. Animo semper respondebo, facto, quàm sæpè res aut usus vester poscat. nec dirigere, instruere, docere omittam adhuc aut desistam, modò non vos ad virtutem & recta ire. In carmine tuo quædam muto, etiam laudibus, quas dedisti illi nimis altas. Modus in omni re optimus, etiam in istis, tu cum voles ede. Ego hîc alibiq; signa mei in te affectus. Malm. Prid. Kal. Maj. CIƆ IƆç. xix.

EPIST. IV.

Svenstriam.

CHRISTOPH. WLFELDIO.

V. N.

IN admirationem est hæc manus? non antè visa, non nota, & quod sic liberè se penetrat, sic audacter ad tàm magnum? Non debet. è tuis sum affectu & amore, licet in alio vitæ & fortunæ genere. nec alium in te habes inclinatum magis & propensum, non inter tuos, nec cedo ullis in puro ad te affectu

 & cul-

& cultu. Mente & cogitatione eò semper ivi, in virtute eâ & altitudine defixus, ut tu inter magnos hîc & lucentes stellas, nec subsellia in ijs tenes, sed ipsam curulem sedem. Et impius sim ac alienus à Gratijs, nisi sic ad te diurnem & amorem eò, non dicam derivèm, sed effundam, ut tu humanitatem ad me & demissionem jam antè. An eam tantum? imò favorem, gratiam, opem etiam. Nam locum addixisti pro meis, in altâ, & (ita opto) æternâ Herlovæâ, cui tu magnus Præses, aut (veré dicam) Phæbus. Quod ipsum nunc venio rogatum, ò magne Heros, (ut apud te non prolongem) & ut accipiam, quod tu tàm promptè tàm benignè obtulisti. Mittere hunc meum jam illuc mens & cogitatio est, spero te parentis, & meâ causâ, permissurum. non facere certè gratius illi aut mihi potes, & quod magis ad mentem, nec aversurum te scio aut alia obversurum, ut propensio tua est in omne litteratorum genus. Remetiri ego, Phœbus, Musæ debemus, & quidquid in honorem, in famam, in laudem tuam sit addere & augere. Ut alia non sint, decorum sequenti ævo tibi erit in me inclinasse in aliquâ famâ & ingenio clientem. Sed fugio rogare ultrà aut monere, impetrandæ ejus rei certus jam & securus. Tu lit-

teras

-teras ad Præfectum huc mitte, quæ aditum faciant & introducant. De abitu tuo jam audiebam, & audiebam, quodammodò volens nolens. Volentem me facit altitudo & celebritas, quæ accedat, si tu Prorex magnam & fœlicem illam insulam teneas; nolentem absentia, & quod disjunctus à nobis sic eris, in eâ tàm remotâ, nec frui te hîc & uti pro commodo, pro voto tùm licebit. Sed quod Deus, quod Rex, quod tu vultis, fiat & in famam tuam, in salutem. opto & te semper in me sic affectum. Kalend. April. CIↃ.IↃ.C.XIX.

EPIST. V.

Herlovæam.

PETRO CHIUSIO.

IN animo jam diu, in optato fuit ad te dare. occasio non fuit, non favit, nunc lætor oblatam, & cum gaudio usurpo. magis quia ad lætum jam possum, & cùm res tuæ redierunt in gradum, &, ut ego interpretor, ac spero. in melius post Fortunæ aliquam tempestatem ac nimbum. Longum ita sit, & ad meliora magis magisq; assurgas. Certè Herlovæa illa plures ad magna, ad alta tulit, & te ferat, ut prudentia tua est ac virtus me certè ibi ac alibi habebis fautorem semper & amicum. Quod idem à te spero, ac (ut diu in nos sumus) requi-

ro, & ut jam in hunc meum ibi ostendas, quid in me velis factum. Nam magnus Ulfeldius locum ibi permisit & liberam mansionem, meâ causâ, litteras hîc adjungo indices ejus rei & adtestantes. Tu, mi Chiusi, assume, in animum etiam & in pectus, certus tibi omnia à me fore, quæ in laudem, in lucrum, in voluptatem esse unquam possunt. Et ostendam hoc ibi jam citò; nam cogito intra mensem ad vos. & tùm non nesciam aut neglegam ad quæ obstringor aut debeo in hoc ejus adventu & missione, gnarus jam talium antè & peritus. Tu ad hoc tempus sustenta & me exspecta. E scriptis meis quædam mitto, etsi ante fortè visa. Alia jam possem, sed Typographi nondum expediunt. Videbis quandò ego. Ad Erasmium hîc adjungo & quæso trade. Prid. Id. April. CIƆ Iɔ c XIX.

EPIST. VI.

Herlo Gram.

JACOBO ERASMIO.

MOtus aliquos ibi sentis, mi Erasmi, & indices affectiones? certè debes, ut tu creber non in Epistolis solùm meis es, sed in colloquijs cum his nostris. Vel nuper cum Westhovio quàm diffusi, quàm læti de te sermones. Hîc enim fuit, ne te celem,

celem, ante septimanas, & apud me. ò conjunctionem tùm felicem, si absque te non fuisset! Mens certè & affectus apud te est, & in dolorem est, ipsum me non posse & semel frui desiderato sermone. Scis quo animo in te olim & semper fui. adhuc nil minuit aut mutavit & hoc injucundius, quòd ad te diu non permittor. Etsi occasio nunc citò erit, nunc intra mensem. Illustris Wlfeldius cuidam meo locum ibi & libertatem dedit obhærendi, quem nunc mitto & velut in manum trado. An admittendum & ibi acceptum? non debeo non decet me dubitare, ut tua virtus & amor in me semper fuit. Comitari eò ipse volebam, & res ferè poscat, sed functio hæc non vult & alia quædam, quæ ligant. tu vel sine me admitte, & quæ in usum esse scias, ei dona aut indulge, certus quod in me effundas, quidquid in istum facis. Comitia me hoc anno habebunt, quæ Slavelsæ, hoc est, non longè à vobis, indicta. circa id tempus sistam me ibi & in reditu, si non antè, regustabo cara mihi loca, & in quibus mihi fluxit, quod in hac vitâ lætissimum. Quod mittere nunc ad te, ad Chiusium, ad alios debebam in id tempus differo, & tu sustenta ac excusa, certò à me habiture quod à grato, ab obstricto, ab inclina-

to fluere unquam possit aut deferri, quod tu sic scito, alijs à me significa. Prid. Id. April. ∞ Ioc. xix.

EPIST. VII.

Portuam.

CASPARO BARTOLINO V.C.

TArdavi ad te scribere. V. C. non libens. Functio ista hoc fecit, quæ sine intermissione me tenet. Et ut ad multa adhuc me non diffundam aut diu teneam. Quæcunq; eâ parte in te aut spe tuâ sunt, apud nos habebis. & certus es tantùm ac securus. Nam de Fratre. Ego eum in domum, in disciplinam, in affectum assumam & omnia ei apud me erunt, quæ speret aut amet, si in usû sint. De majore eo, Deus & Martinius videbunt. &, utinam valetudo se tantùm reponat, (nam ea per has septimanas non amica) illi facilè in loco ponant, ad quem aspiret in hoc tractu. & meretur juvenis, ad alta factus & Musarum has artes, quas cùm pietate & virtute conjunxit felici nexu. De alijs istis, id jam factum & proposui vel te non monente. De adventu etiam ad nos cogitare te audimus. Verône serio? Idem de Longomontano, semper nostro, litteræ tuæ spem non dabant. Sed venite, videte, nec apud Phæacas majora ad hilaritatem, ad lætitiam,

tiam, ad voluptatem inventuri. Nam de peste, nos hîc adhuc in tuto [Parcæ non audiant] & huc invitare audemus vel habitandi causâ. Sed Laurentius eò abit, ille cujus ego sororem, eum jussi te adire, & referre quæ de nobis velles, vivere, & [quod de me nunc etiam addam] vigere: Tu pariter quid vales quid volvis, cum socero, cum uxore, cum amicis, fac nos consortes. Malm.

EPIST. VIII.

Asseroam.

NICOLAO OLAO Sal. D.

QUam recepi jam ipse. Inde namque prima hæc meritò duco & in lætitiam te mitto, mi Olae. Nam vel paululùm adhuc is languor perseverasset, venissem ad plures & postremam illam metam. Nunc cum Deo favente revalui & sanitatem habeo, quam volo. Nec fuerit unquam, ut momentum huc non habuerint tàm calida pro me vota & tàm sæpè ibi iterata. Maneat jam status qui est & diurnet, nec vivam indecorè aut moriar, cùm id erit, qui lucem à litteris trahere jam & spargere pleno impetu insistam, & animum hunc patriæ & virtuti impendere. Laurentius tuus facit jam diu, ad ea it, quæ debet, & votum nostrum fuit, hoc est, ad laudem & fa-

& famam, non tamen per viam, quam ego monstravi. Mutavi enim prima ea cogitata ad Medicinam nunc destinabam & Hygyjam. Abnuit ejus mens ac resistit, nec dolente me valdè aut renuente.

trahit sua quemq; voluptas;

ait verè Poëta. nec cogi ingenia debent aut aliò impelli, quàm quò ipsa mens præit ac optat, modò ad utilia & honesta, Et hic ad ea proponit aut nunquam factum. gaudium tibi dabit ac mihi, qui huc ferè primus induxi. Sed vides, qui has adfert, commendo tibi de meliore notâ juvenem, animi est, si pertentes, & ingenij magni. Amantèr eum & benignè habere, facere, loqui, oro ne sit molestum. Ex omni istâ juventute non est alius, qui præ eo meretur. Salve à tuo Canuto, & vive.

EPIST. IX.

Portuam.

CASPARO BARTOLINO.

DE Fratre scito, mi Bartoline, non iturum ultrà ad vos, & sumsisse jam demissionem. Ad meliora abijt & veram illam vitam, ut statim nunciem quod in tristitiam mittat & dolorem. Etsi cur te mittat? gnarum jam horum casuum & intellegentem. Ad id nempè omnes in mundum hunc venimus, ut relinquamus

iterum

iterum, & ad meliorem eamus. Ut qui in scholis sunt, obhærere ibi debent, non manere, in Academias aspirant, qui boni sunt & ablegantur, id non pro ætate, & ut multos ibi annos egerunt, sed ut in majori progressu: Idem in nobis sit, præparari hîc debemus, & aliquo gustu imbui, abire etiam ad majora, hoc est, Deum, non ut diu hîc sumus, sed ut digni; Et ut pueri sæpè per classes eunt & exeunt in libertatem dimittendi, majoribus ibi relictis inter sordes: Ita hîc erit, in primâ ætate aliquis grandævum & senecionem antevertat. Tuus ille jam fecit, imò noster, (nam & ego me inter vestros numero) & dolorem nobis reliquit ac luctum, si è vulgo sumus. sed, mi Caspare, tollemus nos supra istum, & gaudeamus eum prægressum & finem fecisse adversitatum, non doleamus. Multa videntur impendere non bona & minantur; beati qui erepti, & ad læta præmissi. Ut qui in navi & mari scopulis & vadis non libero, & ubi navigatio rarò sine damno, non queruntur tenebrosam noctem & turbidam nimis citò ad finem venisse, magis est ut ad diem aspirent aut optent: Idem hîc est, & insaniunt qui non malunt in clarâ illâ die esse & tutò, quàm diu hîc jactari magis tùm istum portum tamen habemus proposi-

tum

tum & citò aut serò intrandum cogita, mi Bartoline, & in eâ altitudine ac prudentiâ

γίγνωσκε τ' ἀνθρώπια, μηδ' ὑπὲρ μέτρων ἄλγει.

Martinius jam sperabat ejus causâ in arctum tecum amorem venire; illum ad alta & sperata ferre, dolet occasionem eam jam ablatam. mihi certum ipsum in nullum unquam sic propendisse aut promotionem habuisse in voto. Sed proponere nos possumus, constituere magnus tantùm Deus & decernere. Ille ad altiorem functionem jam tulit, quàm nos hîc dedissemus, nos ad eandem ducat, cùm salutare. Quæ diu hîc debebamus, jam mitto, spero pro optato nunc futura. in dolorem meum sit nisi sint, qui sedulò me sciam monuisse & cum fide. Albertus tuus valet, in studijs progreditur, & ad ea it quæ voles.

EPIST. X.

Angfalnesum.

ABRAHAMO ENGELBERTIO.

VIvis, mi Engelberti, adhuc & spiras? velim & rectè ac ut optes valere, quæ votum tuum & meritum est habere. & si est, carum id mihi & ad votum. Meritò sic ordior, ut lues hæc ibi & hîc turbat; nam ad nos etiam venisse debes scire, & dubitare ferè debemus, qui

qui ſcribimus, an ad viventes ſcribimus. Ego de te ſpero caro mihi capite, & quem videre adhuc ſemel ac amplecti opto, etſi non ſpero. Hactenus quia non licuit ſcripſi illuc, & miſi aliquoties, ſed ad non reſpondentem, ac, ut nunc video, meæ non perlatæ. qui illic veniunt, requirere te ibi dicunt & à me optare. Id permovit iterum & traxit admittendum. E ſcriptis, quæ per eos petis, pauca hîc dono; nec enim alia nunc ſunt ad manum; è Belgicâ tres centurias exſpecto, primâ occaſione mittendas, quandò adeò id optas. Poëma novum, magnum per hos dies emitto, de te inſpergo, & olim legas. Reliqua mea adhuc jacent ad decem pœnè aut (ſed deleo) ſcripta. nec ultimam manum addo per morbum, & alia, quæ non ad vota. Valetudo nunc iterum eſt, &, niſi lues hæc nunc aufert, ego in lucem feram; quod nulli unquam ſperaſſent ab hac manu, non in his terris. ego te in ijs & meliori illâ ac æternâ amabo. XV. Kal. Maj. ∞ Ioc xix.

EPIST. XI.

Portuam.

OLAO WORMIO.

ABituriebat iſte ad vos, mi Wormi, nec ſanè fas ſine meâ manu; nam animum

jam

jam diu illuc misi, aut [ut verè dicam] reliqui, & habes ibi vel nunc tecum. Nec potui vel levitèr eum & affectum reducere, ex quo te vidi ac adij verè summum & mei voti virum. nec Phœbus ipse Canuto jam magis volet, quàm ille tibi. Sed desino horum. Librum hîc habes, quem permisisti, ignosce quod sic tardè. Laurentius adhuc parùm moratur morbo & invaletudine detentus. Tu hos jam juva, illum cum venerit; omnes ad recta & alta deduc; gratiam à me illisq; habiture. Etiam ipsum me ibi jam citò, id hîc sistit & non vult nunc me diffundi. Salve, tuam à me saluta. XVI. Kalend. Maj. CIↃ IↃ. C. XIX.

EPIST. XII.

Lundiam.

MARTINO PERSÆO, J. C.

SEmper mihi sint quæ nolim & ingrata, nisi hoc mihi est, quod venire nunc eò non liberum aut concessum. Scis in animo isto proposuisse, non tantùm addixisse. Nunc alia accedunt, quæ non mitterent me jure ad te, sed pellerent, in negotio, quod tibi pro quodam meo imponendum. Sed tenent jam, quæ vel te trahant ad luctum, imprimis parvæ meæ morbus; fugio enim mortem dicere, etsi abest ab eâ nunc non longè, & hic dies illi est extremus,

mus, nisi Deus planè plenéq; juvet. Non debe-
rent ista tenere. Sed fœminas nosti, & matrem
non possum non debeo relinquere erigendam
meâ consolatione & sustinendam, magis cùm
ea hoc jam poscit & petit. Nam me scis durio-
rem, quàm ut infantis abitus moveat aut
flectat, in ægrore eo tamen & impetu morbi
quis non doleat & liquescat? mori eam
aliamque animum hunc non penetrat, vix
tangit, sic affligi hoc dolorem provocat aut
instillat, in hac mente tamen moderandum
semper & sapientiâ fulciendum. Utiq; qui hu-
mana hæc jam diu meditor, & sciam nos non
ad læta & votiva natos, non in his terris. Sed
promam tandem, in quo gratum facere mihi
alijq; potes, si pertentes. Fuit hic & apud me
istâ septimanâ N. N. vir magnus, & in Græcis
non ad stuporem sed miraculum doctus. Tibi
notus [ita ait] cupiens certè & volens. Con-
recturam nunc obit Rosæfonti antè etiam ma-
gnis rebus mixtus & assuetus. Resenius huc
nunc miserat, ut Lundiam videret ac lustraret,
in quâ, si quid video, sedem ei destinant. Dum
hic est, Illustriss. Bernecovium Ductorem au-
dit quærere & velle, qui cum ipso in exteros.
Quod ille omni functioni aut muneri apud
nos præfert, si ad eum posset devolvi. Te

Ee k meq;

meq; hîc multum posse nescio à quo audiji, ad me accurrit ut juvemus. Et ecce, mi Persæe, quod in me vis, in eo declara, conjuncti à multis annis sumus, debeo hoc ipsi, etiam quia N. N. habet avunculum, ut ad omnia velim venturum, quæ vover. Apud Illustriss. juvenem tenta, nisi serum jam est, & de alio prospexit. Ad votum ipsius fore ab laudem ego possum spondere. peregrinationum tamen non assuetum aut peritum vos non celem. etsi vix est, ut ea res obstet aut avertat. Tu, mi Persæe, quidquid erit, rescribe, & litteras mitte spem facientes aut planè abscindentes. nam fidem apud ipsum aliter non libero, aut me excuso. XIII. Kal. Maj. CIↃ.IↃC.XIX.

EPIST. XIII.

Billesholmiam.

STENONI BILDÆO. V. N.

COgitatio mihi de te semper, sæpè sermo, mi Bildæe, apud te adhuc nullus, & multi dicant. Laudes tuas hîc audivisse. Optavi ad amicitiam tecum aditum diu & exspectavi, retinuit altitudo tua & fortuna, quæ cum nobis in hac sorte nescio an decorè se miscet. Virtus tamen ea jam dat sperate, clara apud me non tantùm & nota, sed omnes in quos sensus infusus famæ melioris. Ea ingenitam mihi mode-

modestiam detraxit & ad se traxit, ut affectum à me addicerem, à te apprecarer. Si dignum habes, in quem effundas, quem caris item tuis Clientibusq; misceas, in alto me collocabis, novâ fœlicitate. Dona etiam ad te fero in his initijs, quæ tu oro, vide, lege; cense. De me si aliquid vis. Cætera mediocriter agimus; nisi quòd valetudo non ex voto, quæ adis, abit, ac vacillat. Si de studijs, Theologia hactenus habuit, & nunc Prophetia aut Historia JONÆ, quam hîc explico aptam tristi huic ævo; utinam nos ad meliora retracturam! Prima nostra, hoc est, Poëmatia vulgamus iterum, sed breviora. vellem, & optem sanè polire Bildæi alicujus censurâ; nam soli hîc sumus & inter eos, quibus istarum rerum non magnus sensus. Fallimur in istis alijsq; multi, ea vestra fælicitas proba perfectaq; esse, si quæ à tali venâ profecta. Paramus etiam MONITA Mænippæa, Satyricum, & iratum planè scriptum ac contra ævi hujus perditos mores & depravatos. Nescio quid prætereà in alijs sum exorsus pertexendum, si vivo & me hæc lues non unà metit. Si non desistam, multos in lucem famamq; mittam, me unà traham.

EPIST. XIV.

Rosæfontem.

GEORGIO PATRITIO, *meo salutem.*

A Meâ enim ferè curâ es, à domo, à directione, & primus ad Musas induxi, & doctrinam etsi non perduxi, nec ipsi qui te dederunt aut propè tangunt in lætitiam magis eant, quàm ego, si tu ad recta is, & quò direxi. Quod quæso te per omnes Musas attenta, & tàm calida de te vota imple. quod futurum est, si non sequaris tantùm ea, quæ crebrè & fideliter infudi. Sed assequare. mihi certum te majora posse, si intendas. Ad pietatem inprimis & virtutem hortor, sine quâ omnis doctrina non vana tantùm sit, sed damnosa, & ut nunquam subeat ignaviæ ulla dulcedo.

ὁ γὰρ ἐν καιρῷ μόχθος πολλὴν
εὐδαιμονίαν τίκτει θνοιτοῖσι πλεύτων ;

& tu vide ut eâ viâ habeas. σχόλη πέρπνον κ- κὸν, ait verè quidam [tu nec propè sine aut admitte] nam otiari nunc, discurrere, vagari delectationem habeat in eâ ætate, sed in duplum pòst te afflicturam. Ut mella quædam, si supra modum sumis, amara in fine dices: Ita hic est, invenies in fundo & fine quæ non delectent, si sic is; quidquid blandiens ea aura nunc

nunc attrahit & adducit, & tu, me authore, ne ultrà ſequere, magis

φεῦγ' ἡδονὴν φέρουσαν ὕστερον βλάβην.

quem verſum optem inſculptum tuo animo, unà cum amore mei. X. Kal. Maj. CIↃ. IↃ c, xix.

EPIST. XV.

Portuam.

CASPARO BARTOLINO

S. opto.

AN potius pennam. nam ea ibi non ex facili jam paranda, ut tu taces & nullum verbum ad tot meas, ſilere me etiam deceret & pariare: Sed hic affectus ſi non altior, certè intentior provocat & invitat te ſpontè: Sed tu quî vales ac tui? Ut ex ijs audio, qui huc conveniant, non contra votum. lætor; nam metus jam erat ob ſubtractos ibi tàm crebros ſubito caſu. Hic jam fluctuamus, ut qui maximè, ſunt qui ad fugam inclinant, ſunt qui ad manſionem, ajunt etiam vos cogitare de illâ, utinam cum bono Deo liceat & locum tenere, qui tutos reddat! Ego deſpero & maneo. Sed non mei. Illos in Belgiam mitto, ſi nihil minuat hîc aut mutet; nam eò putans malam hanc Divam non veniſſe. etſi nos Deus hîc aut

ibi inveniet. cùm volet si ob meos non sit, ego non nolim vel hodiè abjungi. nam ijs hoc debeo, ut velim manere etiam inter non bona. Quidquid est aut erit, ego te non diligo, sed amo. De reliquis meis ad Wormium scripsi, apud quem vide.

EPIST. XVI.

BENJAMINI URSINO.

DIu non licuit neq; scriptione te affari. causa & seculi hujus, in quo nihil lætum, aut quod ad hæc invitet, & locorum quæ sejungunt. Nam nos, ut audivisse te puto, in Scanijs agimus terrâ verè florenti, & studijs tempora hæc fallimus tibi non ignotis. Ac nec anni tamen nec intervallum jucundam mihi recordationem de te exemerunt, quam ostendere volui per occasionem primò nunc oblatam. Nam qui meas ad te ferret, non fuit ante istum, & subijsti sæpè in mentem ac commovisti; an superesses, ubi terrarum esses, quod nihil de te aut à te fuit audire tàm diu. Turbæ ibi erant & res tristes, cum divisi à nobis sumus, & metus jam erat, an ea tempestas non te unà absorbuisset, quæ fatalis ibi tùm multis. In Italiam etiam cogitabas, & dubitavi, an non ea adhuc haberet. Nunc in Indice Francofurto te video, & vix credo oculis meis,

dum

dum lego. Vivere te, vigere, in studijs esse is mihi dicit. quod, verè dico, gaudium mihi dedit & excitavit. Jam qui has adfert idem. Eum rogavi de te multa, & retulit omnia quæ vellem, benignè à me habitum tuâ causâ, ipse dicet, quod vidi notitiam etiam tecum intercessisse & amorem. De Teufelio, de Chohautijs, de alijs ibi quid sperem? vivunt? ad sperata venerunt & quæ merebantur? Ita hæc mens dat augurari, ut est fuitq; eorum virtus, & cum probâ doctrinâ puri mores. Nam de Keplero, ille non potuit latere & audio ab eo sæpè, quæ opto. Scripsi etiam jam antè. Sed sine responso omisit, aut non vidit; nam ut omnia perveniant, quæ mittimus ad tam longinquas, id non pote, tu amplectere nunc & saluta. VII. Kal. Maj. CIↃ IↃC. XIX.

EPIST. XVII.

P. MAGNO meo.

S. D.

PAucas à te litteras accipio, sed certè peramicas, humentes dulcedine & suavitate, istæ hoc habuerunt acerbi, quod de mutatione nunciabant à nobis & discessu. Putabam te navim jam ligasse in Musæo portu nunquam solvendam. & tu ad alia tàm subitò te vertis & abis? præter mentem esse præter opinionem debeo fateri. Quid tamen est? ΑΝΑΓ-

Ἄλλ⊙ μὲν τ᾽ ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.

ego vel in isto vitæ genere amabo ac amplector, si tu virtutem & pietatem non deseris, & hortor ac rogo ne facias, nisi te Deum vis. N. N. redisse è Germanis nuncius mihi dicit. quid agit? quid adornat? nam ego mihi ab eo, nihil de eo jam diu. ut fervidè cœpit hîc non desistat, pergat opto in eâ mente, ad immortalitatem veniet, quam proponit. De N. N. miror esse, imò irascor, qui turbant & molestant. hoc sciò non meruisse. Dicam quod sentio, supplantant virum quem non evertant & pietas non velit designari quidquam in eum contra æquum, sic devotum, sic doctum, sic insontem. Sed vale, & magno Heroi tuo à me salutem. Malm.

EPIST. XVIII.

JOANNI ERASMO.

NUnquam eveniant quæ volo & jucunda, nisi epistola tua fuit, testis de animo & ingenio magno. Ut de arcis aut turris magnitudine etiam ex tenui imagine licet augurari: ita de ingenio & doctrinâ, à parvâ scriptione.

--- ἀνὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται,

ait ille. ego quod ex scriptione. nam in ser-

mone

mone fallimus interdum & simulamus, hîc non possumus. Ut animus magnus aut vilis: sic scriptio est; & verè ex Phalereo ille, *quòd quisq; imaginem sui Epistolam scribit.* Tua illa magnum altumq; spirat & supra sedem in quâ es, supra sortem. Itaque torquet jam hoc desiderium, & nisi fatum hîc ligaret, longum non esset & avolarem ac subjicerem istis oculis, quem nunc auribus tantùm & linguæ. De studijs quæris? ea jacent, & quod vix credás, verto ab illis solitis ac primis. clamo ferè cum Pindaro: ἀπίτω μῦσα παλαιά. Faciunt Theologorum hodiè rixæ, & quod spem non habeo de ijs unquam componendis. Ut ubiq; utacitèr contra se insurgunt, vereor ne donent olim majores tempestates. De abitu nostro quod audisti, & discessu falsum. Cogitatitio adhuc non fuit. E vulgo homines hîc imperant fateor, nec vidi eam rem valdè unquam esse pro Musis. mihi tamen firmum, sedem non migrare, donec mediocris aliquis in urbe eà status. si nullus & barbaries tantùm ac stupor, quicunq; angulus dederit mihi aliquem locum. Nam in parvis etiam quiesco opibus, non inhio, aut magnas opto, aliâ arte facile quærendas, si ad eas irem, atqui sperno & rideo, & multa quæ hic vulgus in-

precio habet. Sed avocor, vir magne,,Salve & inter admiratores doctrinæ virtutisq; tuæ Canutum non falsò cense. Malm.

EPIST. XIX.

Ystadium.

LAURENTIO HOLMIO.

EX usu sit, mi Holmi, ex salute & totâ mente hoc exopto. Nam te ad votiva illa venisse, & sperata mihi ad votum, ac tibi in ista (cum Pindaro)

νέα δ' ἀπεαγία
χαίρω,

& ad alia longius longiusq; voveo successum, Ista dudum aut majora meruisti, sed exspectandum donec à fato decreta veniant. De me etiam jam audiveris in hunc tractum venisse, navim hîc ligasse sacro morsu. Et ad alia fortè magis tu alijq; vellent productum. Suus cuiq; sensus optatumq;. ego quieta ista amo modesta, remota & ambitu & à curis, nec ad ea me dono aut eos, qui hæc non donent. Vel sic non indecorè vivam aut moriar, cùm id erit, litteris hîc cùm fide & fructu tractatis, patriæ laudibus & famâ in altum eductâ, & quæ alia sunt in cupidâ mente. Gaudere debemus fata providisse & velut conspirasse in hanc conjunctionem, ut quos anteà idem

idem contubernium imò lectus in primis illis annis, nunc vicinia habeat & conjungat. Aliud nihil scribo quidquid à me factum voles, impera. non Eurialum Nisus magis, quàm ego te verè meum amabo. ponat tantùm ac deſæviat triſtis hæc lues, quæ hanc illamq; urbem ſic convertit. Convenire poſteà, convivere non in ſeptimanas tantùm ſed dies fuerit, & ludere, lætari, gaudere, per ſeria & joca ire, de litteris doctrinisq; ſermones trahere, & quidquid volumus aut optamus. Deus perficiat nobis hoc deſiderium, det me teque triſtia hæc ſuperare, ſi illi viſum, nobis in ſalutem. Jacobum Janum per te ſaluto, tertium equum, qui amicitiæ hunc currum trahat, etiam illum vide, quomodò fata hîc addiderunt in primâ illâ ætate conjunctum. Læderææ. Id. Octob. CIↃ IↃC. XIX.

EPIST. XX.

Trygetelliano.

GEORGIO MARIO.

IN abitu eram & ferè in curru, cùm tuæ allatæ, nec reſpondere jam tempus, niſi affectus juberet & in te amor. Premi te ſic ibi & triſtari, triſte mihi fuit audire. Quid tamen dicam? ferenda hæc aliaq; ſunt & vel graviora exſpectanda, non nova mihi aut inſoli-

insolita sæpè & diu jam experto. Obfirmare animum debes ad ista & inter eos esse, quos ratio aut sapientia firmavit. Etiam omnibus te non aperire & nudare, Bonis notisq; potes debesq; te ostendere. apud alios dissimula & tege, ac Hilarem lætumq; exhibe etiam ubi non sis. nosti hoc Poetæ:

σοφοὶ ῥ συγκρύπτουσιν οἰκείας βλάβας.

sequere; nam qui gaudeant & lætentur ad hæc talia mundus hic etiam alit. Hîc magis erit, quod non ullâ tuâ culpâ hæc facta, nec enim potes aut velis negare. Ego si juvare possum & allevare, promptum jam diu habes & paratum. Nec verba apud me tantùm erunt, opere & facto ostendam, ubi opus;

Πᾶς λόγος ἐστὶ μάταιος, ὁ μὴ ἐπιτελούμενος ἔργῳ.

cogitabo, & impleam adhuc largiùs, quàm spem facio & addico ad verba & promissa non naturâ tantùm, sed instituto parcus. De me aliquid addam? in veteri eo sum & prisco statu & in eo ad mortem diurnabo. Ad ambiendum etiam cum occasio est, vetat & retinet non ratio solùm sed natura. Id ligat hic in vili & spreto loco. Nec doleo valdè aut irascor, præteritum me putare aliquis potest, nemo indignum,, & alij, ut nunc in more, ego facilius,

lius damnum, quàm audaciam admiſero, & neglegi, quàm me monente aut rogante exornari. Sed abeo, tu Salve.

EPIST. XXI.

JOANNI ANDREÆ.

MAnus ipſa tua primo aſpectu nota me adfecit: inſpectió multò magis. Cenſura talis viri tàm honeſta tàm amica, merito mihi magna, qui ſcio quàm tu veré magnus. Placere mihi ſcriptiunculæ eæ jam poſſunt, cum ita tibi, nec fuerit ut aliorum puncta non mereantur, cùm tuum attraxerunt. Nam de omnibus non ſpes mihi. nec ulli contigit, placere omnibus & ſe probare. Ut ita eam hortaris & ad alia etiam pergam, animum mihi eſſe hoc ſcias, non commoditatem ad talia aut locum. Ago enim non ut lubet aut tu me velis (neque hoc neſcis) & ferè cum Poëta:

Inter ſpem, curamq́, timores, inter & iras.

Ita multa turbant hîc & triſtant. nec jaceo tamen aut deſpero. quod idem vates ait:

Grata ſuperveniet quæ non ſperabitur hora.

me ad ſperata ferat & votiva, hoc eſt, ad otium

otium, ad quietem, quam Musæ & hæc studia amant; nam hîc non habeo, nec locus est, in quo minus liceat tractare nunc in Europa. Quidquid tamen licet, mihi certum conferre ad verum hunc animi cultum, ut bonus magis quàm ut magnus evadam, famam potius altam, quàm fortunam relinquam. Claudo & te valere opto.

EPIST. XXII.

JOANNI LAURENBERGIO.

ASferoo nostro abeunte à nobis & ad vos cogitante, merito mihi amplectenda occasio fuit compellandi tui. Quem jam diu (verè & citra fraudem scribam) inter paucos colo & honoro. Non visum fateor, sed à facie non à venâ; quam cultissimam admiratus sum crebrò in tuis scriptis; nam certè tu inter eos es, quos aut lego libẽter aut volvo, nec scio quos anteponi ibi nunc velim aut præferri. Nec blandior nunc apud te aut fallo, indicium dabunt jam olim Poëmatia nostra, si semel erit aspicere lucem. in quibus, cùm id erit, invenies cum elogio nomen tuum. A te oro, &(liberè dicam) posco, uti eundem animum in me serves aut admittas & scriptione interdum, cũ occasio aut facultas erit, aperias & diffundas. Non de publicis, aut quæ gentes urbesq; tangunt;

gunt, ſed de ſtudijs his noſtris & Muſis, quid tu, quid Lubinus, quid alij ibi meditentur Duces modò & Ductores in meliore hoc animi cultu. Parcæ illæ tàm latè jam diffuſæ parcant adhuc in parte, utinam diu faciant & Hygija hîc ſit plena, placata, firma. Quam tibi, familiæ, amicis (quos multos & magnos ibi habes) opto. Vale & ama ſic amantem ſic provocantem. Malm.

EPIST. XXIII.

IN lætitiam eo cum has lego, in lubentiam, & veré quod ait ille:

ὁ νῦς τε μετεωρίζεται
κ' ἐπαίρεται.

omnia in ijs grata, èxcipio meas laudes, in quas tu nimis profuſus. & temperare te velim ac abſtinere,

Gaudens prænomine molles
Auriculæ;

& encomijs ſæpè, quibus nec ipſæ dignæ. Egó non facio, aut ad blandientium ſermonum has auras vela extendo. In modeſtiâ & demiſſione maneamus, nec loquamur de nobis aut ſentiamus niſi cum parvis & ſpretis. in ſuſpicionem aliter incurſuri, in obtrectationes. Ab alijs hæc fortè aut majora audiam, ut cujusq; eſt effectus, à te non debeo, qui jam diu meus:

Sed

Sed omitto, valere te ibi esse, in studijs pallere, mihi lætum. Tu sic diurna. sapientiam & doctrinám ama, ac famam indè relinquere. Nam divitiæ, opes, & quidquid vulgus hic æstimat,

Intereunt ; hæc sola manet bustoq; superstes Evolat ,

& ad posteros venturosq; manet ac in longum ævum, si non omne. certè finem non habebit, si in virtute fundata, antequàm iste mundus. De-novo incepto salutare & felix sit, magni ingenij & laboris ea res, etiam gloriæ si perfeceris. Ego illuc hortor totâ mente ac suadeo, hoc etiam dico :

Conatus non pœniteat votiq; peracti.

Habes ibi magnos altosq; qui cum laude ad ea ducant. nec scio nunc facilè locum in Europâ, qui magis ad has Musas. Inter alios Heinsium ibi amo æstimoq; è profundâ mente. Causa ita est, multa in me ab eo nimis amica, ita moneor à multis, qui audiverunt, qui viderunt. Quo meo merito ? nam quod cupidinem quandam meam ad litteras profert & prætexit. nihil. ille magnus, ille alacer, & famæ hunc campum decurrit sine fraude. Nos jacemus, aut non nos tollimus in hoc morbo, his mo-

molestijs, & mole prementium laborum. Sed tu à me nunc amplecteris & mentem hanc illi firmabis adspirantem ad eum (si res sinat) & profusam. Non aliter me hoc ævum æstimet, quàm ego illum. De te idem affirmo, & hanc solam esse jam curam, ut quidquid restet vitæ in virtute & serijs jam studijs traducam, in amore etiam vestrum talium & ad vos affectu. Vale, & cum Flacco meo

in rebus jucundis vive beatus.

Malm. Non. Sextil.

EPIST. XXIV.

N. N. AMOREM Nuncio.

QUi certè in te summus. nam jam dudùm cum devotione quadam inclino in te diffusæ & magnæ doctrinæ causâ, nunc magis cum te quoq; video affectu ad me ire & flectere. Nam qua de me inspersisti litteras tuas Buquius submisit & decentes valdè & faventes. Atque in animo illo tuo lætor, in judicio me tollo. quia (certè & sine fuco) si quisquam est Belgarum, cui placere me meaq; optem, is tu es inter scitissimos summus. Nec altiorem favorem aut plausum scriptis his meis optem, quâm tibi à me semper datus. A te itidem oro, & (jure dicam) requiro, ut in amorē

 ad me

ad me sic eas aut maneas, & ut veré variéque me delectes, crebrâ cum scriptione accendas & sustentes scriptione, non vestrorum motuum aut quid Pompejus ibi aliquis moliatur aut Cæsar (me ista non tangunt.) Sed quæ diffundant se per Musas has nostras. quid te quid Heinsium, quid reliquos vestros magnos jam tenet ejusdem nobiscum curæ. Vale,& amantem ama.Hugoni Grotio magno altoq; viro à me salutem. Malm. Non Sextil.

EPIST. XXV.

QUod siles in tantum, mihi ingratum, quòd moram sic ducis & te subducis, multò magis. Intra septimanas aditurum ajebas te, annus jam effluxit. Propositum hoc fuit? an aliquid impedivit? vel placent tibi Cretenses isti, & fallentes mores. An potiùs imbellia ibi alligat & valetudo ,quæ diu non votiva. Ita nescio quis huc attulit, & per eam te non potuisse dare in viam. Spero nunc emendatum, & quod dolore serum sit eâ restitutâ. Velim esse, te venire, libros etiam adferre diu addictos.&si quæ alia ibi ad Phæbum. Nos adhuc sumus, qui volumus & quales reliquisti, in te etiam, quæcunq; sors erit, proni semper & volentes. Vale, & adhuc veni. Malm.

EPIST

EPIST. XXVI.

Litteræ istæ tuæ caræ, etsi non cara quædam dicunt. Illud displicet de emansione tuâ longiore, & quòd reditum ad nos non sumas antè & disponas. lustrare, discurrere etjam nimium quis potest, & tu vide, ut modum hîc serves, ac ne Circe aliqua ibi te liget aut immutet. Redire iterum debes & adfigi tuæ terræ, hîc etiam sedem, uxorem, honores sumere, ad quæ mea & parentium vota jam vocant. A novo illo amatore quæ misisti, lubens vidi, vin' dicam qualia? supra modum proba. nec ipsa Phœbi proles Flaccus possit aliquid magis Phœbæum. Haud scio an inspetata hæc benignitas me ita cœperit. Sed non videor carmen cultius vidisse à prisco ævo, σέβας μ' ἔχει καὶ αἴγη recentem jam à lectione & novum, & omnia in eo admiror, præter meas laudes. quas alto animo in me effundit. Eas non in aures admitto, nedum animum, aut assensum meum dono. Esse qualem depingit voti vix est, non spei. Odi istam nunc crebram præsumtionem, & ad omnes laudes citum consensum. In modestiâ nos malim perstare, nec ad blandientes illos sermones tolli nimis & levari. Laudare nos alij possunt aut admirari, noscere nos ipsi debemus, & majora non admittere merito

nostro aut sorte. Ad ipsum illum scribo, & per te mitto. De N. N. audio Portuæ fuisse ante binos hos menses. Ita alij ad me scribunt sive dicunt. cur non unà hic? pulcram occasionem sciat se amisisse & non ex facili reparandam. Atqui Malmogiam eum nostram & in eâ Canutum non vidisse damnum nostrum est & dolor. Et non ego illi tanti? sed excuso eum ipse, scio in quo loco tùm res ejus & non fuisse ad id libertatem. Et tu eum à me jube emendare hoc alias & salvere. Jani Rutgersij *Variarum* libros vidimus, doctum & sine exceptione probum plané scriptum. ab eâ certè ætate. nam juvenem audio & paucorum annorum. Si tamen notitia mihi cum illo, in paucis monerem aut suggererem; nam à judicio ejus alibi me abire cur negem? Etsi hoc quoq; levitèr. nam matura pleraq; sunt gravia & non pro juvene. Hugonem Grotium ibi jam diu optem in me inclinare, ut ille jam est inter sydera illa Belgicæ. Dicas favere me, admirari, amare. hoc etiam offerre me ei hanc mentem & sine fraude affectum. Henrico Ebbio viro summo (talem scito) à me nuncia litteras ejus jam accepisse, jam cum hæc scribo, non potuisse respondere in hac festinantiâ, missurum me litteras, & alia ista in brevi.

EPIST.

EPIST. XXVII.

JUro tibi, magne juvenis, nulla dona jam diu cariora mihi fuisse, & mente tuâ & metro, quorum utrumq; tàm faventèr donas; ea namq; affectu spirabat, istud suavitate, & debeo (nisi valde à me abeo & muto) largè redhostire illam, istud prædicare. Imprimè quod in humilem propendes, in jacentem, in insperantem. Nam quòd merita quædam mea in litteratorum genus profers & prætendis, omitte. Hoc magis se exserit tuus amor & ostendit, qui non valdè attollenda attollis, & magnum altumq; animum sic permittis ad errorem. Interim hoc ex corde tibi adfirmo, iterum teneri te à me certo serioq; amore, ad quem anni ipsi addant, & obfirment. ita ego assuevi, tu mereris.

EPIST. XXVIII.

DUrus sit, & Gratijs non notus, Vir clarissime, cui non & litteræ tuæ caræ, & hæc ad amicitiam provocatio tàm jucunda, tàm demissa. Quàm quod primò, quod spontè suscipis. meritò æstimo, qui scio quàm tu à Musis & ubiq; æstimatus. Et dedi ad te effectum à multis jam annis, aut verius cultum, quamvis tectum & velut in hoc pectore inclusum, sed promendum quàm primum aliqua com-

moditas ad id esset ac eliceret. Eam j
jure gaudeo, & velut in viri Princi
triumpho. Nectis me ita tibi, & at
ladæo quodam nexu, quem nulla fr
vis tollat aut exscindat, neq; quæ fa
Parcarum filum scindat. Nam tàn
tum mihi, in aliâ etiam vitâ te ama
aliquandò ad eam venire. Tu tantù
na, & qui prior amoris, ut sic dicar
res insevisti, irrigare deinceps perge
rarum ac affatus imbre excita sæpè
ge. Vale ô Phæbi & mea magna spes

EPIST. XXIX.

VIdi tuas, in cor immisi & in me
aliter pote, ut eæ non dulces sed
& Musis faventibus scriptæ. Cum P

οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τόσον
γε μαλθακὰ τεύχει
γυῖα,

quantum me illæ & refecerunt plan
ctarunt. Tàm impressa & calentia
ostendunt non amare te solum sed
quod Musas testor gratum mihi esse
Nam alia ad me delata olim non ne
nunc video, vana & infra altam tu
tem. Committi nos aliqui vellent &

disjungi, quos per magnum Deum speramus & affectu inter nos certemus non livore. Ad alta & recta uterque imus & famæ illud decorum. Ad inclinationem id valeat non invidentiam aut, quod ægrè scribo, aversionem. Amicitia inter nos olim fuit, erit porrò & ad metam duret, nec delinquamus jam ultrà cessatione ejus, & (ut sic scribam) inusu. In me nihil desideres unquam aut requires, quod ad pronum hunc sensum, ad benivolentiam, ad fidem. & in te semper propendeam, ita in me magnus Deus. is te servet, me restituat, cum visum.

EPIST. XXX.

MUsas ego testor, vir summe, ut in solà manu tuâ visâ exsilui; quantò magis in addictione amoris, quem magnum mansurumque mihi à te dari planè clareque sic vidi. Seria & certa mihi in te inclinatio est, sedesque mihi in imo isto corde. Lætor mihi idem apud te esse, magis ut consensum hunc video conspirantis ingenij nostri & naturæ. Nam & ego in his studijs jam diu sum & ostendere cœpi ante plures hos annos. Multa cœpi, multa affeci, quæ de sapientiâ aliquâ (nisi erro) testabuntur & intentione, etsi non ad vulgarem morem aut modum. Quædam

etiam illuc nunc mitto, sed ut cen
per ea eas ac percurras. Quod prin
te sedulò fac & liberè, ut amicum d
ubi judicio à me abis & flectis. D
in animo & cupidâ mente, ut n
quàm hoc possumus, & ego à qu
modò bona. Quomodò à te non v
modò non in eâ ætate, quæ labi, ti
li prona? quandò

καλὸν δ' καὶ γέροντι μανθάνειν

alios hoc poterit, me non pudebi
in viam duci si ab eâ erro. Et cur
credam aut planè me eximam, q
unquàm perfectum, aut ad quod n
addi? Carius hoc facias & magis
quò apertius indices & non ab
vale, & ad me sic inclina, quod
rum mihi te scio, si scias quàm ve
Uxori tuæ lectissimæ fœminæ à me
cito. Malm.

EPIST. XXXI.

ABjectas illas meas ad te, aut a
tas in dolorem fuit & pœnè
nem. quam tamen nonnihil lenit,
ijs saltem videam tibi constare,
psisse, misisse. Nam eo mihi po
ctum. Nihil enim in ijs magnum

damnum det ignotum. hoc tantum, amoris & inclinationis addictionem præferebant, quam ante annos multos susceptam nec dum pono. At tua illa Epistola, quàm mihi dulcis, & in tristibus, quæ cingunt, amœna! Præter enim laudes (quas nimis effundis) affectus in me continent magna signa. quod tangere imum hoc pectus à tali viro debeo fateri. Eramus his diebus in primitijs quibusdam nostris refingendis, videbis quandò exe lucem & quædam ibi de te. Exemplar jubebo Amsterdamo mitti; nam hinc longum sit, nec nisi Francofurtensi viâ & mercatu id pote. Ac nec tū satis certò. De alijs meis valdè urges & tracta vis in lucem? Musas testor otiū nūc ferè animū non esse ad ista. Ad nomē & famam votū abivit & tegi ferè satius puto & nesciri. De morbo meo non potes non audivisse. is jam abijt & reliquit, & valetudinem habeo, quam volo. Lues hîc tamen nobis gravis & periculum non impendet jam, sed adest. Deus avertat si visum, etsi hæc sunt illa contra quæ pietas non munivit, quæ hoc saltem mihi contulit, dum eam hîc infundo, ut impressa constantia aliqua huic menti & vel adversus graviora robur. Tu salve in superis illis locis vidende, si hîc non spes sit.

Sed omitto, valere te ibi esse, in
re, mihi lætum. Tu sic diurna,
doctrinam ama, ac famam in
Nam divitiæ, opes, & quidqu
æstimat,

Intereunt ; hæc sola manet hu
Evolat ,

& ad posteros venturosq; manet
ævum, si non omne. certè finem
si in virtute fundata, antequàm
De novo incepto salutare & f
ingenij & laboris ea res, etiam
ceris. Ego illuc hortor totâ men
hoc etiam dico :

Conatus non pœniteat voti

Habes ibi magnos altosq; qui
ea ducant. nec scio nunc facilè
ropâ, qui magis ad has Musas. Int
sium ibi amo æstimoq; è profu
Causa ita est, multa in me ab eo
ita moneor à multis, qui audiver
runt. Quo meo merito ? nam qu
quandam meam ad litteras pro
xit. nihil. ille magnus, ille ala
hunc campum decurrit sine fra
inus, aut non nos tollimus in h

molestijs, & mole prementium laborum. Sed tu à me nunc amplecteris & mentem hanc illi firmabis adspirantem ad eum (si res sinat) & profusam. Non aliter me hoc ævum æstimet, quàm ego illum. De te idem affirmo, & hanc solam esse jam curam, ut quidquid restet vitæ in virtute & serijs jam studijs traducam, in amore etiam vestrum talium & ad vos affectu. Vale, & cum Flacco meo

in rebus jucundis vive beatus.

Malm. Non. Sextil.

EPIST. XXIV.

N. N. AMOREM Nuncio.

QUi certè in te summus. nam jam dudùm cum devotione quadam inclino in te diffusæ & magnæ doctrinæ causâ, nunc magis cum te quoq; video affectu ad me ire & flectere. Nam qua de me inspersisti litteras tuas Buquius submisit & decentes valdè & faventes. Atque in animo illo tuo lætor, in judicio me tollo. quia (certè & sine fuco) si quisquam est Belgarum, cui placere me meaq; optem, is tu es inter scitissimos summus. Nec altiorem favorem aut plausum scriptis his meis optem, quâm tibi à me semper datus. A te itidem oro, & (jure dicam) requiro, ut in amorē

ad me ficcas aut maneas, & ut ve
me delectes, crebrâ cum scriptio
& sustentes scriptione, non vest
tuum aut quid Pompejus ibi aliqu
aut Cæsar (me ista non tangunt.)
fundant se per Musas has nostras.
Heinsium, quid reliquos vestros r
tenet ejusdem nobiscum curæ. Va
tem ama. Hugoni Grotio magno
à me salutem. Malm. Non Sextil.

EPIST. XXV.

QUod siles in tantum, mihi
quòd moram sic ducis & t
multò magis. Intra septimanas ad
bas te, annus jam effluxit. Prop
fuit? an aliquid impedivit? vel
Cretenses isti, & fallentes mores.
imbellia ibi alligat & valetudo, qu
votiva. Ita nescio quis huc attulit
te non potuisse dare in viam.
emendatum, & quod dolore seru
stitutâ. Velim esse, te venire, libro
ferre diu addictos, & si quæ alia ibi
Nos adhuc sumus, qui volumus &
liquisti, in te etiam, quæcunq; so
ni semper & volentes. Vale, &
Malm.

EPIST. XXVI.

LItteræ istæ tuæ caræ, etsi non cara quædam dicunt. Illud displicet de emansione tuâ longiore, & quòd reditum ad nos non sumas antè & disponas. lustrare, discurrere etjam nimium quis potest, & tu vide, ut modum hîc serves, ac ne Circe aliqua ibi te liget aut immutet. Redire iterum debes & adfigi tuæ terræ, hîc etiam sedem, uxorem, honores sumere, ad quæ mea & parentium vota jam vocant. A novo illo amatore quæ misisti, lubens vidi, vin' dicam qualia? supra modum proba. nec ipsa Phœbi proles Flaccus possit aliquid magis Phœbæum. Haud scio an insperata hæc benignitas me ita cœperit. Sed non videor carmen cultius vidisse à prisco ævo, σέβας μ' ἔχει καὶ αἰδὼς recentem jam à lectione & novum, & omnia in eo admiror, præter meas laudes. quas alto animo in me effundit. Eas non in aures admitto, nedum animum, aut assensum meum dono. Esse qualem depingit voti vix est, non spei. Odi istam nunc crebram præsumtionem, & ad omnes laudes citum consensum. In modestiâ nos malim perstare, nec ad blandientes illos sermones tolli nimis & levari. Laudare nos alij possunt aut admirari, noscere nos ipsi debemus, & majora non admittere merito

.nostro aut sorte. Ad ipsum illum scri
te mitto. De N. N. audio Portuæ fui
binos hos menses. Ita alij ad me scr
dicunt. cur non unà hîc? pulcram oc
sciat se amisisse & non ex facili repa
Atqui Malmogiam eum nostram &
nutum non vidisse damnum nostr
dolor. Et non ego illi tanti? sed ex
ipse, scio in quo loco tùm res ejus &
se ad id libertatem. Et tu eum à me ju
dare hoc alias & salvere. Jani Rutge
rum libros vidimus, doctum & sine
ne probum planè scriptum. ab eâ co
nam juvenem audio & paucorum
Si tamen notitia mihi cum illo, in p
nerem aut suggererem; nam à judici
bi me abire cur negem? Etsi hoc quo
nam matura pleraq; sunt gravia &
juvenem. Hugonem Grotium ibi
ptem in me inclinare, ut ille jam e
dera illa Belgicæ. Dicas favere me,
amare. hoc etiam offerre me ei han
& sine fraude affectum. Henrico I
summo (talem scito) à me nuncia li
jam accepisse, jam cum hæc scribo, r
isse respondere in hac festinantiâ, r
me litteras, & alia ista in brevi.

EPIST. XXVII.

JUro tibi, magne juvenis, nulla dona jam diu cariora mihi fuisse, & mente tuâ & metro, quorum utrumq; tàm faventèr donas; ea namq; affectu spirabat, istud suavitate, & debeo (nisi valde à me abeo & muto) largè redhostire illam, istud prædicare. Imprimè quod in humilem propendes, in jacentem, in insperantem. Nam quòd merita quædam mea in litteratorum genus profers & prætendis, omitte. Hoc magis se exserit tuus amor & ostendit, qui non valdè attollenda attollis, & magnum altumq; animum sic permittis ad errorem. Interim hoc ex corde tibi adfirmo, iterum teneri te à me certo serioq; amore, ad quem anni ipsi addant, & obfirment. ita ego assuevi, tu mereris.

EPIST. XXVIII.

DUrus sit, & Gratijs non notus, Vir clarissime, cui non & litteræ tuæ caræ, & hæc ad amicitiam provocatio tàm jucunda, tàm demissa. Quàm quod primò, quod spontè suscipis. meritò æstimo, qui scio quàm tu à Musis & ubiq; æstimatus. Et dedi ad te effectum à multis jam annis, aut verius cultum, quamvis tectum & velut in hoc pectore inclusum, sed promendum quàm primum aliqua com-

moditas ad id esset ac eliceret. Eam jam datam jure gaudeo, & velut in viri Principis favore triumpho. Nectis me ita tibi, & attrahis Pyladæo quodam nexu, quem nulla fraus, nulla vis tollat aut exscindat, neq; quæ fatale illud Parcarum filum scindat. Nam tàm propositum mihi, in aliâ etiam vitâ te amare, quàm aliquandò ad eam venire. Tu tantùm sic diurna, & qui prior amoris, ut sic dicam, hos flores insevisti, irrigare deinceps perge, & litterarum ac affatus imbre excita sæpè & insperge. Vale ô Phæbi & mea magna spes! Malm.

EPIST. XXIX.

VIdi tuas, in cor immisi & in mentem. nec aliter pote, ut eæ non dulces sed nectareæ, & Musis faventibus scriptæ. Cum Pindaro:

οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τόσον
γε μαλθακὰ τεύχει
γυῖα,

quantum me illæ & refecerunt planè ac oblectarunt. Tàm impressa & calentia tua verba ostendunt non amare te solum sed perire, quod Musas testor gratum mihi esse intellectu. Nam alia ad me delata olim non nego, sed, ut nunc video, vana & infra altam tuam mentem. Committi nos aliqui vellent & inter nos dis-

disjungi, quos per magnum Deum speramus & affectu inter nos certemus non livore. Ad alta & recta uterque imus & famæ illud decorum. Ad inclinationem id valeat non invidentiam aut, quod ægrè scribo, aversionem. Amicitia inter nos olim fuit; erit porrò & ad metam duret, nec delinquamus jam ultrà cessatione ejus, & (ut sic scribam) inusu. In me nihil desideres unquam aut requires, quod ad pronum hunc sensum, ad benivolentiam, ad fidem. & in te semper propendeam, ita in me magnus Deus. is te servet, me restituat, cum visum.

EPIST. XXX.

MUsas ego testor, vir summe, ut in solâ manu tuâ visâ exsilui: quantò magis in addictione amoris, quem magnum mansurumque mihi à te dari planè clareque sic vidi. Seria & certa mihi in te inclinatio est, sedesque mihi in imo isto corde. Lætor mihi idem apud te esse, magis ut consensum hunc video conspirantis ingenij nostri & naturæ. Nam & ego in his studijs jam diu sum & ostendere cœpi ante plures hos annos. Multa cœpi, multa affeci, quæ de sapientiâ aliquâ (nisi erro) testabuntur & intentione, etsi non ad vulgarem morem aut modum. Quædam

damnum det ignotum. hoc tantum, amoris & inclinationis addictionem præferebant, quam ante annos multos susceptam nec dum pono. At tua illa Epistola, quàm mihi dulcis, & in tristibus, quæ cingunt, amœna! Præter enim laudes (quas nimis effundis) affectus in me continent magna signa, quod tangere imum hoc pectus à tali viro debeo fateri. Eramus his diebus in primitijs quibusdam nostris refingendis, videbis quandò eæ lucem & quædam ibi de te. Exemplar jubebo Amsterdamo mitti; nam hinc longum sit, nec nisi Francofurtensi viâ & mercatu id pote. Ac nec tũ satis certò. De alijs meis valdè urges & tracta vis in lucem? Musas testor otiũ nũc ferè animũ non esse ad ista. Ad nomẽ & famam votũ abivit & tegi ferè satius puto & nesciri. De morbo meo non potes non audivisse. is jam abijt & reliquit, & valetudinem habeo, quam volo. Lues hîc tamen nobis gravis & periculum non impendet jam, sed adest. Deus avertat si visum. etsi hæc sunt illa contra quæ pietas non munivit, quæ hoc saltem mihi contulit, dum eam hîc infundo, ut impressa constantia aliqua huic menti & vel adversus graviora robur. Tu salve in superis illis locis vidende, si hîc non spes sit.

EPIST. XXXI

ITa hæc valetudo semel se repo
jam diu non est ad votum) u
suræ lætitiæ imo gaudio sunt tuæ
faventèr ad me & devotè script
sum, clarissime virorum, ut ad
mittas & infra meas laudes? Qu
novi, hoc scio hunc tàm fervent
non meruisse à tanto viro. Nam
enim aliter tàm rectam certamq
traheret in istum de me sensum.
bam, me meaq; trado tibi ac do
tua, quidquid me aut ubi erit; n
quam ea addictio aut finiat, nisi
nio ad finem. Studia hæc mea l
languor diu tardavit. languor, q
Lethen traxit, me identidem &
nunc extra metum sum, etsi in ab
tione esse morbum sperem. Abs
scripta quædam mea vidisses, &
tanti, cum benivolentiâ memoria
vellem & tu mereris. Sed non
qui in abscessu est & fluxit, no
occupationum, in quâ tuæ allat
causa & apud Puteanum diu meu
brevi me & largitèr diffundam.
enim aliquod tædium apud me

non affectus, qui mihi perennis in vos tales. Malm.

EPIST. XXXIII.

PArcè scribis, & haud scio an eâ causâ litteræ tuæ non suaviores. Ultimis sanè istis juro me non lætitiâ solum imbutum, sed voluptate. Si loqui ita fas in mœstitiâ hac temporum; nam de nobis credo vos audivisse, à lue hîc nihil tutum aut tranquillum. Norvegiam jam totam pertransit latâ labe, nobis jam non minatur, sed impendet. Portuæ funera jam crebra & in diem cum parum XL. sed Deus hæc tristia à nobis vertat, cum nos ad eum vertamus pœnitentiâ & pietate. In re tuâ quid? adhuc hæres & in hanc illamq; partem impingis, ita litteræ tuæ videntur præferre, Atqui concludendum aliquid semel est, cui firmiter insistas. Fluctuatio hæc longa & in nullum pedem firma sententia non in rem tuam, non in laudem. Musæa hæc vita, si me audis & litterarum cum commodo, tuo cum famâ reducat. ei quies, ei decus comes, ei interna & externa tranquillitas & quidquid voles aut voves; nam ad vana illa bona & extra splendentia non eas ac animum mittas. Alij ad quævis fastidiant & mergantur semper in cupidinum novis undis, tu navim

tuam

mittat. quidquid tamen ea permittet mihi firmum vertere ad hanc meliorem mentem, & quod in me est litteras doctrinasq; ire adjutum aut ornatum. Valdè huc me invitet etiam favoris tui aura, quæ suaviter mihi spirat. Opinio tua tamen vana de discessu meo ad Belgas, unde ea autem? à rumore aliquo aut quoquam meo? non enim à me sanè aut meâ scriptione. nec cogitatio unquam fuit aut propositi. Omnia patior antequàm patriam hanc eo desertum. adversa in ea judicia aut iniqua me non pellant vix interpellant. Latere & nesciri inter meos ferè propositum & habeant hæc splendida, qui possunt, dummodò ego merear. In publicis, quæ inspergis, non libens legi. Amo illum tractum jam diu etiam videre iterum & regustare, si tres hîc sinant. nec gratum mihi eum sic in se verti & diffidere. Utinam consiliarij essent, qui debebant, hæc aut pejora non evenirent. nosti hoc Poëtæ:

βουλῆς μὲν οὐδέν ἐστιν ἔχθιον κακῆς.

&, si essent apud vos, qui fuerunt, non essent in hoc statu res vestræ. Sed Deo permittamus, is sedabit hos fluctus, & ponat, cum visum. Idem, amplisś: Domine, diu te servet, & omnia donet, quæ in cupido voto.

EPIST. XXI

AMicitiam tuam defers, mean
precaris, nihil potuit gratius
nire. amo omnes qui litteras &
in te qui omittam Duce ad eas
Appetere hoc ipse debebam & ta
me factum. quod non ostendi,
avertit & altitudo, ad quam no
accedo, qui sic in spreto, in vil
nunc quia invitas tàm suavitèr,
venio libens in amicitiæ hoc
solvat ulla dies aut disrumpat,
hoc tamen rumpat, quod his ips
quam per Syngrapham sponsum
munere isto, hoc vero non eg
regium, nec tibi minus debebo,
dedit. Conciliator, sat scio, &
fuisti. Hæc talia non valdè me
mus magis, qui in utroq; vestrû
& precium ab eo facio magis, qu
hoc splendore. Sed tu gratum n
te & animo responsurum, si alit
De scriptis, quæ adjungis, ea mi
ma. amo quidquid à vobis veni
ror, nec alij (non multi) affectum
habent; nam vulgum eum stultus
Nos etiam pluscula emisimus p

ſed leves res, nec iſtius ſalivæ. cenſe tamen & cerne nos hîc multa velle, te poſſe. Vale, magne vir, & ſummo Heroum à me ſalutem. Malmogiæ.

EPIST. XXXVI.

PEricula iſta vidi, quædam legi, omnia ex ijs amavi, adderem admiratum me eſſe, niſi alia tua id ſenſus dictique ſubtraxiſſent. Nam jam antè ſic manus ea & vena ſparſit, ut magna & ſumma à te poſtulare debeamus non tantùm ſperare. Reflectere te interdum ad læta iſta & delicias, ut ſic dicam, ſtudiorum, in rem tuam erit, in laudem, quidquid damnent, alij & ſpernant. Ut in arbore in fructum prona folia non odimus aut flores: Ita hic ornamenta cur non feramus, aut in alijs amemus? neque enim aliud iſta ſunt. Sed morbum hunc ſcito, quod in nobis non eſt, in alijs improbamus, & obtines jam ac mos eſt, ſpernere, ac non velle, ad quæ cuivis non eſt venire. Tu confide, vivant illi verſus, quàm diu Phœbi nomen & Muſarum vivat. An aliud etiam eſt, quod ad tuas reponam? nil video magnum, aut quod poſcat reſponſum. Saltem ô hora illa in quam una mecum inclinas quandò allabere? quandò te & amicum illum noſtrum in Muſæo iſto

teneam

teneam & tangam? quandò in
ter Floræ has opes ambulemus
temur? Deus semel

Τὸ δ' ἐπικρήηνον ἐέλδωρ.

Anhelo enim eò; quia ut pro
video, brevi ducat ad mortem
nuper litteræ, edit de eruption
in Italiam, & addicit brevi exe
prolongo, venite, videte, vale

EPIST. XXXVI

PRimitias tuas vidi, id est, m
gustavi. planè pro salivâ m
& in rebus ad magna ac alta i
elegantiam & decorem. Qu
istud? mane in hac viâ, hac al
gna ipsa sic & magnos venture
se video, quales in eâ ætate pa
omnes dicant, si hîc non desista
mihi moneris, ipse

Acer & ad palmæ per t
nores.

In favore illius viri gaudeo. q
tarent & ad magna traherent
tu diu fruere ad lucem & hono
tus ijs præsidijs & eductus,
res sumus, & si famâ per har
erimus; nam magis est ut retra

nestâ illâ cupidine, quam excitent & instigent, Ea causa (quid negem) quod tardè ad ea eo, quó debebam. In rebus nostris quæ submittis, grata mihi, utar post impetratum majus otium & spem status tranquillioris. Si obtineam, libens certè manum & limam adjiciam Historiæ magnæ gentis. Hîc nil permittor, & Theologis sola vendicat sibi & poscit. Itaq; ferimus & sic manemus, donec Musis visum lucem aliquam huc dare, & mihi meliorem sedem. optare certè debeam, nescio an sperare. De Tausano nostro & Wellejo omnia recta, nisi hoc tamen, quod nondum in Junonijs his vinclis & minantur jam brevi subituri hoc jugum. Lætum ijs optemus & ad vota. Quod dici illis volebas factum, in amore ad te perstant, salutem per me mittunt.

EPIST. XXXVIII.

DE morbo tuo triste fuit audire V. C. magis quia de me majore sic metus, nec abs re sanè timere quæcunq; eveniunt, de tàm duro tamen, tàm dubio ne metue aut suspira; nec enim fuerit ut fata in tantum irascantur. Quidquid erit,

οὐ δεῖ σχετλιάζειν καὶ βοᾶν, πρὶν ἂν μάθῃς,

nec te affligere ac dolore vulnere adhuc non accepto. mitiora omnia erunt, quàm tu jam

credas in trifti fenfu. Ac ut extr
proponamus, lætos plures dies
annos, cur ad triftes paucas ho
manas jaceremus? corpore hoc
non finamus, & ratione ac fapien
Ita comparatum est in ætate h
Dijs placitum, voluptati ut n
confequatur, ait quidam. Qu
valdè aut indignemur. Fuit hic
rum curfus, femper erit & ut et
campis flores non tantùm habe
mifcent & rubi: Ita in vitâ hac ef
dam infunt, fed quæ læta iterum
infundant ac quæ voles. Non fci
ta funt & jucunda, fi adverfa nu
niant, magis

μετ᾽ γὰρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀ

tibi fpero erit, & ut jam, quod f
nus:

Gaudia præmißi cumulent in

triftibus jam præteritis & devicti
convalefcere, fi nondum factu

EPIST. XXX

TRiftibus oculis atque animo
legi. quidquid alij, me certe
factum & verè dicam in eo cafu

Inclusus dolor, atq; cor æstuat intus.

Amisisse me ibi fatear amicum cõstantiâ, fide, benivolentiâ magnum, & inveniam faciliùs qui locum subeat, quàm implebit. Etiam te esse in valetudine eâ tàm longâ mihi non lætum, & si in me esset tollere aut emendare, venirent ista citò ad finem. cum Comico probè est ut exclamem:

Parva res est voluptatum in vitâ atq; in ætate
Agunda præ quàm quod molestum est.

Et tu fer omnem istam sortem forti infractóq; corde, hoc est, ut virum, ut te decet

εἰδὼς πολλάκις
ὅτι τὸ λυπεῖν ὕστερον χαρὰν ἄγει.

Fata melius vident ac norunt, quæ in salutem sunt, in usum;

multis damnosa fuere
Gaudia;

quidquid in ea omnes inclinamus & possimus. quis scit an in commodum nostrum non est; habere hæc non jucunda & admoneri interdùm fragilis nostræ sortis. Sed heus tu, ego ne his diebus Rosæfonti? moriar nisi risu solutus sim in hac tuâ querelâ, si non tristia hæc tenerent, quæ ubique sic cingunt. Unde hoc

autem à ferio aliquo an jocante
pedem hac urbe non extuli eo men
id probrum(ita dicam) ut in illu
unquam veniam, non visis vobis.
consanesce cum tuâ, cum socero,
cum ijs, qui vobis volunt.

EPIST. XL.

SUbtristis tuas vidi, & cum mær
in eo tàm diu.etsi ob mollitiem
nonnihil indignor & querelas h
bras, tàm incautas. Discessit ali
tuis? ubi sapientia. Satis pœnè h
tui, quod ipsum te salvum. Et si e
ista vel graviora: dissimulanda tam
hil, & me authore tegenda,

ἀγώμενον γὰρ ἐστὶ θρηνεῖσθαι πέ
cum quæ non sunt pro voto. Oste
& aperire,

εἰς πάντας ἀμαθὲς τὸ δ' ἐπικρύ
Hoc in casu illo juxta tecum dol
gnor eum, quicunq; fuit, sic illaps
pœnâ. etsi non latebit, non semper
dat & in aspectum ferat. si alij non

ἔρχεται τ' ἀληθὲς εἰς φῶς ἐνίοτ'
Tu curam eam pone, cum quâ ni
mentem ad alia mitte, & Deum in
aliâ via refundat, si quid sic amissu

ne illo huc misso, modestum se adhuc præbet & pro voto, si sic diurnet, non potuit ad ista melior optari, & spero non mutaturum, aut in interiore animo alium esse; Sed

ἤθους γὰρ βάσανος ἐστὶν ἀνθρώποις χρόνος,

& hic etiam ferar in lucem, si alia tegit & abscondit; nam fallere alios non nescis sub initia & primo adhuc adventu. Vale, & in animum ne redeant ultra quæ nunquam re ipsâ reducenda.

EPIST. XLI.

MAT. VARO.

CAræ mihi litteræ tuæ & jucundæ V. C. me fecerunt, etiam magnus juvenis quem commendasti libens vidi. amare, non tantùm favere cœpi tu sæpè sic scribe, tales mitte animo huic recreando hoc sit & tollendo in hoc labore. In quo quòd ego tàm diu tu culpas hîc & indignaris? ad alia me vis ire & magna altaq; vitæ? resisto & me compono, in quiete propositum & Musæo otio fallere quidquid restat vitæ magnis altisq; me non miscere & latere potius in mea plebe. Sed commodè non sum & ut ingenium & studia hæc poscant? bono loco me non esse quis non scit, & frustrà negem. queri tamen, lamentari dolere alij poterunt,

οὐκ ἐμὸν ἀνοίγειν λανθάνουσαν ἀτυχίαν ἐστί.
Fero & obduro, qui ſciam nos non ad læta omnia natos. omitto. De N. N. doleo infra ſpem eſſe, & in tàm lautâ re etiam faſtidire. multi

τ' ἀγαθὸν χεροῖν
ἔχοντες, οὐκ ἴσασι πρὶν τις ἐκβάλῃ.

& certè ipſi erit. reſpiret iterum ad hæc eadem cum amiſſa. Ego ſcio alibi non ex tàm facili paranda, quidquid hoc jactat & prætendit. Sed in ſermone deducamus; nam invitationem in animo eſt obire. Veniam ad vos, ſi vivam & Deus paucos hos menſes donet. Is te ſervet cum uxore, cum fratre, cum liberis quos amplectar. Malmogiæ.

EPIST. XLII.

Portuam.

Jo. HENNINGIO.

Dejectus legi & cum dolore quòd te tàm multa dejiciunt ibi & deturbant. Alia doctrina tua & virtus merebantur. malè ijs ſit, ob quos res tuæ tàm malæ nunc & abjectæ. Quid tamen facies? contemnas. Ad alia mentem & te vertas, imò alios, nec enim diurnare adſuadeam in eo loco. Laudabilia habere pro ſcopo hoc decet, & magna proponere ac tentare: eventum fatis permittere & ferre ſi quid præter ſpem evenit. nam

πολλάκι περ δόξαντι καὶ ἐλπίδα γίγνεται ἀρεῖν.

ἐς γ' ἀνδρῶν.

Perpende. nec dole in eo valdè, quod accidit ante multis. De N. N. etiam audimus non læta, uxorem amisisse, ipsum in morbum incidisse in eo luctu: Ita fit, cùm quis eum non habet cum modo, vel prisco illo teste

λύπαι μὲν ἀνθρώποισι τίκτουσι νόσους.

Sed levem eum lenemq; optamus, & ad valetudinem citò reversionem & læta. De alio illo suave fuit audire sic affectu ad me ire & inclinare, videre illum tractum jam diu est in voto. Si habeam id unquam, eum ibi videbo & amplectar. Est hæc viva vetusq; delectatio mea, viros noscere & attrahere, quos Musæ & virtus attraxerunt, &

μᾶλλον ἐγὼ πολλοῖο περαίφατον ἀνέρος ἀρεῖν

τέρψομαι ἤπερ χρυσὸν ἁπάντων κοίρανον ἀνδρῶν.

cum eo inprimis, qui jam antè in me sic propendet & vergit. Tu salve, eum à me saluta.

EPIST. LXIII.

Portuam.

CASPARO BARTOLINO.

DOnum iterum à te accepi,
per mihi jucundum. Paneg
in quo ingenij & doctrinæ alta
Multum Portua tibi debet, mu
quod optimum maximumq; P
cutè tollis, sic verè, Ad hæc tal
demitte, quod abesse non pot
laudem multis fructum doner,
& à nobis non aversi. Etiam in
silium ad probum. mihi quoq;
tempore hoc intuto. Utinam
alibiq; sit, utinam ille verus ille
νίσων respiciat tandem & nub
lat! Malm.

EPIST. XLIV

JOANNI ANDR

TRahis, mi Andrea, & addu
turum, & omitte melius
alio quovis genere magis mea
lucem, in sacro eo non adduco
novi, lites & contentiones, q
sparsæ. etsi in re nullâ magis va
tiæ & dissensiones, quàm ibi nu
circa Relligionem & Deum. In
tùm & aciem me mittam, si ista
rum pauci nunc amant, pauci a

hi certum nunquàm flectere ab eo & abire. etsi sit qui volet, se inclinet curvetq; ut visum, non effugiet hic morsum. Meliorem ætatem in istis trivi, & à quâ fructus debebant ad alios dimanare? De ætate, eam non potui meliori rei impendere, quàm ad pietatem, quæ sic ferret & salutem. De fructu spero eum sparsum sic in nostram hîc plebem, ut nulli culpent aut accusent. Labores tamen ij nimis magni, si sine fama sint? ij muneri huic adhærebant & in re pietatis libens adhuc habuissem vel majores. ad famam ab ijs, Musas testor, me nunquam respexisse. Fuisse initiò animum ad edendum non nego, sed qui ævum hoc nunc melius novi, muto eum nunc & depono. Commentarios tamen in MARCUM (quod alterum petebas) ne durum dicas, nunc mitto, utinam ad probos futuros, &, pro opinione tuâ, doctos. Pietatem ubiq; allucere & devotionem hoc spero, an ingenium semper & acumen tu nunc arbitrare. Sed tu. nolo enim spargi & diffundi, quod in SIMILIIS istis factũ doleo adhuc aut indignor. Ea enim non revoco nunc magis aut reduco, quàm horti mei folia, eo autumno amissa, quæ venti dudum sparserunt & egerunt in cursum. & quamvis non edita: descripta tamen ubiq; & vulgata.

Ac à Typographis meritò mihi
ne illi adhuc ad plures & in ann
mittant; nam concidant citò, &
nem eant tantùm descripta. Qu
te diu valere. Malmogiæ. X. Kal. M
XIX.

EPIST. LXV.

ERYCIO PUTEA

TEmpus nunc non est, mi Pu
otium ad longam scription
jam eram & propé in equo, cu
navi venit, hodiè abituram. Mo
malo in itinere, quàm responso
ter ad tuas potius, quam nil repo
letudine tuâ meliore ex mente la
quod de afflictâ non fuit. anteha
ego in dolorem eo & liquesco, c
quod nolis. Nec credo esse, qui
imò viribus tibi non velit additu
litteras & sapientiam addis; ad
ctrinarum felici pede is, nos trahi
Nam de Cometâ quod misisti, q
sublime & verè supra vulgarem
sumq;. Mundum hunc, mi Put
sisti non in admirationem, sed
& pœnè spem (utar notis tibi ve

rum scribendi omnibus omnem ademisti, præterquàm tibi. Ita hîc alibiq; assurgis & te attollis à nullo unquam assequendus. Si tamen omnium puncta hîc speras & favorem, te fallas. Scaligeri, Lipsi, Turnebi probent, aut nihil ego probè unquam dixi. Apud omnes, qui tales,

audacia certe

Laus erit,

& scriptum authoremq; ament, etiamsi ab ejus sensu aliquandò flectant. Ab alijs ipse scis quid erit exspectare. illud vetus: *carpant plures, quàm capiant*; ut nec votum nobis esse debet omnibus placere. De me. amo scriptionum hoc genus, & in Paradoxis libens sum. Adfeci etiam propè in eo genere, de PAUPERTATE, DE FOEMINIS, de alijs; ad cœlestia tamen me non ausim mittere, & quæ Religionem adeò tangunt. In alijs abire à communi sensu & inveterato mihi solitum pœnè & solemne. Admirari me tamen nunc ista hoc scito magis quàm censere; nam planè pleneq; ad te ire Theologi me non velint, in quibus ipse. Legas etiam de isto Cometâ, ne te celem, in Centuria V. judicium, si ad vos ea venit. Sed pro veteri more & modo, & quem omnes hucusq; sequuti. & si

delea

deleo nunc ipſe propè & reſcribo,à te aliò ferè flexus & inductus; ſed comites trahunt auferuntq;, pono ſtilum, frenum capio, tu ſalve; Id. Maj. ꝏ. Iↄ c.xix.

EPIST. XLVI.

Portuam.

CASPARO BARTOLINO.

NOn debebant metuere, mi Bartoline, non dubitare, naturâ ad ſtudia feror & ipſe ſcis, ac me immitto, ut coërcendus pœne ſim & retrahendus; nam habenda ea cum modo, ut quis diu habeat. Exempla ſunt alios altæ & ſumma indole ingenioq; promiſiſſe? infra ſpem tamen manſiſſe & mutaſſe ad ruresre illud otium promotos & poſtquàm navim ligarunt in quieto illo portu? me non norunt, qui de me in metu ſunt hac parte. Promitte tantùm tuto nihil me remiſſurum,ſi Rex meus & Cancellarius ad ſperata & votiva illa ferant, quo aſpiro, & manſurum ſemper, qui ſum, id eſt, ſtudijs Muſiſq; addictum. Litteras & doctrinam pro ingenio adjutum ſemper eam&ornatum, patriam hanc in lucem ſic ponam & aſpectum. Et ut omnem ignaviæ telam ac ſubtegmen rumpam ipſe & præſcindam(læto animo & mente facio) per te magnis illis id nunc addico, niſi tamen,(ut homines

mines sumus) aperta infirmitas & morbus impediat aut retardet, qui vel in omni re veniam aliquam meretur & remissionem. Malmogiæ. XII. Kalend. Junij. CIↃ Iↄ. c. x i x.

EPIST. XLVII.

Amsterdamum.

HENRICO EBBIO.

DEbeo tibi, ò meus fautor & frater, pro benivolentiâ pro amore. Utrumq; enim à te datur, nec ab Eurialo quoquam ita sperandum. Me attollis, meá ibi sic curas, ut nec magis pro fratre fratres possint, pro liberis parentes. Itaq; quòd ego in nomen famamq; venio, quòd scripta mea in lucem & aspectum, munus est unius tuum. Quid dicam? gratias parare me? exspecta alijs concipi à me possunt & referri, tua merita supra eas sunt, nec pro modo reddam, nisi cum nullas. Faciam utiq; agnoscamq; melius, quam grates agam, quæ factum non æquent. Lætari me tantùm nuncio, quod is amor mihi contigit & in ijs locis. Probam quam Typographi miserunt, ea vero mihi proba, & excitabit ea res ac ad multa mittat. Si mors hoc anno non me ad beatos. Minatur, mi Ebbi, cadunt hic spisse & immiti lue. Hic; nam Portuam nunc incendit mala hæc flamma, nec sumus diu hìc tuti ijs infe-

ctis,

ctis, sed frater de istis dicet, &
nova. Malm. Kal. Jun. ꝏ. lↄ

EPIST. XLVII

PAULO MARTI

INscriptionem hîc mitto, mi
probam & qualem voles. Ani
nunc ad hæc talia aut tempus.
celeritate multa trahunt, qua
pè non daret, optem hîc esse,
mente. Carmen alibi amem, hi
si tamen ille aut tu vultis mihi
ca. submittam statim & sine mo
illo tristia hîc spargunt, in mo
dubio, & qui vitam vix relinqu
fallit is rumor. optem, in rem
nare eum adhuc, nec amittam
mno. sed tu ista trade, me com
XII. Kal. Jun. ꝏ lↄc. xix.

ÆTERNÆ ME

QUISQUIS HUC S
NOSCE, PHILOS
MUNDUM HUNC ST
HABEMUS NON

HÆRERE IN EO LICET, NON
MANERE,
PRÆPARAMUR HIC TANTUM AD
MELIOREM ILLAM VITAM;
IN EAM ASSUMIMUR NON UT DIU
HIC SUMUS SED UT DIGNI,
ET AD LÆTA VENIMUS TUM PRIMUM
AC OPTATA.
ANIMUM ITAQUE COLAMUS PIETATE
ET FIDE,
UT, CUM ID ERIT, SINE METU, SINE
MOTU, EMITTAMUS:
MORTEM NON TIMEAMUS NEC
OPTEMUS.
ET MANERE NOS DEUS VULT,
VELIMUS: ABIRE, NON NOL-
LEMUS;
UTIQUE TRAHENDI NIHILO MINUS
ET IMPELLENDI.
NULLIS MALI AVT GRAVES VIVAMVS,
UT MEMORIAM APUD OMNES
RELINQVAMVS BONAM
MAGIS QVAM MAGNAM.
EGO DIU VOTVM HOC HABUI ET
PROPOSVI.
ETIAM HOC MONUMENTO AD
POSTEROS TESTARI.

NAM

NAM TAGIUS TOTTIUS, OCTAVI F.
ERICSHOLMIÆ, NESSIÆ, SCAVERSÆÆ. ET. C. D.
POSUI
MIHI ET MEIS, SED UXORIBUS:
BINAS EAS HABUI, ET MORTUUS
INTER EAS HIC QUIESCAM.
ALTERA HEDVIGIA RANSOVIA FUIT,
INTER ILLUSTRISS. HIC STIRPE ET FORTUNIS,
FORMA INFRA NULLAS, SED ANIMO MAGIS ET VIRTUTE PULCRA,
QUAM SI LICERET ET TUTUM ESSET,
UT AUREAM TOTAM HIC
PONEREM, HOC MEREBATUR:
IN FLORE ÆVI DECESSIT,
SOBOLEM MARITO ET DOLOREM RELIQUIT;
QUUM OMNIA DEDISSEM, QUÆ AB
AMANTE, A MOESTO POSSUNT
DEBENTQUE DIMANARE,
QUIA MODUS, UT IN OMNIBUS, ITA
IN DOLORE OPTIMUS.

CHRI-

CHRISTIANA VRUP
IN LOCUM SUCCESSIT,
PRIORI GENERE ET OPIBUS PAR,
VIRTUTE ALIISQUE NON INFE-
RIOR:
UNA HUNC MORTEM ET EXTRE-
MA ILLA MEDITANTES.
VITAM DEO ET PATRIÆ DICA-
MUS,
ANIMAM COELO; CUM DECRE-
TORIUS ILLE DIES VENIT;
OSSA CINERESQUE HUIC SEPULCHRO
DESTINAMUS.
HAVERE TE HOSPES VOLUMUS,
ET HÆC SCIRE.
CIↃ. IↃ C. XIX. XII. KAL. JUN.

EPIST. XLIX.

Rhsafontem,

OLAO WINDIO.

NOn ſuccedit, mi Windi, longiùs ne ſpera, ad alia mentem verte: omnia feci quæ conciliandæ commoditati iſti eſſent, ſed fruſtrà. Scripſi eodem die, quo tu à nobis; reſponderunt ſerum eſſe, alium ad id jam veniſſe. Allocutus ipſe ſum; idem. Et pœnè dolebant de te non ſciviſſe. Nec magno avunculo tuo è re viſum ad iſta nunc te dare, ad quietem magis

ad uxorem, ad ſedem apud nos
nare. Et erit hoc cum Deo & ul
Exemplar litterarum hîc includ
iſta videas. Tu ne dole hîc aut in
tus non magnam in eâ amiſſion
ſe. De quo præſens brevi dicam
illuc jam citò, niſi mutatio quæ
meis tardet. Vale, & Hanſenio,
træo à me ſalutem.

EPIST. L.

OLIGERO ROSÆCR

CAuſa mihi ſcribendi nata
Martinio ſermone, quem cu
divi. cum amoris tactu, & (ver
preſſione intellexi. Vel in nomin
me tollebam, quantò magis in
& tàm claro indicio favoris : q
quam magnatum à te verè opt
Roſæcranti, & voveam ſanè ev
cum addicebantur, &

χρὴ δ᾽ ἄνδρα πάσειν, ὃ μάλ

ut ait verè quidam. Sed video ho
& quod fatum ad tàm alta non p
alia itaq; mentem votumq; ver
jam eſt, quâ poſſim produci.

rure, ne te cælem; nam ad majora frustrà aspirem. Ego è Historijs nostris brevi dabo, si vos magni hanc functionem detis, & quocunq; stilo quisquam præscribat & modo. Nam quæ quæ hactenus sequor omnibus non probo, qui hîc in altò. Hîc. nam exteri in hæc ipsa proclives & mihi non grave in quamcunque formam mutare. Qui unà ambit & (nisi alij avertant) præripit, ad XXII. annum vix aut nondum venit, ac Academias nunc primum ante annum. Quod parum sit ad id munus, & mali exempli à scholâ adhuc novum ad tanti momenti rem sic tolli. nec pro terrâ sanè, in quâ spirent Musarum venti, ut inter me illumque respectus nullus sit, qui litteras, ex ijs famam jam diu habeo, (ne superpum scit) & in proclivi jam sum ad Patriæ laudem & lucem addere, quod ille nec in voto unquam habet. Nec puto esse qui putent frustrà fore, ut plures huc se donent, possent res nostræ vel decem ferre, qui eas in lucem ferrent, in aspectu sepultas jam diu & ignotas. Cancellarias spem fecit, sed vacillantem, Regis tamen consensum me accepisse Casp. Bart. scribit, & litteras brevi mittendas. Everti tamen posse & impediri non frustrà metuo, & te hac causâ oro, apud Cancellarium Regemq; ut instes, si beneficium

 id

id plenè adhuc non dederunt, g
dederunt. Indicesq; á me ex
in hoc genere, quod à quoquam
ſcant, ſi otium hoc & commod
bunt. Adoleſcentes iſtos vides
ſunt, è domo, diſciplinâ vener
in eis annis, & ad laudem, ad lu
ſi non deſiſtant ſic ire. Ad Friſa
um aſpirant, quod illi Heroes Pe
& ſpero, te interprete, habituros
des. Heſſelagriæ Dominum aud
nem hanç dare. ſi ibi eſt, prenſa,
litteras ſaltim ad eum dona, qua
ferant. affectum in Phœbum ſ
cujus hi alumni & Clientes, ac
tuum tenueris rei Muſææ pro
Kal. Jun. CIↃ IↃc. XIX.

EPIST. LI.

ANTONIO FRI

V. N.

HUmanitas tua & demiſſio,
amor, in eos inclinatio, qui
me etiam nunc ad te trahit, cert
non eſſe, quod adeo, quod h
ignotus. Nec enim fuerit, qui
caſtris ſic fuiſti, ut non me adm

in ijs & dicatum. Ne tamen longum faciam, te detineam sic altum, sic occupatum. in alienâ causâ scito adire me, & rogare, quod non negabis, ut fama te non frustrà laudavit. Stipendium vestra gens jam multos hos annos donat in eos, qui vitam Musis & doctrinæ. Aspirant ad id, quos vides, & in se optant conferri, Principes (liberè dicam) nostræ juventutis. Et quia in manu tuâ beneficium id dare, sperant levi obtinendum. ut tu jam diu amas & adjutos vis, si qui alto & erecto impetu ad alta & recta eunt. Ego, si audax non sit, pro ijs nunc oro, & te spero exoro. hoc etiam addo, in digniores vix effusum, & à quibus celebritatem sic speres velut in ἀντίδωρον, & solutionem. Nam quot jam habuerunt hoc munus

Quos fama obscura recondit,

& qui publicè nunquam sunt testati, utiq; laudem nec adquirere nec spargere apti? melius dones in hos tales, qui famam certò à litteris habebunt ad te aliosq; ducant. Et tu quæso fac, in istos beneficium hoc confer, in me etiam amorem. Molmogiæ. XI. Kal. Jun. ∞ Ioc. xix.

EPIST. LII.

Lundiam.

WILLICHIO WESTHOVIO

C. P.

Tuæ istæ optatæ, mi Westhovi, etsi non optata quædam habent. Id de rebus tuis sic tardaris affligit; nam amissas fugio dicere. Lætiora omnia erunt quàm tu proponis in tristi mente. Multa possunt ibi tenere, & haud scio an ex oriente illi venti tàm crebri, tàm durantes huc permittant. Sint tantùm per hos dies, qui jam sunt & brevi habebis tua in portu. De insulâ, quam ibi vis, cum Lubertio egi sed non peregi --- Philippæis eam dabit, quod nimium mihi visum pro loco tàm angusto. De summâ ea tamen detrahamus ex facili, nisi tu omittendum magis sentis. Martinius mihi visus id nuper suadere, nec è re tuâ putabat urgeri eam emptionem. Quidquid tamen hic velis, fiet. Ad vos eo jam brevi, vel tuâ causâ, & tum de istis alijsq; sermonem extendamus. De me aliquid audivisti? in spe adhuc tantnm est, nescio an te unquam explendum. ego velim & optem sanè vel quietis & studiorum causâ, quæ liberè ibi libenterque sic tractem. Quod Deus & Rex volet, migrare me jubent? sequor, durare sic: nô resisto.

EPIST.

EPIST. LIII.

Portuam.

REGELO REGELO.

ME comitem non do, mi Regele, ne ſpe longiùs vos teneam, & ſtatim indicem quod non jucundum, Varia veniunt in impedimentum. Functio, quam noſti, ſemper gravantem, ſtudia, quæ diu intermiſta revocant jam & me poſcunt. Soceri mei adventus, quem iſtâ ſeptimanâ indixit, nec fallere hîc fas ſit & me ſubducere, ut via ea longa, quam mea cauſa huc eat, ut videat tantùm, ut inviſet. Sed adhuc, mi Regele, non tenerent, ut meus in vos amor. De magno Friſæo hic rumor, non adventare. Et quis mei illic uſus eo non præſente. Vos tamen ite, vel ob Illuſtriſs. Roſæcrantium, cui vos commendo, ſed ite modo & conditione, qua præſcripſi; nam re adhuc incerta ſumptum facere nec ſuadeam, nec velim. Litteras ad eum hîc adjungo, quæ aditum vobis dabunt, & votum oſtendant. Alia via ad eadem veniamus, ſi ibi non inveniitis. XI. Kal. Jun. CIↃ IↃ c. xix.

EPIST. LIV.

Lundiam.

WILLICHIO WESTHOVIO.

C. P.

SEntire te mecum, mi Westhovi, & conspirare meritò lætor. paucos habeo qui non dicam, suadent sed probant, nec vellent, me ad quieta illa, & (ut dicunt) contempta demitti. Alius mihi sensus, & quem nulli tollant aut exorqueant, quidquid hoc tentant. Ad splendida illa & alta eant qui volent; me eo ultrà non trahunt. Hoc opto, ut procul à commotis vanitatum undis in hoc submisso & Musæo portu navim ligem firmo morsu, Ubi Numini sacrè sanctèq; serviam, Doctrinæ excercitationes & litterarum urgeam, & quidquid ad tranquillitatē ad quietem ducit. Ubi clamores nullos aut rixas sentiam, ubi vana hæc rerum & fastum non videam, sed securè sobrieq; mihi & mecum degam & consenescam, exspers superbiæ & pallidæ ambitionis. Cumq; fatalis ille & Parcarum dies venerit, animam hanc sine fletu, sine formidine, reddam, & apud nostros exterosque memoriam relinquam gratam magis, quàm diffusam. Hæc mihi contingant, & mentem ad alia non mittam, nec ægrescam aut invideam omnibus purpuratis. Vel in vili loco & spretâ alijs sorte tranquillè degam, tranquille discedam,

μηδὲ

μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μέλοι ἀλλὰ φίλοισι
καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχὰς,

Nulli ægrorem aut invidiam, qui nullis gravis aut malus vivam. Ut de istis concludam, ego migro: si in aulâ adhuc non mutant. Appulisse tandem desideratam diu navem, valdè pro meo voto. fæliciter eveniat toto pectore acclamo. Litteræ tuæ ad Resenium missæ. Ad Rosæcrantium meas jungam & primâ occasione submittam. Etiam ad vos eam, sed ne te fallam, non ante Martinij adventum, & donec litteras à Rege habeam pro re istâ meâ & & decessu. Dies longi mihi sunt, dum hoc liceat, & tecum ac vagè per studia hæc ire, aliaque quæ jucunda. in quâ spe valere te opto carum mihi caput. Malmogiæ. IV. Kal. Jun. ∞.IↃC.XIX.

EPIST. LV.

Slavelsaam.

SIGVARDO GRUBBIO.

V. N.

Quà de me erant, Bringius litteras tuas mihi legit. Sollicitudo ea de me & cura penetrat hunc animum & pervadit. Gratias debere me fateor, quas solvere non in meâ manu. Musæ pro me reddant, quas amas at-

tentè & tractas,& omnia adducant ac dabunt, quæ tibi in cupidâ mente. Binas à Bartolino habui, ut tu à nobis. eæ de Regis in me propensâ & clementi voluntate nunciabant. Tu tantùm ne insta nunc aut urge; nam res facta est, & Cancellarius litteras ad te huc misit, quæ indicarent. Nec facilè nunc mutare, & eos magnos in alium de me sensum deducere. si tamen contingat, levitèr feram, &, ut soleo hæc humana contemptim. Ego scio, me majora meruisse, nec in opprobrium meum esse ferre hanc repulsam, certè non in dolorem. Si non adhuc functionem sit exambire in tàm vili rure, nescio, an non ad alios me verto, & patriam hanc & in eâ magnos non dicam amem minus,sed minus forrassè colam. Sed tu salve, & ad nos redi æternùm tuos.Malm.

EPIST. LVI.

JOANNI ANDREÆ.

DOctæ eæ litteræ (perpetuum in tuis & solenne) cultæ & mihi. V.C. caræ. hoc in ijs erat non jucundum,quò d vos ibi etiam in metu ob nigram hanc Divam, ne eò etiam inviset, & se flectat. Quod optem non fore, & magis tutum tranquillumq; eum locum ac velut certum pro eo malo asylum. De nobis etiam

etiam quod estis in curâ, id vero gratum ab eo affectu. de me tamen omitte, aut non habe. Fugiant alij timeant. non ego.

ἡδὺ τ' ἀποθνήσκειν, ὅτῳ ζῆν μὴ παρέστι ὡς βούλεται.

Et quid diu hic delectet tristibus obnoxium, semper & dolori. Nam ista certa nobis erunt, donec nos hoc corpore septi, nec fortuna est aut vita, quæ non donet aut licentiam ab istis & immunitatem. Vel nunc in rebus meis quæ nollem, & quæ (liberè dicam) non merui, non exspectavi. In loco hîc sum, ut scis, non bono, & qui meritò daret nunc dimissionem. De quâ cogitatio etiam nunc mihi, ne nescias. Remoras alij objiciunt & tricas, & conatum habent remorandi ab ijs, ad quæ vellem. an etiam successum? Deus non velit, & qui magni in terris. Sed omitto, at nunquam tui amorem. Mea ista ad MARCUM redire nunc velim, si usurpata sat tibi & inspecta, & cur id non credam, ut nihil in ijs valdè magnum, & ad tam doctum palatum. Malm.

EPIST. LVII.

Slabalsaam.

SIGVARDO GRUBBIO. V. N.

Bene

BEneficium sit cogitationes huc mittere & mentem. quid litteras tàm crebrò tàm faventèr? inprimè in Comitijs, quæ occupatum nunc tenent & veluti vinctum, atq; utinam optato mox eventu. Sperare hoc Rex, Senatores, qui à te sunt & magis ipsa causa jubet, etsi ut lis ea non de magno, contemnere magis decet, quomodó cadat, quâm curare. Sed ad mea. De regis in me voluntate, de Cancellarij gratum nunc fuit scire. magis quia per te altum ipsum & eminentem. Bartolinus antè nunciarat & ad te scripsi, etsi video eas non perlatas. Lætari debeo de eorum in me consensu, & videant collocatum hoc munus in non indignum, si vitam hanc per paucos annos duco. Scio esse, qui hoc non velint & pertentent etiamnum mutare. Scilicet non merui locum adhuc in isto rure & functionem? Non velint, qui hîc in summo, non alij ad virtutem & famam facti Dani amusos illos ventos sic spirare, & qui se ijs impenderunt. & liberè dicam pro laude nostræ gentis non esse, excludi me ab eo loco non magno, & quemvis etiam puerum sine ullo respectu præferri. Etsi retrò eat, aut succedat, nullus mihi in eâ amissione metus. Si tamen te, si Cancellarium, & addam magnum Regem novi

novi non enitantur isti, quidquid nitantur. tu redi tantùm ad hos, quid hic ultrà fiat securus. Malm.

EPIST. LVIII.

Rostochium.

LAURENTIO ASSEROO.

POstremæ tuæ diu in viâ, ne mirare me diu ad eas silere. Primâ æstate scriptæ, elapsâ nunc eâ primum video, & requirebam jam valdè ac exspectabam, anxius quid in re tuâ esset, quòd nihil à te nihil de te haberem tam diu. Esse te in eâ urbe lætor, magis in eâ domo, matre jam diu studiorum. major judicio tuo ille vir & in omni eâ terrâ non dicam superiorem non habet sed parem, nec abesse potest, quin æternum tibi dabit fructum, quòd illum Ducem Ductoremq́; habes ad alta & honesta, quo proponis. Commendationem meam fuisse apud eum tanti, meritò lætor, magis si tu tàm profusâ benivolentiâ præbebis te dignum, & addam institutione, quam hîc habuisti. Scribo ad eum nunc ipse, gratias ago & addico, hoc est in amore magis te pono & curâ. In carmine tuo quædam muto, reliqua proba, & vel pro majore ætate, tu ibi ede & ad Martinium, si videbitur, mitte, etsi pronum in te antè ac faventem. De cistâ Lundiam

diam nunc eo ex officio, ex consuetudine, quam nosti. Malmogiam eâ occasione excurram & rectè inde mittam. Nam sedem mutasse à tuo abitu, debes scire, utinam faustè utinam consultè. de quâ re alibi magis est ut scribam; nam nunc contraho, & abjungo, tu nunquam à litteris & virtute, quæ illuc ivisti auctum & allatum. Convalesce. Læderææ Kal. Sept. ∞ .Iↄ c.xix.

EPIST. LIX.

Rostochium.

EILHARDO LUBINO.

V. C.

Hillaravit mihi hoc pectus & commovit adolescens, qui à me venit, scriptione longa, diffusa de favore, de benivolentia, de cura, quam ibi habet, quia à me missus. Ut non charior unquam ad suos, & qui ipsum dederunt, quàm ad te venit. non in domum, in mensam, inter tuos tantum, sed ipsum animum admissus & amorem. In eo video quid in me velles, qui in alios tàm benignus, qui me tangunt & prætendunt Obstringas me ita tibi, nisi antè factum, vinclo quod nullum tempus solvat, & optem locum aut diem fore quo gratum me & memorem ostendam. Ad quod occasionem brevi, ut benignitas tua est, si non

ha-

habeam, faciam. tu tantùm idem in me semper esto, & duret quæso ille

Semper in absentem facilior æstur amantē.

Idem pro juvene eo adhuc oro, & ut ad valetudinem, ad studia, ad alia adjutor ei sis & inspector. ne in flexu eo ætatis & vere videat sine fructu

ἥβης ἄνθος ἀπολλύμενον,

sed tormentum tibi addo, qui moneo ad id & instigo, quod à te jam fecisti, etiam ultrà quàm fas mihi erat sperare. Absisto etiam à scriptione, ad quam non nunc ôtium mihi aut tempus. Læderææ. Kal. Sept. nam larem mutavi, & ancoram misi in rutestri portu, despecto illo, spreto, remoto ab honore & à laude, modestiæ tamen meæ nunc placito & Musis.

EPIST. LX.

PAULO RAMELIO. V. N.

BEneficium est cogitare de Canuto, quid adire & salutare? quid in tractum hunc longinquum & ignotum. Nihil magis potuit pro hac mente & cupidine esse. adstrinxisti sic magis æterno glutine & visco amoris antè alligatum. nec solvatur unquam hoc vinclum etiam cum ego in cineres solvar. Bene ominari de

de ſede hac debeo, qui tàm magnos habui primùm hîc inviſente. In dolorem hoc nonnihil fuit quod ad moram apud nos longiorem non fuit facultas. Etſi, ut vos tractare ſub his initijs pro altitudine & dignitate veſtrâ honeſtè vix fuit, non debeo dolere. Hoc optem ut ad lætos plures dies (cum Plauto) comburendos occaſio aliquando ſit, ut jocari, gaudere, ludere ad ſatietatem ſit, te aliosq; veſtros hîc aut alibi amplecti. Quod non deſpero futurum, ſi uxor aliquando in lætitiam me det, & ab hoc timore. Nam quàm hæc lues non pro ijs ſic craſſis & in partum vicinis non potes neſcire. Eam hac causâ in Blegiam nunc mitto, utinam ſalvam iterum & cum gaudio videndam! Pro te idem votum ſit, Illuſtriſs. juvenis, & ut habeas quæ vis & quæ in uſum. Vale, & Fratri, Bernecovio. Perſæo à me ſalutem. Læderææ. ꝏ Ip. c. xix.

EPIST. LXI.

Malmogiam.

SIGVARDO GRUBBIO,

V. N.

IN quiete tandem ſum, mi Siguarde, in tranquillo, in diu ſperatâ ſede, & omnia habeo, ut volo, niſi quod te nimis remotum. Ut conſpitari etiam hîc dicam in mei favorem. Ipſi

Ipſi Proceres nimis in me humani etiam qui averſi eſſe poſſent, attrahunt undiq; & invitant? In ijs tua ſoror prona in me tuâ causâ & profuſa. Alij in officia in amorem eunt, ut nec optare benigniores in me poſſem. Ad otium ita, ad quietem mea ſe componunt & deſideratum diu ſtatum. Tantùm lues hæc non perſtet turbare & in dolorem mittere. Nam huc etiam venit mala illa Diva, &, ut videtur, citò non diſceſceſſura. Sed ut ad ſcopum eam quòd res meæ eò venerũt, quòd quidquid ſperavi habeo, quòd Muſæ meæ & ſtudia in tuto, ac ubi volunt beneficium eſt unius tuum. Nec Maro unquàm aut Flaccus Mæcenati magis, quàm ego tibi debeo. Gratias tamen non valdè eſt ut dicam me agere; quia ad tua merita nulla aſſurgunt. Gaudere me hoc ſcito meâ causâ, tuâ, Patriæ. Mea, cui is Patronus obtigit. Tuâ, cui ea promptitudo. Patriæ, cui hoc decus. nec licet nunc plura aut lubet, qui ſciam me brevi te viſurum. ad quod tempus, ſi quæ alia ſunt, depono. Vale & ad beatos ſerò veni, ac cœlum, quem terræ ſine damno non amittant. Læderaæ. VI. Id. Septemb. CIↃ. IↃ. C. XIX.

EPIST. LXII.

Malmogiam.

FADERO MATTHIÆ,

Consuli.

DEveni tandem, mi Fadere, in speratum diu portum, velut ab aliquâ tempestate occupationum & nimbis. & omnia habeo ex optato, nisi quòd tàm longè à vobis. Hoc torquet, verè scribo, & molestat, nec alia res magis nunc tenet & oberrat, quàm desiderium vestri & memoria. Convictum illum suavem cogito, mistum mero melle & amore? penetrat imam hanc mentem & diffundit. Convivia illa læta & Musæa? Idem. Sermones illi blandi ad litteras doctrinasq;, ad præsentia & remota missi? redeunt nunc & recurrunt me ad vos sæpè vellent, si intercapedo hæc non vetet & distantia. Ea parte, mi Fadere, multum sanè amisimus, & nullibi ita reparandum. Ferre tamen debeo; quia alia hîc recompensant & veniunt velut in solutum. Vos si non manu semper, mente tangam & me immisceam, & merita vestra in me deleat ab hoc corde nulla dies. Vos etiam oro, eosdem in me semper esse, nec animis abire & separari, etsi ego à vobis abij. De te scio, de alijs spero, nec minorem hanc amicitiam fore, quám si in oculis

oculis nobis essemus & aspectu. De Urbe vestrâ meditatus quædam sum per hos dies, spero proba & pro æternâ ejus famâ. Videbitis intra æstatem, si ego intra eam non emigro, Viciniam nostram (De Ystadiâ scis me loqui) extremè nunc excercet, mala illa Dea inter nos, qui tàm propè

Sollicite mentes speq; metuq; pavent.

funera etiam hîc heri hodiè, cras futura, & inter ista quis diuturnum se speret aut mansurum? Quod Deus & quandò volet frustrà deferri cupimus, quandò auferri hoc poculum non potest, omnibus gustandum, qui sunt, aut erunt. Serò ad te veniet & tuos, mi Fadere, quos saluto, & mente iam disuaveo. Læderææ, VI. Idu. Sept. ∞ Ɔc. XIX.

EPIST. LXIII.

Malmogiam.

JOHANNI CORVINO.

IN abitu est, mi Corvine, & ferè in viâ qui has feret. teneo tamen & tardo, dum has ad te dem; quia nefas putavi primum nuncium eò venire sine meâ manu. Ad te, quem amavi semper, nunc pereo, verè scribo; quia absentem. Ut enim equos, qui diu eundem currum traxerunt, si separes & à se divellas, disiderium inter se mittant & hinnitu testentur ablati;

Simile hic dicam, & qui diu tecum ac veluti ad eundem currum assuevi, desidero nunc & mentem ad te mitto avulsus. Dolorem mihi certum fore & desiderium hoc sciebam in eâ abjunctione: tantum fore non putassem, aut credidissem prædicenti. Ut in magno vulnere dolor se statim addit & accurrit, post noctem tamen aut breve spacium magis senties: Ita mihi factum, abij à vobis tristi mente sed quæ magis ægrescit, quò longius à vobis emaneo. Blandus ille jucundusq; convictus, læti lubentesq; sermoues, & qui per studia & Musas nostras iverunt, crebra illa inter jocos salesq; tracta convivia & mille aliæ amoris illecebræ, quas frustrà alibi sperem, attrahunt ad se hanc mentem & allectant. magis tamen tuus candor, prudentia, virtus, quâ suave mihi defrui longius, si tempora & commoditas mea vellent. Quia non datur non dabitur & corpore tecum esse, animum nunquam à vobis huc deportem. Eo me semper præsentem habebitis, etiam quandò me hæc vita non habebit. & ita me semper suavi cogitatione pascam de vobis & affectu. A te idem spero nunquam à veteri illo mutaturum, hoc est, fido, constanti, inclinato, nec ut corpore, ita amore à me abiturum. Læderææ. VI. Id Septemb. ꝏ Ioc. XIX.

EPIST. LXIV.

Malmogiam.

JOANNI TAUSANO.

DIscessus meus à vobis, mi Tausane, inцuum incidit, & tu ad Patriam, ad tuos paulò antè quàm ego huc ivi. Quæsivi te illic. jam tùm & vale illud etsi mœsto dedissem tamen sumsissemq;, pro more, pro amore, qui inter nos magnus semper fuit. Cum dolore meo erat non amplexu à te demitti, qui tàm diu in eo mutuo animis hæremus. Scriptione nunc perago, quod sermone tum non licebat. Gratias ex mente ago pro officiis, pro favore, pro diffuso in me affectu, eundem à me addico æternum, apud te, oro, ut unquam mutet aut inclinet. In primis illis annis amicitia ea cœpit, & in Musæis illis castris, sequatur adhuc & duret ad extremos illos & mortem, Apud me non minuet unquam aut deponat, nec propinquum unquam magis, quàm jam remotum amabo, & quando vultu aspectuq; non licet ultrà inter nos fruisci, litteris sæpè colloquamur & scriptione, donec fatum, si illi tibiq; visum, propiores iterum reddat & in consortium denuò in convictum mittat. quod in æternâ illâ terrâ erit, si antè non erit, sperare. Nos hîc, Tausane, videmur eò citó

venturi & ſine longâ dilatione. Lues hic omnia infecit triſti morbo, &, ne neſcias, in funus nunc eo, quæ deducimus hîc nunc denſè. De me, Deo & Fatis permitto, & timeant alij palleant, non ego, qui niſi ob meos ſit, nec diem iſtum deprecor extremum;

αἰσχρὸν γὰρ ἀνδρὸς τοῦ μακροῦ χρῄζειν βίου,

magis cùm nobis in eâ adjunctum dolore & angi in omni ſorte hilaria agere & læta, cum ab ea evaſimus. Ego in iſtâ & illâ mente & corde geram. Lærderææ. VI. Id. Septemb. CIↃ. IↃC. XIX.

EPIST. LXV.

Malmogiam.

PETRO VADOMIO.

ACcepiſti à me, mi Vadomi, Epiſtolam aut ego à vobis, an nō perduxerunt, qui debebant, qui addixerunt? Ego miſi bona fide & propè nimis, ut rem dicam, maturè. Nam rumor ille, etſi brevi factus, initiò verus non fuit. ſupervixit donec in tractum eum veniret, quem ad te ablegarem. Quia tamen paulò poſt, & antequàm in reditum ſe daret, oculos clauſit nunquam aperturus, litteras, ut erant, alteri dedit perferendas, qui in viâ jam tùm erat, & ferè in curru. Nec fuerit ut fefellerit, aut tardarit. Res adhuc in incerto. nemo lo-

cum tenet abstulitve. & tu, si visum, adhuc insiste. pro commodo meo valdè sit, pro sperato nos iterum hîc conjungi & pertentes adhuc, si tentes, ac ad finem ducas quem voles. Nam puncta hîc pro te crebra & vota etiam, me, ut hoc addam, instigante. Nolim sanè diuturnum te fore in istâ occupatione & statu, & voveam si Deo visum ad alia brevi mutationem. Sed quandò & ubi volet ille, succedat. nos frustrà ad hæc aliaq; cogitationes mittimus, quandò fata ad alia nos servant & velut trahunt. ea te quæso illuc, ubi spes tuas habeas & quidquid amas. Læderææ VII. Id, Sept. ꝏ Ↄc. xix.

EPIST. LXVI.

Amsterdamum.

HENRICO EBBIO.

DUrum mihi est, mi Ebbi, & pœnè ad dolorem, tàm diu à te nihil videre, juvat me recreatque tua scriptio, nec læve mihi aut lætum in longum eâ carere. Saltem si de Typographis nihil, aut meis scriptis, de te, de Puteano, de alijs vestris aliquid misisses, hoc est me immisisses in voluptatem. Etsi tàm diu siluisse non ego credo; illos non tradidisse, quibus tu, hoc malo. Exẽplaria libri mei frater ait huc missa, quæ tu scias non perlata, & optem nunc

nunc videre ac lustrare: scire etiam an Poëmatia? an Centuria postrema unà excusa? an alia ibi velint ab hac venâ? nam petunt alibi & exspectant. Sed tardo, & teneo, dum sciam an cum lucro, cum laude meâ possint velintq; diffundere ibi & dilatare. Tu, mi Ebbi, scribe jam citò & intra brumam. exemplar etiam mitte fœlicius perferendum, ut videam censeamque, an pro spe meâ ista dederunt & exspectatione. Et si serum jam sit, & ad omnes prius, quàm ad me ista veniant. Mutatio quædam facta in rebus meis eâ æstate, de ea à Fratre audies; nam scribere nunc non lubet aut licet. In tristitiâ enim sumus, in luctu, ob luem quæ nimis sæva nunc hîc & insolita, sternit mittitq; nos sine numero, sine modo; te, mi Ebbi, nunquam tristet aut deturbet. Læderæ, iv. Id. Sept. CIↃ IↃc. xix.

EPIST. LXVII.

Lovanium.

ERICIO PUTEANO.

MIgravi, mi Puteane, ut statim nunciem, in quo hæreas & mireris, & larem transtuli, sed non longum, nec ad magnum altumq; locum. In rure sum, ne per ambages te ducam, contempto illo, humili, spreto, & sine splendore, sine laude, mihi tamen apto & ad tran-

tranquillitatem, ad ſtudia, ad quietem bono. Fatum me in vili ſemper tenuit, in abjecto non renitentem. Ad alta unquam permiſit, nec ambij unquam valdè aut optavi. magna ſperent & affectent, qui ipſi tales:

Me mea tellus
Lare ſecreto tutoq́; tegat;

ubi inter litteras libroſq; degam & conſeneſcam, forum non videam aut frequentem, aulam non lambiam aut nimis luſtrem. Sed piè placidéque vitam traham, bonis doctisq; placeam & innoteſcam, parvo contentus & aureâ mediocritate, adulationis expers & ſtulti faſtus, & cùm ſub terram eam, meis honeſtam famam, ſi non opes relinquam, & à me virtutis pietatisq; exempla, ſi non ad ſplendida adjumentum habeant. Ut tu ſemper, mi Puteane, quidquid ſperes aut optes, Deum oro. Vale, & inſtitutum hoc meum proba. Læderaæ. III. Id. Sept. CIↃ.IↃC. XIX.

EPIST. LXVIII.

Helletsburgum.

ANDREÆ BILDE.

V. N.

PEnetrare me in tui favorem, Illuſtriſs. Domine, jam diu fuit in optato, qui ama-

ri à vobis magnis, ſed qui litteras ſic amatis, ſemper habui pro ſcopo, Occaſionem ad id diu quæſitam quia non habui, ipſe mihi feci dedicatione novi ſcripti, quod hîc vides. Paulus Martinius inter admiratores virtutis tuæ & cultores magnus, me fecit, & te nunc iſto dono honeſtare. Puto ejus ac meâ causâ favorem tuum habiturum. Non eſſe proniorem in has artes,& qui eas cum laude tractant,cum luce, larga de te jam eſt fama,nec ſpero hîc te inclines & in iram vertas, quòd audaciam ſumſerim te adeundi. De Deo ſcimus, non dona ſed donantium animos capere & movere: Ita vos decet, qui in alto, & qui Dij în terris, magnitudinem non munerum, ſed affectus videre, à quo dimanant. Ille mihi in te Illuſtriſs. Domine, eſt eritq; ſummus,nec habes in omni hoc doctorum grege, qui magis ad laudem tuam velit addi, ad famam & ad ea, quæ cupis ipſe & voles. Dicant hoc alia quædam mea inſpectura jam brevi hanc lucem, ubi plenè&pro merito te brevi videbis laudatum, & hæc ac alia ætas de Horto tuo ad Danicum illum pontum, qui parem ibi non habuit aut habebit, de Roſæâ valle, de alijs tuis videat & admiretur. Et te inter Illuſtriſs.optimosq; Heroum teneat ſemper ac tollat. Vale, & munus hoc

hoc mittentemq; in animum mitte, in amorē.
Læderææ, Prid. Kal. Oct. ꝏ Ioc. xix.

EPIST. LXIX.

Malmogiam.

SIGVARDO GRUBBIO.

V. N.

MOestus mœrensq; à vobis discessi ante hos dies, mi Siguarde; quia te non viso aut inventu. De multis varijsq; sermones nostri ivissent, si incidere in te ibi fuisset & devenire. Per me, per sedem hanc novam, per subditos se circumfudissent grato tibi, sat scio, auditu & relatione. Nam nisi quod lethæa illa Diva loca hæc omnia lambit celeri pede, reliqua ad optatum fluunt. & si maneo ac supervivo, res meæ in statu sunt, quem volo: si non ad meliorem venient, & qui in metu non sit mutationis & pejorum. Pro quâ omni re grates titibi nunquam satis solvendas debeo. De quo magis est, ut alibi dicam & inscribam. hoc nunc oro, ut amare absentem non desistas. qui in tantum amasti præsentem; nec ab affectu sinas esse remotum etsi ab oculis & aspectu. De me, immemorem nulla dies videbit aut ingratum, donec ego Solis hoc lumen & cœlum videbo. Tu Centurias duas novas â Belgica jam videbis, te in ijs inspersum sæpè & immixtum.

Non

Non habemus in hoc rure qui impingat & vestiat, aliter nunc misissem dolet pudetq; investitas. E.N.N. scriptis, quæ apud te sunt, beneficium dabis, si ad breve tempus nunc dabis; nam animus est in studia jam tandem seriò me immittere & inhærere, res nostras in ævum annosq; mittere, si ego in paucos tantùm manebo. Oro, ut primâ occasione mittas, si non sit hoc molestum, quam Ystadiam semper habes, unde perferantur ad me sine morâ sine labore. Vale, & qui mihi nihil unquam nec hoc nunc nega. Læderææ. Prid. Kal. Oct. ∞ .Ↄ c. xIx.

EPIST. LXX.

Glassacium.

ANDREÆ SINCLARO.

MUlta in rebus tuis jam sunt, Illustriss. Domine, quæ applausum meum poscunt & gratulationem. A diutinâ Legatione redijsti, rebus cum laude cum successu gestis, &, quod caput, redijsti salvus firmusq;, dictus seriò nunquam reversurus. Rex in magnum Senatum immisit ante hos menses, hoc est, summam inter nostros dignitatem, & supra quam nihil altius hîc est ambire. Alia etiam ad magnitudinem tuam addiderunt hoc anno, & acclamare hîc meritò debeam, ac ut in lau-

in laudem, in usum, in felicitatem sit, optare. Lætari certè me in honorum eâ accessione debeo fateri, qui sciam te surgente & ad alta eunte res meas etiam venire, de te Mœcenate non tantùm certus sed securus. Quod me faciunt multorum relationes, qui de animo in me isto audiverunt, præsentis tui sermo vultusq; blandus in me nuper & amicus, munera ab eâ manu data aut missa & mille signa ac indicia, quæ non fallant. Ut si fælicitas tua ad mentem non sit, & eam tangat ac titillet, impius sim & ingratus. quod dedecus nomini huic nunquam addam & inuram. Sed in nimium te teneo. Iterum opto & altis votis insto. Ad famam, ad voluptatem, ad salutem ista cedant, te in hac & aliâ vitâ beatum faciant, & æternum. Deum id corde rogo, & ut te diu Regi, tuis, nobis, servet. Tuis, quos in patris indolem virtutemq; transire cum gaudio videmus, ut in eandem famam. fortunam, quæ olim surgant ex mente optamus. Lædera. CIↃ. Iↄ c. XIX.

EPIST. LXXI.

Glassacium.

ANDREÆ SINCLARO.

INter debitores tuos sum, mi Sinclare, & obæratos nec liberrae me plenè in animum

unquam fuit, ut obhæream & pendeam à te semper. Aliquid tamen nunc apporto, etsi non magnum, & do non in solutionē sed in fœnus. Centuria nostra quarta est, quam tibi ivi inscriptum. Tu amico vultu ac fronte vide sis admitte, & mittentis animum magis, quàm ipsum munus, metire. Quod quale jam est ad posteros venturosq; olim maneat, te ferat, & illustre hoc nomen in longas oras portet. Scis alia tibi destinari ab hoc Musæo & majora, tu ista velut prodromum aut præcoces quosdam fructus habe, donec vera illa & matura brevi dabo, quæ dabo, si in breve tempus maneam, ita maneam in Dei & tui similium favore. Læderæ Prid Kal. Oct. ꝏ.Iↄ c. x i x.

EPIST. LXXII.

Lundiam.

PAULO MARTINIO.

NUlla unquam discessio à te, mi Martini, tristior mihi fuit hac postremâ ob mœrorem in omni tuâ domo sic tàm sparsum ubique & circumfusum à filij morbo imò morte tàm alacris & in magnâ spe virtutum. Neq; enim supervixisse multas horas ab abitu meo potuit, ut infirmitas; tùm erat & certa pro letho signa. Dolere te in eo sic ablato non novum, non mirum;

Τὰ τῶν τέκνων ὄμμ' ἄρ' ἥδιστον βλέπειν,

cur in eo tàm caro tàm culto non esset? De me fateor sic penetrare eum luctum tua causâ, ut nullum sic senserim jam multos hos annos. Quid tamen est? animo impressum habeamus illud vetus: *Deum sequi*, nec nolle quæ ille tàm providè vult tàm paternè. Pro Christianâ propè pietate est illud Euripidæum:

--- τὰ θεῶν μελέδη μεθ' ὅταν φρένας ἔλθῃ
λύπας παραιρεῖ.

certè apud nos debet qui pij, quiq; scimus nihil sine ejus nutu aut voluntate evenire, nihilque immittere nisi quod in usum sit. Temperabimus itaq; dolorē & restinguamus, à conjunctione alia & in alia ea vita solatium sumamus, & quod videre ibi iterum erit & frui æternùm. Deus reliquos servet, quos bono numero adhuc habes, gaudium ab ijs hîc donet & prolonget. Iste nunc habeat quæ volet, quæ hic speravit

εἰς ἀθάνατον αἰθέρ' ἐμπεσών,

nec animum subeat nunc ultrà aut affectum, non ad lacrimas aut luctum. A quo ut nunc leviter abducam, vide novas Centurias has nostras, te in ijs non omissum aut neglectum. etsi sequentes ad te magis habent. Vides, ad quem prima it, velim ut te mittente possit

& com-

& commendante. Nam occasionem hinc non habeo, nisi eà viâ & per te. Grave non sit, me librumq; in gratiâ apud eum ponere, & mihi conciliare. exemplar ad ipsum te mittam, quàmprimùm liceat habere vestitum & ornatum. Vale, & à luctu eo vel tandem diverte, Læderææ, Postr. Kal. Oct. CIↃ IↃ c. xix.

EPIST. LXXIII.

Rosafontem.

OLAO WORMIO.

MOEstus litteras tuas legi & ad lacrymas, ut

Illi robur & æs triplex
Circa pectus erit,

quem non commovebunt, & mittant in tristem tecum sensum. Ut ad diffusa verborum me non mittam; amisisse te tàm altam, tàm amœnam natam, animo huic inamœnum, & tangit hoc pectus ac premit; nec velim quidquam isti familiæ contra votum esse, & ab illâ stirpe, qui omnes amore sic ad me itis & affectu. Quid tamen in luctum longius te sequor? reducere decebat & avocare. Et tu ipse te debes in illâ prudentia, illâ moderatione, quandò nullo tuo bono ad tristia hæc magis te demittas. Illa alacris, illa alta

In

In cœlo cum Dis agat ævum,

donec nos id etiam assumat. Quod erit fortè, ut tempora jam sunt, antequàm credimus, antequàm cogitamus. nam quod verè ille:

οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξεπίσταται
Τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται.

Nec dolere valdè debemus, si etiam hodiè abjungendum, nisi lætiora se offunderent in hoc mundo & magis constantia; nam in incerto, in dubio in vacillanti omnia nostra & nos sumus. Sortem tùm demum certam habemus & manentem, quandò illum portum. Mitto ista non læta. Lauream tuam aspicio, quam ibi dedisti. illa vero æternam laudem tibi dabit, certè sic edita & vulgata. Fælices animæ, dicam, quibus sumere eam fuit à tali manu, tali viro. Quam multi adquirunt minore famâ ac laude. Jubilæum etiam tuum cur non lego? ab alijs audio in lucem venisse & editum. Scis capere hunc animum, & tenere quidquid à tuâ manu, & peccas nisi submittis, quoties aliquid in aspectum. Quod idem in meis faciam, quoties copia exemplarium erit, aut typographos habeam propiores, Nam quæ in Belgicâ excuduntur, scis non facilè huc adportari, non cum copiâ aut abundantèr. Cum magno tamen affini ista nunc

vide, cui volo ſimul miſſa illum teq; ex hac mente ſalvere. Læderaæ. Prid. Non Oct. ꝏ Ↄc. XIX.

EPIST. LXXIV.

Octaviam.

HELIO PAULO.

MUltas jam nunc litteras, mi Heli, accipio, ſed certè mœſtas, ſtillantes meris lacrimis & dolore. Ita jam hic jam alius abit è noſtris, & cadunt ubiq; denſâ morte. A vobis etiam hæc triſtia audimus & uxorem te ſimul reliquiſſe non reverſuram. Durum hoc debeo fateri inprimis ſub initia & conjugio adhuc recenti. & vellem propius tibi adeſſe, tangere, amplecti in his adverſis. momentum hoc haberet ad ea lenienda & mitiganda. nam neſcio, quomodò

λύπην μὲν ἄλλως οἶδε θεραπεύειν φίλος.

In animo tuo ſpes jam mihi alto, erecto, quem pronum non mittas in dolorem. Nam reverà de abitu noſtro parum eſt, dummodò ad meliora ſit, &

cœli ſtellantia templa receptent;

quod nobis certum, qui Chriſtiani. Nec malè olim Poëta:

Ὑπὲρ μὲν θανόντος οὐκ ἂν ἐνθυμοίμεθα,
Εἰ δὲ φρονοῦμεν, πλεῖον ἡμέρας μιᾶς.

certè

certè non si ad mœsta animum vertimus, quæ hîc se spargunt velut communi lege; si ad læta, quæ in aliâ vitâ obvient statim & occurrant nullo modo, nullo fine. Verè in longum eum luctum trahere, quem fructum dabit? quia ita brevi non devenisti in hæc desperata, (nam serò ad me delatum) vide, ne à te abeas & animo duro contra fortunam, & nimis diu hîc insistas & jaceas. retrahere ab his tristibus alios debemus, non deceat ipsos nos nimium immergi. Hæc scribere nunc sic lubuit, & plura aliàs, si nuncium habeam certiorem; nam has in eventum mitto, nec valdè promitto perventuras. Læderææ. Prid. Non. Oct. quo me venisse non potes non audivisse.

EPIST. LXXV.

Lundiam,

PAULO MARTINIO.

ITerum filij discessus in dolorem misit? durum hoc in animo tuo prono ad mœrorem, atq; utinam non sit, & fama ea non vera; nam fama tantùm est, & te Malmogiam migrasse aut tuos jam amisisse. Quid dicam, mi Martini? tristia rarò sola, nec vanè mihi visus dixisse quisquis ille fuit, quòd πολύπουν ἐστὶν ἡ λύπη κακόν, ut jã experiris, duos filios sic eduxisti, hoc est, gaudium & spes tuas ac inter-

vallo non longo. Esse tecum nunc ibi ac adhærere valdè pro solatio esset & lenimine in tristi eâ sorte.

ἡδύ γε φίλου λόγος ἐστὶ τοῖς λυπουμένοις,

ait verè ille. & quamvis eadem videmus, aut scimus quæ alij: non tamen se offerunt, cum mæsta hæc animum obvelant & tegunt; nec promere ab eo tùm promtum, si quæ ad firmitudinem & robur. Etsi, ut longum tempus ab eo fluxit, minuisse debet is luctu, si non plene abijt; namq;

λύπης δὲ πάσης γίγνετ' ἰατρὸς χρόνος.

nec tàm intensus ullus est, qui eo longo non remittit & sistit. Apud te certè debuit. dolere possumus & debemus, etiam qui in aliquâ sapientiâ & animi cultu. sed cum impetus ille se fregit, ratione pollere debemus mæroris omnes nubes. Quanquam, quod ille ait, ἔστι εἰπεῖν ῥᾷον ἢ φέρειν. minorem animo tuo & viribus omnem nunc dolorem opto, & ut in nullum unquam venias magis aut quæ nolis. Læderæ. Postr. Non. Oct. ∞.Ic c. XIX.

EPIST. LXXVI.

Asseream.

NICOLAO OLAO.

Nihil

NIhil potuisti gratius nunciare & quod magis pro hoc corde. Vel mortuum sic excitasses certè delinquentem. Pronis sic in partum iste annus non favens multas abstulit hîc, & extinxit. Pro meâ majorem metum nunquam habui aut timorem. Nam animus iste mollis in dolorem in hoc casu, & Deum testor me in intensissimo eo fuisse ab abitu ejus à nobis. nec dicam quæ tenuerunt ab eo tempore tristem mentem. Pello ea nunc & demitto, spero non reditura. De matre, de natâ, ut scriptio tua est, periculum nullum ultrà aut discrimen. Deus respiciat adhuc & firmet, me teq; illis aliquandiu servet. Ut ego veniam & intersim ad illa læta, si morbos hîc video, si funera vix spes sit. Domus etiam ægrè nunc dimittat in his initijs, quæ curam aliquam nunc poscat & inspectionem. rumpam tamen ista, veniam, qui scio non fore ex meæ voto me absentare. Nec de sumptu, (etsi non vis me tu hoc dicere) graves tibi erimus aut molesti ipsi ex fide ex æquo aut supra id relaturi. Et de tempore ut constet, scito me non ante VII. Id. Nove. adfuturum, ad quem diem vestra ibi disponite & aptate. Comites erunt è nobilitate istâ & convivæ, quos voles. Deus in id tempus nos servet, post

id longum adhuc donet, nostrorum usui, nostræ saluti. Læderææ, VIII. Kale. Oct. ꝏ .Ↄ c. xix.

EPIST. LXXVII.

Laberadium.

MARTINO PERSÆO.

IN longum responsum differs, mi Persæe, & ad dolorem. Nam ut tempora jam sunt & valetudo apud multos parum votiva, dubitare de nostris possumus, cùm sæpè ab ijs non audimus, cùm semper. Scis in quâ re sermo mihi tecum in discessu ipso tuo à nobis. de eadem litteræ erant, & scire volebam ecquid spem nostram alas aut abscindas. Juvenem hunc ad ea venire valdè velim, si fata, si vos velitis. Nam certum mihi perspectumq; nihil eam vobis negaturam in cujus id manu, vos posse vel ad majora ducere, si animus sit, si opus. Et jam si carum quidquam & amicũ vultis in me declaratum, hîc ostendite. Nam senem ipsum facilè huc ducam, & in meum sensum. Præsentes loquamur; nam ad id occasio nunc, nisi tu omittas & te subdùcis. Uxorem in Blegiam misi ob luem hîc jam vicinam. nam Ystadiam convertere nunc & turbare non potes nescire. Ea jam alteram prolem mihi dedit, pro quâ convivium ibi nunc nobis. Ad quod

quod ſeriò te invito cum Fratre, cum Rameliis, cum Bernecovio, & veni tu certò, ſi non poſſunt illi, non volunt. Ac ut ſcias, ad VII. Id. Novemb. ibi ſiſtas aliter me ibi non inventure ad mea huc reverſum. Ad fratrem hîc etiam habes, in otio eo imò tædio, quod Lundiæ ſuſpicor obhærere, comitem ſe det & in aliquam ibi nobiſcum voluptatem. Læderææ. VII. Id Oct. CIↄ.Iↄ c.xix.

EPIST. LXXVIII.

Laber.edium.

PAULO RAMELIO.

V. N.

AMiſiſti è tuis optimos, pœnè dicam, maximosq; eo anno, qui fatalis capiti non uni. in Daniâ hac noſtrâ certè, quam convertit; nam ut evertat fugio dicere aut ominari. Et conſolari debebam in eo caſu? non decet aut opus, ut te novi:

οὐδεὶς ἐπὶ σμικροῖσι λυπεῖται σοφὸς,

& quid aliud iſtud eſt? mortalem feciſſe quod facturi omnes ſumus, miſerijs & triſtibus relictis ad læta iviſſe? Vulgus dejectè hæc ferat, nos altiores ſimus, & addo ſapientiores.

Ἄφρονες ἄνθρωποι καὶ νήπιοι οἵ τε θανόντας κλαίουσ'.

ait ille, & nos ne ſimus, mi Paule, ad alta &

recta nati sumus, etiam animum habeamus ferentem talium & tolerantem. Nam quid est omnis hæc mors, quam fugimus, quam timemus? discessus ab infortunijs, à labe, ab ijs, quæ nollemus, aditus ad ea, quæ optamus, & via, *Solâq; quæ possit facere & servare beatum.* Non jaceamus ad ista aut doleamus valdè, magis quòd citò eodem venturi, & antequàm credimus fortè aut speramus. Diluamus iterum hæc tristia & læta inspergamus ac nos misceamus. Ego te nunc id valdè orem, & ad puerperium te velim tractum, ac sacrum fontem, pro filiâ, quam uxor alteram jam dedit. Sed in Blegiâ, quò demisi ob luem, quæ hic adest aut imminet & minatur. Ibi in tuto adhuc sunt & spero erunt, de te etiam, quod mihi hoc non neges aut te inflectas, qui non propofuisti tantùm, sed jurasti in mei amorem non magis unquàm ostenderis, mi Paule, aut declarabis. Læderææ, VII. Id. Oct. ꟾↃ .Ↄ c. xIx.

EPIST. LXXIX.

Laberadium.

HENRICO RAMELIO.

AD læta quædam invito, mi Henrice, & jucunda spero quod attrahendum, imprimè ut tempora jam sunt tristia, mœsta,

&c quæ

& quæ egent hilaritate aliquâ inspergi & temperari. Certe si unquam id opus, nunc erit, ac inamœna hæc ita fallere & mentem ab ijs abducere & cogitata. Ego occasionem huc præbebo utinam acceptanti. Uxorem in Blegiam misi crassam, & non longè à partu, hoc ob imbelliam & morbos, qui hic minantur, nunc & terrent. Ut nec qui sedem mutamus omnia ad votum habemus novo adhuc & recenti adventu, inprimis qui ad commodiora paulò assvevimus, quod postremum tamen eò non misissem, si alia non concurrissent. Sed ea alteram filiam ibi jam dedit salvo, ut gaudere te jubeam, & incolumi fato, & hac occasione convivium ibi damus pro more, pro antiquo ritu. Ad quod ductum te valdè velim, &c, quod caput est, ad ipsas sacras aquas. Nec potes, mi Henrice, aut debes aversari. Aulam ibi habetis, aut arcem dicam, non remotè ab eo tractu eam ita videris, lustraveris, & in omni re vestrâ disposueris in hanc brumam: amorem in me ostenderis, in quo non nego triumphare me & gloriari. ad famam tuam addideris, quam ego ab hoc facto ad multos deducam & propalem. De loco, de tempore Persæus dicet, ad quem perscripsi. Nova quædam, etsi non magna à Typographo

meo missa per hos dies. ea nunc ibi, quia de vobis alibi inspersum, videte. Sed & ignoscite quod inornata sic & incompacta; nam in rure isto quis vestem dabit aut ligamentum? Sed vos vel sine eo legite, donec alia brevi licebit: quæ serio & velut ex professo de vobis habent. Salve & te siste. Lædexææ. VII. Id Oct. CIↃ. IↃc. XIX.

Epist. LXXX.

VVidsceuleum.

JOANNI BERNECOVIO

ATtraxisti me, mi Bernecovi, sancto & æterno nexu amoris, ac quem nulla unquam dies solvat aut exstinguat. Nam abire à me prius possim, & terrâ ea, quam calco, quàm à cultu affectuq; in te, qui in mente istâ immensè vivit & spirat, nunquam remissurus. Nec aliter occasionem dedisti nuper & caussam. Ea benivolentia, humanitas, candor nunquam contigit, Ramelios excipio, aut obviavit in his terris. & velut in altum in insignem, in parem, hoc est, Heroem honore ivisti & demissione. Ut saxum sim aut ferrum, si me ista non commoverent, & mitterent ingratum de te sensum. Nec scio an addere ad commodum tuum unquam possum aut voluptatem, certè propono, & quidquid á subdito

dito, à servo, à cliente diffluere unquam possit aut manare, à me habebis. Nam à Fatre aut amico ut dicam fortuna mea & nascendi sors non permittunt. Quod ipsum addico his litteris & velut per sponsorias tabellas promitto. Quod non antè feci & hucusq; silui, ac nihil ad te, causas habui multas magnas, & omnes præter meas occupationes. Mutatio] quædam fuit in rebus meis, quæ dum non venit in tranquillum, non libuit aut licebat ad ullos dare. Migratio deinde tenuit, & dum res meas deporto aut compono, non septimanæ tantùm sed menses labuntur. Videre etiam præsens in mente erat & semel tandem famosum illud Widsceulæum tangere aut intrare, ibi in sermone longius meliusq; deducere, quæ in animo hoc claudo, quàm litteris & chartâ. Et hæc me hactenus sunt remorata, nunc tandem omnia infringo, & quasi prorumpo aspectus tui avidus aut vel levis convictus. ut eo brevi recreem me & delectē, si longo nō datur. Occasio huc nūc est, & in rebus meis quod oportet hoc valdè & huc invitet. Uxor mihi Asseroæ hoc est, pauca miliaria à vobis, & nova ab eâ filia ante paucas septimanas, officiū tuū hîc requirā in sacro fonte, si sine molestiâ tuâ posses. Da hoc mihi, mi Bernecovi, vias illas vince, etsi

sub id

id tempus non bonas; nam ad VII. Id. Novem. tenere te ibi velim, & Ramelios aliosq; è vobis magnis, quos unà invitavi. Fallere melius autumnum hunc non possumus. & quæ in annum hunc inciderunt non læta, quàm ut peregrinatiunculâ istà alijsq; nos velut subducamus, & ita velut in oblivione ponamus, quæ non ad mentem, læta quædam inspergamus & jucunda. Ego polliceor ibi nos posse & multa ad delectationem ad voluptatem cernere & audire. Nam eò nigra hæc Dea non venit, quæ alios omnes ferè tractus nunc gravat & molestat, te serô inveniat, & nisi post ætatem. Læderææ. VIII. Id Oct. CIↃ IↃ c. XIX.

EPIST. LXXXI.

Dalaum.

OLIGERO ROSÆCRANSIO.

IN longum silentium traho, mi Rosæcransi, nunc & usurpo contra votum verè dico contra propositum. Nam id erat sæpè ad te ire, scriptionis hoc cursu, sæpè jungi, quod non datum per hos menses aut permissum. Mutatio quædam fuit in statu meo istâ æstate, eam inquietum tenuit jam diu & occupatum. Dum res meas apporto posteà huc & dispono, dum sedem hanc formo & mihi apto, otium non fuit ad crebras scriptiones. Cum munere

etiam

etiam volebam adire, quod tibi in ſcriptis his meis deſtinatum. ſed tardant Typographi & prolongant, nec videre adhuc fuit aut audire de eo, etſi, jam credo, excuſo. Hæc tenuerunt & retraxerunt ſæpè ſcripturum. differre nunc longiùs non pro meo more, non pro amore, qui mihi in te eſt immenſus. Et ſcito vivere adhuc, &, quod libens addo, vigere, ad ea veniſſe, quæ diu volui, in litteris libriſq; eſſe habere hîc quæ quis optet. & luem hanc tantùm excipio, quæ fervida hîc & circumfuſa. Sine malo iſto ſit, ſortem nunc non mutem cum ipſis purpuratis. Tanti ſolitudo & quies animo huic eſt, in quâ fas Deum piè pureq; venerari, litteris & ſapientiæ involvi à ſtrepitu remoto & ſtudijs ſtulti vulgi. Sed longior ſum. Centurias has noſtras vide, & in ijs vide, quàm altè in animum hunc immiſſus, & velut inuſtus Oligerus. Lœderææ. VI. Id. Oct. CIↃ.IↃ.C.XIX.

EPIST. LXXXII.

Vomium.

N. PORTÆ TRYGONIO.

LUndiam iſte jam abit, per eam viam ad vos, nolui vacuum & ſine meis venire. Ut tuas elicerem ſic & extorquerem, quas mittis nimis parcè & rarâ manu. Caræ eæ mihi; quia

tui&

tu, & vel contra nectar. debebam tantùm eas crebriores videre;nunc magis in novâ hac sede quietis& tranquillitatis plenâ, ubi facilè reponere semper & pariare.Mœsto etiam isto tempore cum Morta hæc regnum sic tenet, in quo solatii,non nego, egemus,& ab amicis recreationis. Quam tu crebrò nunc dabis litteris crebris, cultis & quæ diffusè eant per studia nostra. Nam alia & quæ Reges ac regna tangunt non valde mihi in curâ. Id magis foret, rescire quid in negotio Harlæo sperandum, ecquid cum sene illo, transegisti & nobis conciliasti. Scribo hoc nuncio ad eos,qui Domini in ea re ac directores, eos facilè habeam faventes & quos volo, modò ipsum habeam. & tu nihil, quæso te, protolle aut ommitte, Lipsij ista & Puteani velim remitti nunc & huic tradi, sed duos tantùm libellos. eorum mihi hîc nunc usus.Bremerus dicet;&si quæ alia voles à nobis scire. Læderææ. IV. Id. Oct. CIↃ Iↄ c. XIX.

EPIST. LXXXIII.

WILLICHIO WESTHOVIO.

ISta mea ad te mittere animus adegit, magis quàm res exegit. Magni momenti non sunt aut precij, neque seriò hæc deduco & nisi per ludum. Tu cense & mone, ubi quid non ad amussim.

Alius

Alius enim alio plura invenire potest,
nemo omnia,

neq; videre. Nec habeo, qui calculum ſupra te mittat, ut tu intellegens jam diu talium & ſciens.

ὑππεὺς ὑππεύειν ἐδάη, καὶ ἀοιδὸς ἀείδειν,

nec de litteris his noſtris judicare quiſquam, quàm qui ipſe habet. Læderæ. IV. Id. Oct. CIↃ IↃ c. xix.

EPIST. LXXXIV.

Tſtadium.

JACOBO JANO. S. D.

IN metu de te ſumus, in mærore; ob tractum iſtum ſeptum ſic malâ lue & circumfuſum. Neſcio quid fata moliantur. omnia & ubiq; ſpectant everſionem. Germaniam vides? quam ea nunc in ſtatu, non bono, & in quo vellet. Nos hic? multa mittunt in timorem, nec ſcio facilè angulum, cui facultas nunc ſit ad læta. De Præſtite illo veſtro hic ſermo, abiiſſe

Illuc, unde negant redire quemquam;

& initio vacillabat, nunc auget firmatq; is rumor. Etiam de alio functo hîc fama, uxore & liberis aliquot parvis præmiſſis. Alter præ-

ter ætatem nihil passus est, in quâ extremâ fuit. & quàm multi seneciones sibi videntur, qui non tetigerunt mediam illam metam. Posterior is in bono ævo adhuc desijt esse, & qui diu poterat suis supervixisse. Sed fatum hæc temperat, ut vult, ut videt expedire, nec dolore debemus aut culpare. Ego optem in locum te surrogari & multi ibi volent, si tu. Sed jam antè audio non ambiturum te hoc munus, imò non accepturum oblatum. Nec improbo valdè. placidi beatiq; serò erunt, qui cupidinem ad omnia mittunt, & tanguntur semper desiderij novis ventis. Tu mane & in Spartâ eâ auctâ jam & ornatâ obhære, donec in æternam & nunquam desituram semel ineamus. Curari ibi quædam nunc velim per te & expediri. Scedula adjuncta dicet, & magis, qui eam tradit; tu habe nunc eam molestiam, & mei amorem æternum. Læderææ. Kal. Sept.

EPIST. LXXXV.

Ystadium.

JACOBO JANO S. D.

TAm suaves tuæ litteræ, tàm faventes meritò meas eliciunt, etsi breves; nam in funera eo, quæ deducimus hinc jam crebra, nec produci id vult aut differri. De Holml eo adventu & vocatione libens legi. Felix sit, & dic

me

me toto corde hoc apprecari. Unâ eramus in primâ eâ ætate, in lætitiam ſit viros nunc ſic jungi. In negotio meo non opus, ut ſic feſtinent, à lapicidinis quædam exſpecto in iſtum uſum, quæ dum non habeam, nullus mihi ferramentorum iſtorum úſus. In reliquis quid velim factum, ipſe brevi dicam & diſponam; nam iter mihi video eò futurum inter paucos dies. tùm loquamur, & de iſtis alijsq; conſilia inibimus. ego nunc in viam, tu ſalve. Læderææ. III. Id Oct.

EPIST. LXXXVI.

ACCILIO URUP.

TEnuiſti nuper, ampliſſime Domine, & me attraxiſti blandâ amænaq; comitate & ſermone, & benivolentiam in me non dabas, ſed, debito tibi verbo, effundebas. Ut fatear proniorem in me non inveniſſe aut humaniorem multo hoc tempore, non in vobis magnis & qui in eâ ſummitate. Tenet id hanc mentem, & in te intendit nunquam reducendam, quæ amorem in te imbibit largè etiamnum & aſſumit. Optem vicinior adhuc eſſe vobis. Invitationem ſæpè obire fas ſic ſit, vos audire & videre, quod non nego lubentem me promiſiſſe. Etſi ſi tempora hæc mœſta non fuiſſent & omnia & ubiq; lue hac & contage in-

tuta, jam esset factum, venustam vetustamq; illam sedem intrassem dudum & tetigissem. Nam infantes non libentius ad mammas revertuntur semel gustatas, quàm ego ad suavitatem convictus tui & dulcorem. Quia tamen tàm citò hoc non licet, Centurias nostras mitto, ut me ita videas, cùm non videas, & memoriam apud te sic renovem aut reservem: quam tu caram jucundamq; semper habe, & me inter cultores tuos & clientes, quod te quæso, & Deũ ut te, amplissime Domine, diu servet.

EPIST. LXXXVII.

Quæreſtaum.

SEVERINO NICOLAO.

VEnit quem huc misisti, equos adduxit; non pro opinione meâ magnos gratos tamen, nisi quod nimis caros. formâ & colore se mihi probant, staturâ tantum sint sat altâ. Intellegens parum talium adhuc sum & sciens, de fide tamen non dubito; quia tecum ago, aut fraudem metuo & fucum. Pecuniam huic jam trado, aliquot tamen minus, quàm requirebat, Philippæos. Ut vile eo anno hoc genus ut in precio ubiq; non magno, ad majus non adducebat. Si omninò non vis de summâ ea detrahi, impleam ipse & apponam in nupero ad vos adventu. Statui enim, mi Severine;

te il-

te illic jam semel jam citò videre, & desiderium id tandem explere, quod de te concepi, quod de tuis. De postremis meis quod tibi sic proba, per mihi gratum. impetu & calore quodam hæc scribimus, quæ magis mihi in labore spero fore ad tenerum quemvis gustum & salivam. Pluscula adfecta nunc nobis in istis alijsq;. Et videmur brevi daturi de FOEMINIS, de POETIS, de RURE, de PAUPERTATE. de nomine CANUTO Syntagmata. MONITA item MENIPPÆA, & multa alia, ad quæ relegenda & aptanda ad typos (nec enim aliud deest) otium non fuit per hos annos. Nam Commentarii in MATTHÆUM & MARCUM, neq; hoc nescis, sed hos integros annos me tenuerunt. quos ipsos tamen non permitto nunc ad lucem, etsi ad eam natos, ac ut ostenderem. Læderæ. Id, Oct. CIↃ.IↃ. c. XIX.

EPIST. LXXXVIII.

Fridericiam.

NICOLAO FRISIO.

Secretario Regio.

PRimam eam ætatem, Amplissime Domine, & juventutem traximus in perillustri Herlovæâ, & Phæbæis illis locis. Ibi adolescentia nostra aut pueritia annos una

posuit, ad ludos, ad læta junctim ivit, ad garritus, saltus, discursus & quidquid vernans ea ætas solet. Animis & annis valdè tùm pares, sed & consiliis semper juncti eramus, &, ut in pueris potest, arctus inter nos amor. Quæ talia ego cum oblectamento etiamnum recordor, & moveor ad ea cogitata, quoties eo mitto, ac delector. Digressi poste à sumus in Accademias, terras, urbes missi, nec videre nos adhuc ex eo fuit aut convenire. Et ego tibi, nō dubito, quin ivi dudum in oblivionem, ut non hærent semper & manent in firmâ memoriâ, cum quibus prima illa vitæ terimus. Tu ut mihi excideris non fuit, nec fortuna tua tulit. Nam ut Sol, & quæ in cœlo, aut alibi, lucent, oculos semper ad se trahunt, & omnes in se habent intentos: Ita qui in alto, etiam in famâ sunt, & qui Rebus sic & Regibus mixti, non magis potestis latere, quam illi & ignorari. Tu verò mihi ab animo nunquàm ivisti, etsi ab oculis ac vultu. & in tuum redire iterum & immitti, in usum item aliquem & amorem, diu fuit in voto. nunc litteris istis id cupio factum, ac aditum ad notitiam iterum dare & velut renovare. Tu mentem ad prima illa & juvenilia mitte. invenies tecum & inter charos conjunctosq; fuisse, quod adhuc te quæso permitte, & mi-

& mihi dona, ac velut obliteratum in amoris album iterum inscribe. ita te Deus inter suos, & fortunam, fælicitatem, ac quæ voles supra tua vota donet. Vale & da ut te inclinato magnum Regem semper habeam.

EPIST. LXXXIX.

VVidsceulæum.

Jo. BERNECOVIO. V.N.

WIdsceulæum te habet? mi Bernocovi, id est, ad amœnitatem & splendorem facta sedes. Si id est erravi in re quadam meâ & falsus spe sum. Cum Rameliis esse te audiebam, & opinio mea fuit; eò litteras etiam misi, quæ in Blegiam invitarent ad læta quædam & solemnia, quæ pro natâ filiâ ibi nunc obibo. Illos aliosq; exspecto ab eo tractu, ad VII. Id Nov. Afferoam: Illuc uxorem misi; nam omnia hic intuta pronâ hac peste. Ut comitem te eo nunc des & convivam, valde sis pro cupito, & in ludum lubentiamq; ibi unà venias, quàm ab eâ conjunctione tutò erit sperare. Subduxeris te tristibus aliquantum, quæ ubiq; nunc densa. Tempus fefelleris nunc non amœnum sub hyemem, quæ instat & impendet. &, quod quod caput, isto beneficio me emeris perpetuum tuum. Non prolongo, quia incertum adhuc scribo, & nescius an, ad inveniendum

Transibo illàc ipse, cùm in istas partes me feram, & dicam utinam præsenti, aut, quod magis optem, mecum ducam. De peste metum non habe, eò non venit, aut multos hos annos fuit, & nomen pœne nunc ignorant. Læderææ. XV. Kalend. Novemb, CIϽ IϽc. XIX.

EPIST. XC.

Syllisburgum.

TAGIO TOTTIO V. N.

TRactum istum, Amplissime Domine, diu amo & in mente hac æstimo. Multa hoc poscunt ac eò inducunt, Amœnitas, pulcritudo, lepor, quæ infusa in omni illa parte. Ut habent ibi quidquid fertilitas aut commoditas amat. Jam quod summum, ea terra dedit, quod in rebus meis summum maximumq; uxorem. quæ ut in me affecta, & à qua nihil possit requiri altius aut optari, meritò loca ea & homines amo unde attraxi. Quod ipsum tamen facio nunc magis, postquam te ceperunt carum mihi & diu propensum Mecænatem. Non enim habes in isto mundo, qui magis eat in tui amorem non inter cultores & clientes. & decurram fortè amoris hunc campum vel cum ijs, qui prope tangunt, nec vincar in fidi affectus cursu. Te certè penetrasti in hoc pectus, ut pauci sic inter altos & sum-

mos

mos nec eſt ad quem animus hic magis eat & ſe inclinet in eo tractu, certus me à te habiturum ſi quidquam res meæ aut uſus unquam poſcat. Et lætor hoc magis ac gaudeo, te Præfectum illi terræ datum, aut, ut rectius dicam, Proregem, in quâ caros meos ſic habeo & ſanguine aut affinitate attingentes, qui habere nunc à te meâ causâ poſſunt, ad quem ſe reclinent & opem ſperent, ſi opus unquam aut neceſſitas erit. Quod te, Ampliſſime Domine, rogo, & ut animo à me nunquam reflectas. Læderææ, XIV. Kal. Nov. CIƆ. IƆ C. XIX.

EPIST. XCI.

JOANNI CORVINO.

BRemerum eò nunc mittebam, mi Corvine, volui eum has ad te ferre, ut vivere nos adhuc ſcires & ſupereſſe. neq; aliud ferè erat quod ſcriberem valdè, aut requirebat. Morbi hic ſtati nunc & intenſi latè ſe ſpargunt & diffundunt celeri lue. & iſte annus multos mittat ad ſepulcrum & ferales iſtas ſedes. Apud vos etiam ecquid minuit aut augeſcit hoc malum. Primùm id velim & optem valdè, ob tam multos ibi in me pronos & quos amittere pro triſti ſit & amaro. Sed Deus vos, ſpero, ſervet, malum hoc ſiſtat & avertat. Gratias nunc erat ut agerem pro nuperâ benivolentiâ,

pro officijs, pro comitate, sed vix eo adsurgo & me tollo. nam ista in me nimis profusa & quæ cogit ad alios divertere nisi emendes. Seriò, major quam pro me illa lautities, & Reges Principesq; sic excipias sine probro. nec ipsi Sybaritæ auferant tibi hic palmam. Sanciamus hanc legem si hospitio eo exinde utor, ne contra morem, contra cottidianum usum, quid fiet, & ne vicinia pro me majorum fumum videat. Aliter muto, mi Corvine, & ad alios accedo, qui sciant se è Philosophorum more & instituto aliquem, non Heroem tractare aut Phæacem. Sed ille nunc abit & poscit. Salve, Salve, cum socero cum uxore, cum liberis, à quibus Deus gaudium ultrà donet, acceptum diu servet. Læderææ. Non. Oct. CIↃ. IↃC. XIX.

EPIST. XCII.

Querestaum.

SEVERINO NICOLAO.

NOn sperabam, mi Severine, talem latere in eo tractu, eo ingenio, eâ doctrina, Phœbum spirant hæ litteræ, aut verum nectar, nec exspectassem (ut verum fatear) ab eâ manu aliquid tam Musæum. *Aliqui merentur famam,* ait quidam *aliqui habent.* de te hoc possum & debeo affirmare, sapientiam doctri-

doctrinamq; te habere, magis quàm ab eâ nomen, & inter claros magnosq; te esse etsi non titulo & æstimatione. Sed mitto ista. Quandò prima mea illa sic te ceperunt, alia nunc adjungo etsi non seria aut sumptuosa. tu vide & cense. De equis quidquid tu decernas, mihi acceptum gratumq; erit, & utcunq; facies mihi satisfacies, nec ego æstimo accipiove nisi à tua commendatione. Pecuniam volebam huic dare, sed neganti. ista in promptu paratuq; hic est quacunq; horâ numeranda. Et velim sine mora huc dimitti & dilatione, si commodum sic sit & immolestum. Ego omnis tibi velim iterum voveamq; nec fata mihi magis cupiant quam ego tibi tuisq;. De te, sermo hic fuit, in lecto. gaudeo non esse, opto nunquam fore, non nisi cum terra hæc linquenda, quod post ætatem tandem sit. Salve cum uxore, cum liberis, quos saluto. Post. Kal. Oct. CIↃ. IↃC. XIX.

EPIST. XCIII.

Malmogiam.

REGELO REGELO.

PRo mortuo te jam habemus, pro defuncto qui sic siles, nihil huc spargis aut submittis. Quod ibi, quod Portuæ, quod in aulâ novum, debebam per te scire, & an morbi

augent adhuc ibi aut quiescunt? an rumores hîc tam crebri tam clari de bello veri & digni fide, & si quæ alia ibi non cottidiana aut solita? Delectarent me ista magis per te intellegentem & tu ne neglige exinde nunciare aut omitte. Te ita excitaveris, &, quod in rem valdè sit, stilum formaveris & in formam duxeris quam debes; nec est alia res magis ex tuo usu, quàm te illumq; diffundi nunc ad omnia & assvesci. Ad magna vos destinavi & ipsam honorum arcem, ac toto conatu hoc egi ut intraretis. vos ne fallite aut frustrate. Si mihi Duces & ductores fuissent, qui vobis, supra ipsos altos apicesq; jam essem luce & famâ. sed scitis commoditatem mihi ad id nunquam fuisse aut fortunam. Vos seriò ad ea ite, ad quæ immisi, labores omnes spernite & curas, aut ferte.

οἱ γὰρ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐδοξίαν.

& vos incassum non habeatis, in vanum, quidquid de pręmio non adhuc signa aut solutione. In carmine illo tuo scire velim quid factum, an ad finem ductum? an extrema manus addita & linea, quam tu impensè impende & pœnè dicam, sine modo; nam non potes hoc nimis, & omittenda hæc magis sint aut non tangenda, si cum curâ non damus. Si leniant in parvum hi morbi, qui non ser-

punt

punt nunc hîc sed sæviunt, videre hîc te, & istud velim, antequam publicè & in luce videatur. è re tua sit hyemem apud nos trahere, sed in hanc lucem languoremq; te immittere temerarium sit & inconsultum. & beati qui possunt abesse, de nobis audire ipsi extra telum. sed in funus nunc trahor. vale, &

--dum primi floret tibi temporis ætas,
Utere

me etiam, ubi usus aut occasio unquam poscat. Læderææ. Non. Oct. CIϽ IϽc. XIX.

EPIST. XCIV.

Rosæfontem.

CASPARO BARTOLINO.

AD sperata mea tandem venerunt, mi Bartoline, ad optata, in quiete sum, in tranquillo, &, ut verbo dicam, ubi volo. Uxor alteram filiam nunc dedit salvam illæsamque ipsa salva & illæsa. nec est nunc quò votum longius mittam, nisi ut lues hæc abeat, & decedat, quæ multos hinc facit, & densâ strage. In metu ob eam sic sumus, in timore & vitæ hujus in nullum diem certi aut securi. Uxorem in Blegiam jam antè, & alios nunc prope est ut mittam, ita solus habiturus quidquid fatum & Deus immittat.

Quid

Quid hic dicam? aliqua ſemper contra ſint & urgeant, nec tam optata aliqua functio eſt aut locus,in quo non inſperſum aliquid injucundi, & aptandus ad talia animus, ea ferenda. Optem fratrem tuum huc adductum, ſi extra metum hunc ſit, nec eſt in omni juventute hac noſtrâ cui operam meam magis velim impenſam. Attraxit me viva florentiq; indole & ad magna deventurâ, ſi non deſit qui fervidè ducat & cum fide. Typographi mei tardant adhuc & ſuſpendunt, nec, quæ ad Roſæcranſium ibunt, fuit adhuc videre. Iſta interim legat, nuper allata, donec alia brevi dabitur & ei deſtinata.

EPIST. XCV.

Roſtochium.

LAURENTIO ASSEROO.

NUllæ unquam tuæ triſtiores mihi fuerunt his poſtremis, quæ te tàm triſtem nunciabant & infirmum. quid tamen comitem me dem in dolorem nòn poſſunt tantum adverſa quædam cádere in hanc ætatem, ſed debent, & magni ac alti habent;cur nobis non eſſent?

εἰ πάντες ἀποθανούμεθ', οἷς μὴ γίνεται
ἀβουλόμεθα

jam orbæ & ſine incolis eſſent hæ terræ. Nullus

lus tam cultus hortus, in quo non urticæ, & malarum id genus, se etiam miscet; ita nec vita in qua non dolor, nec locus nullus aut status est.

χαλεπὸν ὅστις μηδὲν ἐξαμαρτάνει.

Ferre hæc debes animo non fracto ac reliqua ista non sperata. *Quod fuit durum pati meminisse dulce est, ait ille.* Tibi contingat & hæc salutaria non tantùm erunt, cùm superasti, sed jucunda. nam

ἡδὺ τοῖς σοφοῖσι μεμνῆσθαι πόνων.

In me experior, & præterita illa dura suavi quadam cogitatione recordor & mentem vel cum motu ad ea mitto. Nam non fuisse omnia pro voto, in primis illis annis, non potes nescire. Et tu nunc sustenta ac in me vide, habiturus eà via quæ in votum sint, in voluntatem. Quæ alia scire te volo ab eo audies, qui portet, nec enim omnia litteris tutò credam.

EPIST. XCVI.

Rostochium.

LAURENTIO ASSEROO.

CUm dolore tuas vidi, cum curâ, quia tu tam diu in dolore. quem tamen mens mihi dictat & præsagit jam esse leniorem. O Fatum & tu facite me compotem hujus voti. Nec obhæreo longius in his tristibus, aut persisto,

ſiſto. De ſtudijs, quod quærebas, ſi valetudo unquam ſit pro voto, quod tu & quomodo viſum. Ad Medicinam diſtinavi & eo amicorum voluntas fuit te ire. Si tamen aliud viſum. & eò non inclinas, non retineo ultrà in hoc ſtadio aut ligo

μία δ' οὐκ ἅπαντας ἄμμε θρέψει
μελέτα.

& tu vel ab ea tibi laudem, tuis gaudium dabis ad quam ſic propendes. fælici fato te immitte & ad metam decurre. Ei enim honos, ei præmium, non in iſtâ tantum, ſed venturâ vitâ. Nam quicunque ſumus, Pietatem & virtutem amemus, ſi non facimus, malo ſydere in hunc mundum miſſi, & cum mœrore & metu eum relicturi. Sed quid aut ubicunq; agis, magnis altisq; te miſce, certus quod

σοφοῖς ὁμιλῶν καὶ αὐτὸς ἐκβήσῃ σοφός.

ego hoc velim voveamq; ex hac mente, nec deſunt quæ ad hanc rem juvant, modò voluntas non deſit & cupido. Vale & cum Flacco

Vive memor quàm ſis ævi brevis,

ut utaris eo nunc hoc magis, nec ſinas fruſtrà & ſine fructu elabi, ſine laude.

EPIST.

EPIST. XCVII.

Rostochium.

MICHAELI HAVEMANNO.

CArmen à te litteras accepi per mihi gratas, illud enim doctrinâ & ingenio, istæ amore plenæ & quæ saxum moveant ac inducant ad redamandum. quod scito ex fide facturum me, nec cessurum in prono ad te affectu. magis quod prior & in immerentem sumsisti. Nam quod scripta quædam mea & beneficia in publicum præfers? desine. Ego scio infra censuram esse alto animo à te datam. Sed relinquo. In carmine tuo quædam moneo, neq; enim ubiq; muto. tu cum ad Typographum permittas (certe meretur) tolle in eo aut transpone à me ostensa. Scriptioni longiori non sum. Vale & qui prior cæpisti in affectu ad me diurna. Lœderææ Kal. Novembr.

EPIST. XCVIII.

Lovanium.

ERYCIO PUTEANO.

CEnsuram jam diu exspecto, mi Puteane, & de Centuriis postremis judicium. Ingratum tam diu non videre, & de te scire ecquid pro ævo scriptum sentis & quod primi anni non extinguant. Quædam in ijs nescio quo-

quomodo mihi non proba, iterum nunc visa, inprimis quod in lucem non venerunt (mihi valde speratum) diligenti manu. Trajectiones ibi crebræ vocum, sæpe exclusio & amissio. Credo te videre, imò admirari. Utinam habeam qui divulgent cum fide quam in tuis, in Lipsi præstiterunt. Excitaret hoc & multa traheret in aspectum sero in eum aut non ventura. Nam quorsum in despectum in irrisum dabo? quod exspectandum à tàm indiligenti emissione. Nec enim à Typographis perdi quædam aut depravari omnes sciant. De alijs nescio, meum certè id fatum, pauca scripta habere ut velim aut optem in lucem tracta. Etsi quid aliud cogitabo, quàm omittere melius in posterum aut temperare. quæ jam facta ferre & ab iteratâ editione remedium sperare. Vale, ac si me me hoc vis, sæpe scribe.

EPIST. XCIX.

Lundiam.

PAULO MARTINIO.

CAræ mihi Centuriæ eæ jam sunt, mi Martini, & acceptæ quia sic tibi. Precium ijs magis nunc facio à tua æstimatione. & lætari me juro in judicio eo & censurâ, quem rectiùs & supra te pauci nunc dabunt in Europa. In alijs, quod mones, permittendis ad lucem, obau-

obaudiam & ſequar, in *Evangeliſtis* tantum meis oro ne inſtes, & trahas non ſeqvuturum. Damnavi ad tenebras jam ante, neq; neſcis hoc tu, nunquam emittendos, & ſuper MATTHÆUM iſta volo reniti nunc ſive jubeo vel rigido edicto. Nam ad Reſenium alioſvé ut mittam, etſi ſic tibi, mihi non viſum, qui in animo iſto jam concluſi lucem nunquam iſtis dare. Nec urgeas quæſo te ultra aut adigas ad non grata aut profutura. Sed veni ad nos, ut promiſſum tuum eſt intra brumam, & in ſenſum mecum cito venies; nam ſermone magis lubet oſtendere, quæ in hanc rem, quàm ſcriptione aut ſtilo. Vale & veni.

EPIST. C.

Aſſeroam.

NICOLAO OLAO.

NUncium non habui ad vos ante iſtum, hoc ſcriptionem tardavit hucusque & impedivit, etſi non ad longum adhuc tempus; nam tranſibat hac verius iſte, quàm ſubſtitit. Scito rediſſe huc ſalvum, inveniſſe mea ut reliqui; hoc eſt, in ſtatu non malo. Morbi tamen adhuc non reliquerunt, & deduximus nunc ad ducentos, quod multum ſit in anguſto rure, in paucis menſibus ac ſeptimanis

Mmm manis

manis. De P. Martino etiam audiveris reliquisse has valles, abijsse in superos & beatos illos montes. Quid animi mihi sentis esse in hac casu? Amicum ego tuq; amicissimus qualem hæ terræ vix aut non reddant, sed manus nunc labat in eo nomine stilum non resumptura. Tu salve meos ibi sustine, utinam validos firmosq; iterum videndos. Læderææ. Postr. Kal. Novembr.
CIↃ.IↃC.XIX.



AD LECTOREM.

AD te, Lector, adfero excusationem, quam tu, quæso, sume, mihiq́; ignosce. Nam evenerunt quædam, me absente, quæ parum pro nitore. In Præfationibus, ubi author nihil voluisset supra scriptum, à meis alibi EPISTOLA DEDICATORIA, *alibi Bert. Canuti* EXCUSATIO *&c. In ipsis Centuriis interpretio Græcorum versuum marginalis esto. Epistolæ item aliquæ diversa littera, ut alterius authoris, excusæ, probè notandæ. Tandem omissæ alibi voces paucæ pluresvè sunt, alibi aliæ pro aliis positæ; ut subsequitur.*

ERRATA.

IN Præfat. ad Christian. Fris: &c. A. 2. lineâ 14. pro *Eam* lege: jam. A. 3. fac. 2. lin. 1. pro *Toparcha* l. Toparchâ, ô. Ib. lin. 10. voci: *magno* præfige: in. A. 4. fa: 2. li. 1. p. *sæca* l. cœca. ib. li. 8. pro docet. l. donet. & li. penult. voc: *enim* præfi: nec A. 5. li. 15. p. *omni*. l. omne. A. 7. lin. ult. voc: *priscamq́;* præf: illam. Ib. fac. 2. li. 7. pro *eum*. l. cum & li. 12. pr. *spernanda*. l. spernen. A. 8. 17. pro *mones*. l. movet. ib. f. 2. li. 2. vo: *proq́;* præf. ISTA. Pag. 2. lin. 9 pro *nam* l.

non

v r.

non. ib. & ead. li. pro *dejiciendo aut mole.* l. dejiciende a. molestande. Ib. li. 19. post voc. *redundante* omissa & transpos. sic lege; & in repetitionibus nimio, & in salibus aliquando frigido, & in compositione fracto & viro pœne molliore. pa. 3. li. 16. p *Aqua* l. à quâ. p. 4. l. 2. p. *fateri* l. tacere. Ib. li. 16. pro *fame.* l. famæ, & li. 22. pro παῦσοδεις l. παιδόδεις. p. 5. l. 15. pro *adiveris* l. *audiveris*. ib. li. ult. vo: *nostri* præf. ævi, pag. 6. li. 17. pro *propugnat.* l. propugnant. ib. li. ult. pro *referent.* l. referrent. pa. 7. li. 15. pro omni l. omnia. & li. ul. pro aur l. ave. pa. 10. li. 8. pro *sectam.* l. sextam. ead. li. 14. pro *similiter* l. sim inter. ib. li. 18. pro *proprior* l. propior. pa. 11. li. 19. pro *Quoq;* l. quodq;. ib. li. 20. pro *referq;* l. refersq; pa. 15. 11. pro disceres l. discors pa. 16. li. 21. pro *patronem* l. patronum. Ead. p. & li. pro *sis* l. sic. ib. li. pen. pro *semitem* l. semitam. pa. 17. li. 14. pro *suadat* l. suadet. Ead. li. 13. pro *hebescere.* l. hebescere. pa. 18. li. 3. pro *orationem* l. orationum. Ead. li. 6. pro *illo* l. illa. ib. li. 7. p. *Asinos* l. Asianos. ib. l. 10. pro πολυνοίαν l. πολύνοιαν. ib. li. 12. pro *scriptione* l. fi: nem & li. 18. pro *laßiviam* l. lasciv. & li. 22. pro *utentur* l. uterentur. pag. 20. li. 17. voc: *non fuco* præfi. omiss: sed colore. ib. li. 19. pro *iter* l. inter. pa. 21. li. ult. pro *mutam* l. mutem. pa. 22. li. 2. pro

ad

ad l. id Ead. li. 13. pro *Scaligerum* l. Scaliger in. ib. li. 16. pro *hoc* l. huc. pa. 23. li. 6. pro *cum* l. eum. pa. 24. li. 3. pro *vata.* l. vota ib. li. 4. pro *audium* l. audiam, & li. 5. p. *peregrè* l. pergere pag. 26. li. 11. pro *que* l. quæ Ib. li. 15. pro *suis* l. scis. li. antep. p. *nunc* l. hunc & li. ult. pro *peratura* l. para. & pa. 27. li. 6. p. *ad* l. ab pa. 28. li. 11. vo: *splendorem* præfi: Et ib li. 16. pro *longè.* l. f. gâ. pa. 32. li. 24. pro βαυνα l. βαίνει. pa. 33. li. 1. pro ὀυκλείας l. 'ἀκλ. ead. li. 3. pro *convalecte* l. convalesce. & li. 23. pro παίντ l. πάντ pag. 36. li. 14. pro 2. *æternos* l. æternus. pa. 37. li. 16. pro 2. *mi.* l. in ib. li. 24. pro *Musa.* l. f. sæ. & li. ult. pro *Fati* l. Fatis. pag. 39. li. 5. pro *literis* l. literas. pa. 40. li. 11. pro *facundâ* l. fœc. ib. li. 24. pro *magi* l. magis. pa. 41. li. 12. pro *magnis* l. magis. Ib. li. 17. pro *prolixe.* l. fi. xæ. pa. 42. li. 8. pro *adducat.* l. f. car. ib. li. 10. pro *capi* l. cœpi. pa. 43. li. 6. pro πάντον l. f. των. Ib. pro ἀειδείκετον l. ἀειδ. pa. 44. li. 15. pro *armata* l. aromata. Ib. li. 19. pro *purpureâ* l. f. reo. ib. li. 22. pro *festit* l. vestit. pa. 45. li. 23. pro *uberiota* l. uberior. pa. 46. li. 2. pro *contantes* l. cant. Ead. li. 17. pro *nitesqua* l. in tesq. pa. 47. li. 9. pro *æravij* l. ærarij pa. 48. li. 2. pro *disjnugat.* l. dijungat. Ead. li. 20. pro *lubentos* l. f. tes. pag. 49. li. 1. pro *fert* l. feret. p. 51. li. 1. pro *cum* l. eum. ib. li. 2. pro *ne* l. me. p. 52. li. 8. pro *vulgam* l. vul

vulgum, p. 53 li. 10. pro *nisi* l. misi. & li. 17. pro *infusas* l. infusus ib. pro *tracta* l. f. tu p. 54. li. ul. pro *perverturi* l. pervent. p. 55. l. 7. pro *te* l. tc. p. 57. li. 11. pro *verbicem* l. vert. p. 60. li. 16. pro *ille enim* l. illæ n. pa. 61. li. 6. pro *odo aliquam* l. aliquem. ib. li. 9. pro *opetes* l. optes p. 63. li. 8. pro *in abrupto modo* l. inabr. no. pa. 64. li. antp. pro *Iovis* l. Jovis. pa. 69. li. 3. pro δέλω l. θέλω. p. 73. li. 4. voca: *tempera* præfige: te. p. 76. li. 1. pro *&* l. ut. p. 79. li. 12. pro *judicium* l. indicium. ib. li. 16. pro *judices* l. indices. p. 89. li. 18. pro *amplectat* l. fi. tar. p. 90. li. 17. pro Σῴοισιν l. Ζώοισιν pa. 93. li. 8. pro *judicium* l. indic. pa. 99. li. 6. pro *lancinunt* l. f. nant. p. 101. li. 1. p. *obtreotantes* l. obtrectantes. p. 108. li. ult. pro *qommodo.* l. quomodò. p. 112. li. 7. pro *supervenias* l. supervivas. pag. 115. li. 20. pro προσεῖναι l. προσεῖναι p. 119. li. 17. pro *& facto* l. facto & ami. p. 138. li. 22. pro *Maus* l. Maijs. p. 141. li. 3. pro *Ht tu* l. eat tu p. 142. li. 15. pro *non gratum* l. f. tam. p. 145. li. 9. pro *vid.* l. jam. ib. li. 18. voc: *ita tei.* præfi. lege. p. 148. li. 9. p. θεέλζειν l. θέλζειν. Ib. li. 14 pro *Ut* l. Et. Ib. li. 19. pro *cum in* h. l. eum in & li. 22. pro *cum* l. eum p. 159. li. ult. pro *hæc* l. hac. p. 162. li. 9. pro *provenirent* l. pervenerint. p. 171. li. 2. pro *diu* l. diu. p. 180. li. pen. pro πολήμηλις l. πολύμηλις p. 183. li. 2. pro *lantu* l. lauru. p. 196. li. 23. pro

nollit

nollit l. nollet. p. 191. li. 4. pro *ita* l. ite. p. 212. li. 17. pro *Exempla* l. Exemplar. p. 223. li. 25. pro *PARTUM* l. Raptum. p. 225. li. 25. pro *accident* l. acced. p. 228. li. 7. pro *ad tum.* l. f. tàm. p. 235. li. 8. pro *luit.* l. ivit. Ib. li. 9. pro *speramus* l. speeramus. p. 237. li. 7. pro *tu* l. tùm. p. 240. li. 22. pro *vindicam*, l. vin dicam. p. 241. li. 21. pro *verè instam.* l. vere. p. 247. li. antep. pro *poscis* l. possis. p. 254. li. 9. hæc omissa subjunge voc: tam diu nihil &c. à te scire;nunc factum, & tibi adfirmo nihil. Ib. lin. 17. pro *SYMMYSTA* l. Symmicta. p. 255. li. 2. pro *devini.* l. deveni. p. 260. li. 11. pro *sapienti* l. Sapientiæ. p. 274. li. 4. pro *decretam* l. f. tum. p. 275. li. pen. pro *justam* l. justum. p. 276. li. 2. pro *formasse.* l. formas se p. 288. li. 12. pro *pama* l. palma. p. 295. li. 18. p. *demero.* l. demereo. pa. 300. li. 2. pro *suavitatem* l. f. tum. p. 304. li. antp. pro *status* l. statue. p. 305. li. 3. pro *Angeli.* l. age si. p. 311. li. 9. pro *hic* l. hac. p. 331. li. antp. vo. *floridâ* præfi: in p. 342. li. antep. pro *cum* l. eum p. 352. li. 3. pro *apri.* l. agri. p. 357. li. 16. pro *at ratus* l. atratus Ead. li. 9. pro *tritillantium.* l. frit. p. 361. li. 6. pro *aut* l. ut. p. 367. li. 18. pro *ne &* l. me. & p. 368. li. 2. pro *laudam* l. ludam. p. 2. 369. li. 2 pro *securturus.* l. securus. p. 378. li. 19. pro *flores*, l. fores p. 379. li. 8. pro *vilitantium* l. volutantium. p. 381. pro *debes* l. debeo. p. 384.

pro

pro *misit* l. insit. p. 385. li. 2. pro *huc*. l. hunc. p. 397. li. pen. pro *alij* l. abij. p. 413. li. 7. p. st. l. si. p. 414. li. 1 & 4. pro ξῶν l. ζῶν p. 424. li. 10. pro ἐσξῶ l. ἐξῶ. p. 463. li. 5. pro χαιιε l. χαῖρε p. 479. li. 19. pro *procutorem* l. procuratorem p. 524. li. 20. pro *bætataq;* l. lætataq;. p. 529. li. 6. pro *hæc* l. hac. p. 539. li: ult. pro *dissito*. l. f. tos. p. 543. li. 6. pro *dabere* l. hab. p. 564. li. 14. pro *corvi*. l. cervi. p. 569. li. 23. pro *veluisse*. l. val. p. 589. pro *&* l. ei p. 604. li. 5. pro Ἰοῦς. l. Ἰο©. p. 622. pro *nude* l. me de. p. 627. li: pen. pro *istem*. l. stem. p. 656. li. 10. pro *arcti*. l. arctè. p. 657. li. 20. pro *ex*. l. &. Ib. li 23. pro *& cusetq;*. l. excu. p. 658. li. 5. del: *tam faven. au spir.* p. 660. li. ult. pro *madis*. l. magis. p. 672. li. 15. pro *alimentem*. l. f. tum. p. 687. li. 18. pro *ivit*. l. ibi. p. 720. li antp. pro *ros*. l. viros. p. 740. li. 13. voc. *amæni* subj: aut amari. p. 741. 4. pro *percurrentem* l. præcur. p. 743. li. 2. pro *abientem*. l. ambi. p. 756. li. 6. pro *quò* l. quæ. p. 771. pro *divellis*. l. fi. lat. p. 783. li. 3. pro ὤσειε l. ὤσειε. p. 787. li. 8. pro *ab*. l. ad. p. 795. li. 16. pro *&* l. ab. amb. p. 848. li. 3. pro *fæcilior*. l. fælicior. p. 862 li. ult. pro *liberrae*. l. liberare.

Reliqua plura, ut faciliora, æque Lector, maximè in distinctionibus, & pagg. numeris, facilimè ipsemet limitabis. Vale & fave.

FINIS.